dente tam longe a nobis fecit
peccata nostra ut illa occidant
et gratia oriatur Quare pu-
tatis Sicut miseretur pater
filios sic miseretur dominus timen-
tes eum Iam sciat quantum
vult pater et Sed flagellauit
nos et afflixit nos et con-
triuit nos pater est fili Si
ploras sub patre plora Noli
tamen indignatione noli tamen
typo superbie quod pateris un-
de plangis medicina est non
pena castigatio est non dam-
natio Noli repellere flagellum
si non vis repelli ab hereditate
Noli attendere quam penam
habeas in flagello sed quem
locum in testamento Sicut
miseretur pater filios miseretur
dominus timentes eum Quoniam
ipse cognouit figmentum
nostrum idest infirmitatem nostram
Nouit quid fecit quomodo lapsum
sit quomodo reficiendum sit quo-
modo vitandum sit Ecce fratres summus
de limo primus homo de terra
terrenus Secundus homo de celo

misit et filium suum qui factus
est fidus homo qui ante omnia
deus Sedens eum in adventu
prior in reditu post multos
mortuus est ante omnes resur
rexit Ipse cognovit figmentum
nostrum Quod figmentum nos
unde loquitur quia cognovit
quia miseratus est Recordatus est
quia pulvis sumus Adipem
denique corporis aut excremento
quasi obliviscatur deus Sic
cognoscit sic novit ut non
obliviscatur Sed quid est
mito prosequeret erga nos ima
tua cognovisti figmentum
nostrum Quodam modo ne ob
liviscaris figmentum nostrum ne
obliviscamur gratiam tuam
Recordatus quia pulvis sumus
homo tanquam fenum dies
illius Attendat quid sit ho
non superbiat homo tanquam
fenum dies illius Quid superbit
fenum modo florens post pau
lulum arescens Quid superbit
fenum ad tempus virens et
hoc ad primum tempus donec
sol candescat Bonum ergo nobis
ut misericordia ipsius sit super nos et
de feno aurum faciat Nam
homo tanquam fenum dies
eius Sicut flos agri ita flore
bit totus splendor generis
humani honores potestates divitiae
[illegible] flos feni est Floret
illa domus et magna domus
floret illa familia et quam
quam multis floreat aut quam
quam multis annis vivat
multi anni tibi breve tempus
deo Non sic numerat qui
numeravit In comparatione longorum
et longe manentium seculorum

omnis flos tanquam fenum sic
est quia flos agri vix est anima
omnis pulchritudo carnis Quid
quid ibi viget et quid quid
ibi pulchrum est non permanet
uno per totum annum dura du
ra non potest Quam cognito tempore
contra colunt flores et hoc
est pulchrum in herbis hoc quod
valde pulchrum est hoc cito cadit
Omnis caro fenum et claritas
hominis ut flos feni Fenum
aruit flos decidit Verbum
domini manet in eternum Quia
ergo quia pater cognovit fig
mentum nostrum quia fenum sumus
et ad tempus florere possu
mus sit nobis verbum suum et
verbum suum manet in eternum
fecit fenum quod non manet in
eternum fratrem fecit natura unige
nitum unicum natum de sub
sua fratrem adoptatis tot fratribus
fecit Noli mirari quod particeps
eris eternitatis illius fratris est
ipse prior particeps feni tui ecce
conceptum est ante tibi delega
vit qui quod humile erat de
te suscepit Ergo homo quantum
ad hominem attinet sicut fe
num dies eius sicut flos agri
ita florebit Quoniam spiritus pertran
sibit in eo et non erit et non
cognoscet amplius locum suum
Quasi predicto quedam consu
matus quidam Ecce qui se
inflat ecce qui tumet Ecce
qui se extollit Spiritus pertransiet
in eo et non erit et non cog
noscet amplius locum suum
Videte cotidie morientes et
hoc totum erit Ipse erit finis
vigeo alloquitur eum fenum
sed propter quod et verbum fenum

factum est. Tu enim homo propter te
caro et verbum factum est homo. Tu
caro. Et propter te verbum caro factum
est. Omnis caro fenum et verbum
caro factum est. Mutata spes feni
quando verbum caro factum est. Illud
quod manet in eternum non de-
dignatum est suscipere fenum ne
de se desperaret fenum. Ergo quod
ad te attendis humilitatem tuam
cogita pulicem tuum cogita
noli extollere. Aude quid me-
lius est gratia illius est misericordia
illius eris. Audi enim quid
sequitur. Misericordia autem domini a seculo
et in seculum super timentes eum.
Eum non timentes cum feno
et in feno et in tormento cum
feno erunt. Surget enim caro
ad tormentum. Gaudeant illi
qui timent eum quia super
eos misericordia eius. Et iusticia eius
super filios filiorum. Retributionem
dicit super filios filiorum. Multi
multi sunt filii dei non habentes
filios quanto minus filios filiorum.
Sed filios nostros dicit opera nostra
filios filiorum mercedem operum
nostrorum. Iusticia eius super filios
filiorum custodientibus testa-
mentum eius. Videant ne pu-
tent omnes ad se pertinere quod
dictum est. Eligant cum licet.
Custodientibus inquit testa-
mentum eius et memoria
retinentibus mandata eius ut
faciant ea. Iam te dispone-
bas quasi tollere et forte reddere
michi psalterium quia ego non te-
neo aut totam legem memo-
riter pronunciare. Plane in memo-
ria melior me melior quis-
quis iniustus. Sed iniustus ad verbum
legem non tenet sed vide ut

precepta teneas. Sed quomodo teneas
non memoria sed vita. Memoria
retinentibus mandata eius non
ut reddant ea. Iam forte minus
perturbatur simpliciterque anima.
Quis tenet omnia mandata
dei. Quis tenet omnes litteras dei.
Ecce nolo non solum memoria
tenere sed operibus meis facere.
Sed quis tenet omnia memoria.
Noli timere non te onerat.
In duobus preceptis tota lex
pendet et prophete. Sed totam legem
nolo tenere. Tene si potes quod
potes. Quamcumque paginam intro-
gaveris hoc tibi indicabit. Quod
teneas tene caritatem. Tene finis
precepti est caritas. Noli cogitare
de multitudine ramorum. Radicem
tene et tota arbor ibi est. Et
memoria retinentibus mandata
eius ut faciant ea. Dominus
paravit in celo thronum suum.
Dominus ipse Christus paravit in celo
thronum suum qui descendit
et ascendit qui mortuus est
et resurrexit qui hominem
assumptum in celum levavit.
Ipse paravit in celo thronum
suum. Thronus sedes est iudicis.
Observate ergo qui auditis quia
paravit in celo thronum suum. Fa-
ciat quisque quod vult intra non
erit impunitum peccatum non erit
infructuosa iusticia quia dominus
qui ante thronum iudicis ho-
minis iniustus est in celo paravit
thronum suum. Et regnum eius
omnium dominabitur. Deus est regnum
et ipse dominabitur generaliter et regnum
eius omnium dominabitur. Benedicite
te dominum omnes angeli eius poten-
tes fortitudine facientes verbum
eius. Ergo tu verbo dei nondum

iustus es aut fidelis in re eum
facis / potentes fortitudine
facientes verbum eius ¶ Bene
dicite dominum omnes virtutes eius
ministri eius facientes voluntatem
ipsius Omnes angeli omnes
potestates fortitudines facientes
verbum eius omnes virtutes omnes
ministri eius facientes volun
tatem ipsius vos benedicite
dominum Omnes enim male dicen
tes et si lingua taceant vita
deo maledicunt Unde prodest
quia primum cantat lingua
tua si sacrilegium exhalat vi
ta tua Male viuendo multas
linguas misisti in blasphemiam
lingua tua vacat in primo
cetera ut intuentur dotant
blasphemias Si quod vis benedi
cere deo fac verbum eius fac
voluntatem eius In petra edi
fica noli in arena edificare
audire et non facere In harena
edificare est In petra edificare
est audire et facere nec au
dire nec facere nichil edificare
est Si in harena edificas rui
nam edificas Si nichil edifi
cas expositus pluuie fluminibus
ventis ante rapieris quia fac
ergo non est cessandum sed edifi
candum ut temptacio non eu
tat Si sic est benedic domino
Si non est sic noli blandiri
lingue tue vitam tuam interro
ga ipsa tibi respondeat Inuenis
quod sis mali geme confitere
confessio tua sit domino benedicere
si mutacio tua in benedictione
perueniret ¶ Benedicite domino
omnia opera eius in omni loco
dominacionis eius / Quod in omni
loco Ibi non benedicatur ubi
non dominatur In omni loco domina
cionis eius Ne forte aliquis
dicat non possum benedicere
dominum nisi in oriente quia ad
occidentem profectus sum Aut
non possum in occidente quia
in oriente sum Non ab oriente
et ab occidente non a desertis
montibus quoniam deus iudex
est Sic ubique est ut ubique be
dicatur Sic undique ut undique
illi iubiletur Sic undique be
dicatur ut undique benedicatur
¶ Benedicite dominum omnia opera
eius Omni enim tempore in
bona vita benedicite dominum opera
eius enim benedicunt non me
rita tua Ipse enim per te et in te
bonum operatur dicente apostolo
Cum timore et tremore vestram
ipsorum salutem operamini Deus enim
est qui operatur in nobis Quid
superbe extolleris quia facis
verbum eius quia facis volun
tatem eius volunt te humilia
respiciendo graciam eius Be
hoc consequitur est In omni lo
co dominacionis eius ¶ Bene
dic anima mea dominum Ipse vl
timus versus est qui primus
benediccio accipite benediccio
in fine A benediccione profecti
sumus ad benediccionem red
deamus in benediccione reg
nemus Amen Explicit de
psalmo centesimo secundo Incipit
tytulus de psalmo centesimo iij

Ole quidem in diebus terra
cuius quintum meminisse
dignemini habundanter refecti
estis Sed quia nos eo post
longum sermonem audissimi
dimisistis non putamus
satietatem vestram hodierni diei

debito fraudandum ut hoc sit de debito illud de titulo psalmi qui lectus est ipse totus significat ministerijs quibus texitur et opus habet non solum nostra sed et nostra non propria intentione quia quod et cuncta que dicta sunt possunt ad litteram religiose accipi. Enumerantur enim et si non omnia multa tamen opera dei que nota sunt omnibus intuentibus qui norunt ex hijs que facta sunt et videntur illius invisibilia intellectu conspicere. Videmus enim fabricam mundi amplam quandam ex celo et terra et omnibus que in eis sunt et ex huius fabrice magnitudine et pulcritudine fabricatoris ipsius inestimabilem magnitudinem et pulcritudinem et si nondum videmus iam tamen amamus. Non enim cessant qui nondum per nostri cordis puritatem conspicua ad oculos nostros ponere opera sua ut videntes que possumus amemus que videre non possumus ut ipsi suis amore merito aliquando videre possimus. Tamen in omnibus que dicta sunt querendum est etiam intellectus spiritualis atque perscrutandus adminiabunt nos in xpi nostre desideria nostra quibus quasi manibus invisibilibus ad invisibilem ianuam pulsatur ut invisibiliter nobis aperiatur et invisibiliter intretis et invisibiliter saneniur. Ergo dicatur omnibus ¶ Benedic anima mea dominum alloquamur omnes animam nostram quia omnium nostrum anime per unam fidem una anima est

Et omnes nos quicumque in xpo credimus propter unitatem corporis eius unus homo benedic anima mea dominum. Pertractantis beneficiis eius per tam multis et magnis muneribus gratie eius que munera invenimus in hoc psalmo intenta et exclusa nebula carnalis cogitationis quantum possimus erecta mente et quanto possimus directa acie et quanto possimus puro oculo cordis nostri quantum non impedit prius vita quantum non occupant rerum presentium desideria quantum non contrahit cupiditas secularis. Erecti ergo audituri sumus magnalia et pulcherrima desideria et plena leticie gaudiorum munera eius que iam ille qui conceperat istum psalmum videbat animo et ipsius visionis exultatione eructabat dicens benedic anima mea dominum. ¶ Domine deus meus magnificatus es nimis. Vide magnifica que dicturus est in quibus magnificatus non inique nisi ille laudandus est auctor omnium magnificorum. Confessionem et decorem induisti. O domine deus meus quia magnificatus es nimis unde magnificatus es nimis nisi quoniam semper magnus nisi quoniam semper magnificatus nunquam profectus non es crescendo. Nunquam deficit aliquid minuendo. Sed quod es quod es et vere es utique non tum dixisti famulo tuo moysi Ego sum qui sum. Utique magnus es et magnitudo tua sempiterna est nec cepit nec desinit nec ab initio temporis incepit nec usque ad finem temporis

quomodo magnificatur deus

concurrit nec in medio aliquid
incommutabilis cum magnitudinis
Quomodo magnificatus es nimis
Alius psalmus admonet nos
Ait enim magnificata est scientia tua
domine Si recte dicitur magnificata
est scientia tua domine recte dicitur
Magnificatus es domine deus
meus domine Sed et hoc adhuc
querendum est Domine magni
ficatur deus meus quomodo domine
fit magnus Docet nos aliquid
et cottidiana oratio salutis nostre
Sanctificetur nomen tuum cottidie
petimus cottidie rogamus ut
fiat Si nos quisquam intro
get quid est quod petimus ut sancti
ficatur nomen dei cum semper non
est ut modo sanctificetur et tamen
nisi vellemus fieri non peteremus
ut fieret Alia est enim gratulatio
Alia oratio Gratulamur quod
quod est oramus ut sit quod nondum
est Quid est ergo sanctificetur nomen
tuum sanctum sit apud homines et
intelligamus quod hic dictum est
Domine deus meus magnificatus
es nimis hoc est sanctificetur nomen
tuum sanctum sit apud homines
Nomen tuum sanctum est enim
semper nomen tuum sed quibusdam
immundis nondum est sanctum nomen
tuum Dicit enim apostolus Omnia
munda mundis Inmundis autem
et infidelibus nichil est mundum
Si inmundis et infidelibus
nichil est mundum quero causam
Sed polluta inquit eorum mens
et conscientia Si nichil est eis
mundum nec deus nisi forte
putatis mundum videri deum
illis qui cottidie blasphemant
eum Si mundus est placeat
Si placet laudetur Si autem

sanctificetur nomen tuum

blasphematur displicet Si dis
plicet quomodo tibi potest mundum esse
quod displicet Quid ergo rogamus
sanctificetur nomen tuum Ut illis
hominibus qui per infidelitatem
nondum habent nomen dei
sanctum quibus nondum est ille sanctus
qui per se et in se et in suis sanc
tus est Rogamus pro genere humano
rogamus pro orbe terrarum
pro omnibus gentibus cottidie se
dentibus et disputantibus
quia non rectus deus et non
recte iudicat deus ut aliquando
ipsi se corrigant et rectum
cor ad illius rectitudinem
ducant et adherentes ei dere
cto ad rectum non iam vituperent
sed placeant rectis recta
quia quam bonus deus israel
rectis corde Ergo cum vidit
iste qui cantat iste nos ipsi
id est corpus christi membra videlicet
eius videntes quia presentem
deus generi humano quando tamen antea
aut nullus aut falsus non
tam magnus videbatur deus
in operibus eius cum videns domine
deus meus inquit magnificatus
es nimis id est qui nondum te
intelligebam intelligo te
magnum Magnus semper et
occultus sed michi tunc magnus
quando apparuisti Magnificatus
es quomodo domine quomodo magnificata
scientia tua domine Magna enim facta
est a me ego illam minor eram
ascendo ad eam Illa autem et si
non commutatur et si post conver
sionem autem integra perma
net Sed quomodo iam magnus
factus in ea et ex diminuto factus
integer in ea minor quam non
noveram non quod modo magnum

[illegible marginal note]

factum est ex quo didici Audi iam
et ubi videtur magnificatus
deus nimis Semper magnus
magnificatur nimis in operibus
suis ad nos Confessionem
et decorem induisti ante de
corem confessionem posuit
Deus in pulchritudine Quere
pulchritudinem bonam recte quere
Sed quare queris pulchritudinem
Anima ut amet te sponsus
tuus et cum displices ei feda
Ille enim qualis est speciosus forma
pre filiis hominum o quam vis feda
pulchrum sed non attendis quia
tu iniquitatibus plena es diffu
sa est enim gratia in labiis eius
Hic enim de illo dicitur et specio
sus forma pre filiis hominum
diffusa est gratia in labiis tuis
propterea adolescentule dile
xerunt te Est ergo quidem
pulcher pre filiis hominum et si
filius hominis tamen pre filiis
hominum sicut tu places ipso ama
Quando Obviam in multis audia
mus cecilia quia erat illis
anima una et cor unum in
deum Sic allocutus psalmus
vis ei placere non potes quam
diu deformis es Age facies
ut pulchra sis prius tibi dis
pliceat deformitas tua et tunc
ab illo cum vis placere pulchra
merebere pulchritudinem Ipse
enim erat reformator tuus qui
fuit formator tuus ergo prius
attende que sis ne audeas
in feda impulcra oscula et
quid intuens inquiris me vide
bo posuit tibi speculum scriptura
cum legitur ibi Beati mun
do corde quoniam ipsi deum
videbunt Speculum illud ac

lectione propositum est inde si hoc
es quod dixit Si nondum es geme
ut sis Reconciliabit tibi specu
lum faciem tuam Sicut specu
lum non senties adulatorem
sic nec te palpes hoc tibi audit
inter ille quod es vide quod es et
si tibi displicet quere ut non
sis Si cum tam feda sis tibi
ipsi adhuc displices pulchra iam
places Cuius gratia Quoniam dis
plicet tibi feditas tua incipis
ei in confessione Sicut alibi
dicitur incipite domino in confessione
Prius accusa feditatem tuam
feditas enim anime de peccatis
de iniquitatibus accusando fe
ditatem tuam incipe confiteri
et confessione incipis decorari
Quo decor ante nisi speciosus
forma pre filiis hominum Et ante
et decoram faceret audeat dicere
amavit et fedam Et enim Christus
pro impiis mortuus est Cum inta
ubi fuerat iustificato Cuius non
mortem donavit et impiis
Erat pulcher ille et speciosus
forma pre filiis hominum Quoniam
veniebat ad fedam ut faceret
pulchram Dictum et hoc quia
inspiciamus videmus fedus factus
est ratione in hoc audiatis ne
in hoc verbum tenue lapsus sim
Sicut enim dixeram amavit
et fedam non autem quasi con
gruenter dixeram quibusdam
illum amantibus nisi michi
testis precederet Et dixi quod
dixit Apostolus Scis nosse quod
amaret et fedam Christus pro
impiis mortuus est Sic et nos
quia dixi ut veniret ad fedam
fedus factus deformis factus est
Primo probabo quid iam michi

predixit diuinum eloquium speciosus
forma pre filijs hominum. Vidimus
eum et non habebat speciem neque
decorem. Non dixit non vidimus
et ideo nesciebamus vtrum haberet
speciem vel decorem. Ubi ergo illum
vidit speciosum forma pre filijs
hominum et vbi illum vidit qui
dixit non habebat speciem neque
decorem. Audi vbi eum vidit
et dixit speciosus forma pre filijs
hominum. Cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est
esse equalem deo. Merito pre filijs
hominum quia equalis deo. Ecce
accepi et agnovi vbi eum vide
ret qui dixit speciosus forma
pre filijs hominum. Vidit eum nobis
vbi videri querit. In forma dei
Et vnde vidisti in forma dei. Unde
vidisti in forma dei quia invisi
bilia eius per ea que facta sunt
intellecta conspiciuntur. Bene et
optime accepi agnovi et que
videris et non videris et vnde
videris. Quem vidisti sponsum
nostrum equalem vidisti speciosum
forma pre filijs hominum. Ubi vidisti
Cum in forma dei esset. Unde
vidisti per ea que facta sunt intel
lecta conspiciuntur. Videamus
et iste quid dicat alius propheta
sed non alius spiritus. Non enim
descendant inter se. Exhibuit nobis
ille speciosum forma pre filijs ho
minum exhibeat et iste qui ait
vidimus eum et non habebat speciem
neque decorem. Unus apostolus pau
lus propheta vtrumque coniungit. Unum
capitulum pauli vtrique prophete te
stimonium perhibet. Ibi habeo spe
ciosum forma pre filijs hominum
qui cum in forma dei esset non
rapinam arbitratus est esse

se equalem deo. Ibi dixit quod
vidit et alius non habentem
speciem neque decorem quia se
metipsum exinanivit formam
servi accipiens in similitudine
hominum factus et habitu inventus
vt homo. Humiliavit se factus
obediens usque ad mortem
mortem autem crucis. Merito
viderunt eum et non habebat
speciem neque decorem. Merito
ante crucem agitabant capita
hictine est totus filius dei
si filius dei est descendat
de cruce. Sed non habebat speciem
neque decorem. O agitantes
caput ante crucem et non
figentes caput in capite quod
pendebat in cruce. Merito in
sultat insultatus caput donec sit
eorum caput ille cui insulta
batur. Ecce resumit decorem
et magnum decorem. Ecce quid
dicas tu minus ẜ qui quod faciat.
Dicas tu si filius dei est desce
dat de cruce. Ecce de cruce
non descendit sed de sepulcro
surrexit. Ergo anima deco
ra esse non potest nisi confessa
fuerit feditatem ei qui semper
pulcher et propter te ad tempus
non pulcher in forma servi ut
numquam deficeret a pulcritudine
que est in forma dei. Quod tu etiam
habes decorem. Dicitur et tibi
in canticis canticorum. O decora
inter mulieres. Dicitur de te etiam
est ista que ascendit dealba
ta. Quid est dealbata. Illumina
ta. Non dealbata sicut fucata
quemadmodum se dealbant
femine que volunt videri
quod non sunt. Non dealbata
sicut paries dealbatus deseritur

enim sicut dicit Apostolus paries
dealbatus ypocrisis et simu
latio paries dealbatus fore
tectorium intus lutum Non ergo
illa sit dealbata sed albata
illuminata quia non ipse alba fuit
inquit fui blasphemus Et id
fuimus enim et nos aliquando ira
filii ire sicut ceteri Accedit
gratia illuminans primo nigra fu
isti sed facta es alia per gratiam
ipsius fuisti enim aliquando tenebre
nunc autem lux in domino dicitur ergo
et dete Que est ista que ascen
dit dealbata iam mirabilis
iam nox contemplabilis ad
est enim dicere Que est
ista que ascendit dealbata
tam pulchra tam luminosa
tam sine macula et ruga Nonne
ista est que iacebat in ceno ini
quitatum Nonne ista est que in
munda erat uero omni cupiditate
desideriorum carnalium Que
est ergo ista que ascendit deal
bata Attende quis sit ille
qui peccata facit et non habens spem
neque decorem et intelligis huius
claritatis honorem Ei imitans
illius humilitatem propter hanc
noli iam mirari huius celsitu
dinem propter illum Unde feli
citatis est ista dealbata ut
et cum esset nigra pulchra ad se
deponeret qui propriis moreretur
Ergo induit se dominus deus in
confessione et decorem induit
se ecclesiam Ipsa enim certa con
fessio et decus ante confessio
postea decus Confessio peccatorum
decus recte factorum Confessionem
et decorem induisti Sequitur
amictus luce sicut vestimento
Ipsa est vestis eius de qua iam

dixi non habens maculam nec
rugam lux uocatur et hec iam
dixi Fuistis aliquando tenebre
in vobis lux autem nunc in domino
quod illuminamini luce veluti
de vestimento Extendens celum
sicut pellem Quod facit homo
ut indueret se sicut vestimento
lucem Ecclesiam cum creare vult
figuratis quibusdam sacramentis
quod lux facta sit ecclesia quo
facta sit sine macula et ru
ga quo facta sit candida de
albata fulgens in vestitu spon
si inherens illi Quod facta sit
audiamus Extendit celum
sicut pellem et hoc quidem intelli
gimus enim extendit hoc celum
quod per carnalibus oculis
intuemur nisi deus et exten
dit sicut pellem ad facilitatem
redigit si aliquam accipias
et eundem quis homo unam
parvam cameram extenderit
magno volumine magno labore
et difficultate hoc dicitur una
operacione id facit Nec humani
laborem in dei operibus infirmitas
suspicatur enim humana attulit
quondam felicitatem pro tua ca
pacitate ut sic quodam modo
incipias credere facile ope
rantem deum et non putare
sic eum extendisse celum sic
tu tectum domus tue Sed quod
tibi facile est extendere unam pelle
tam illi facile fuisse extendere
tam magnum celum contra
facilitas et tamen adhuc
spiritus tibi tarde loquitur tibi
unquam adhuc tarde loquitur
spiritus Nam extendit deus
celum sicut tu pellem Sed ne
sic extendit ecce an repellis

vel rugosa vel plicata ponitur-
dit ut extenderetur dicto tuo ex-
tende pellem non possum in-
quit. Ergo et in extenta pelle
longius a facultate dei. Ipse
enim dixit et facta sunt. Dixit
fiat firmamentum inter aquam
et aquam et sic est factum. Tamen
propter facilitatem significandam
secundum sensum tuum accepere ali-
quid interim ad litteram significare
aut si aliquid tectum volumus
retegi et pulsare ad clausum
iubemur extendisse deum celum
sicut pellem ut intelligamus
celum scripturam sacram quam
auctoritate primus posuit deus
in ecclesia sua unde cepit ex equi
terra posuit celum et exten-
dit sicut pellem et non frustra
sicut pellem primo istam famam
predicationum extendit sicut pel-
lem. Pellis mortalitatem signifi-
cat propterea et illi duo homines
primi parentes nostri auctores generis
humani adam et eva cum in
paradiso contempto dei precepto ad
suggestionem suasionemque ser-
pentis transgressi essent quod
inserat deus facti mortales
dimissi sunt de paradiso. Ut autem
significaretur mortalitas eorum
induti sunt tunicis pelliceis
de pellibus enim tunicas factas
acceperunt. Pelles autem detrahi
non solent nisi animalibus mor-
tuis. Ergo pellium nomine
mortalitas illa significata est.
Quid ergo hoc si divina scriptura
significatur pellis nomine quo
de pelle fecit celum et exten-
dit celum sicut pellem. Quia
per quos nobis scriptura predicata
est mortales fuerunt. Illud
quod verbum dei semper est id est

incommutabile atque indeficiens.
Erat in principio erat verbum et
verbum erat apud deum et deus
erat verbum. Numquid erat et
modo non est et est et semper
erit. Ibi ergo est verbum dei deus
apud deum lege si potes. Sed
quid dicis quia sursum est et
ideo legere non potes. Ubique est
verbum dei pertendit a fine usque
in finem fortiter et attingit
omnia propter suam munditiam.
In hoc mundo erat et mundus
per ipsum factus est et tamen venit
hic. Erat venit enim in carne
numquam absens divinitate. Certe
ergo legere non poteras nisi quia
in sapientia dei non cognovit
mundus per sapientiam deum. Ibi
constitutum in sapientia dei. Omnia
enim ibi subiecta nulla sunt
ibi constitutus non poteras
cognoscere per sapientiam deum. Ergo
necessarium erat quod sequitur placuit
deo per stultitiam predicationis
salvos facere credentes. Si per
stultitiam predicationis salvi
facti erunt credentes elegit
deus quedam mortalia ele-
git homines et mortales et
morituros adhibita lingua
mortali exhibuit sonos mor-
tales. Adhibita dispensatione
mortalium adhibuit instru-
menta mortalia et in eo tibi
factum est celum ut intra mortalia
cognosceres verbum inmortale
est et fies tu quoque eiusdem
verbi participatione inmortalis.
Dixit moyses et mortuus
est. Ait enim illi deus. Ascen-
de in montem et morere. Mor-
tuus est Ieremias. Tot prophete
mortui sunt et mortuorum
dicta quia non corporum sed per eos

illius erant qui extendit celum
sicut pellem manent usque ad
posteritatem nostram Certe apostolus
solutus de hac vita qui dixit
Cupio dissolui et esse cum christo
multo magis esse optimum vi
vere nunc cum christo sicut illi
prophete omnes viuunt cum cristo
Sed per quod nobis dispensauit
id quod legimus per id quod mortui
non erant per linguam den
tes manus omnia ista quibus
operatur et apostolus Totum quod
legimus corporis officia sed in
habitante anima tunc iubebat deus
propterea extentum est celum sicut pellis
nos sub celo tamquam sub pelle
diuinarum scripturarum legimus non
dum tenditur et cum postea
celum plicabitur ut liber non
frustra fratres hic ut pellis ibi
ut liber figuratur ibi quiddam
nobis est quod ad diuinam scripturam
attinet et tenditur fratres mortu
orum Ergo ideo tenditur sicut pel
lis et multo magis tenditur
quia illi mortui sunt vera post
mortem plus innotuerunt
prophete et apostoli non erat tam no
tum viuentes prophetas viuos sola
iudea habuit mortuos omnes
gentes Cum enim viuerent nondum
erat extenta pellis nondum
erat extentum celum ut te
geret orbem terrarum Extendit ergo
celum sicut pellem Qui prote
gis in aquis superiora eius Et
hoc legimus et adiacentia videte
ut intelligatur Quando enim iussit
ut fieret firmamentum inter
aquas factum est ut sint aque
inferiores que perfundunt terras
et sint aque superiores remote
ab aspectibus tamen fidei com(men)

dare et aque inquit que super
celos sunt laudent nomen domini
quoniam ipse dixit et facta sunt ipse
mandauit et creata sunt Quo
complicatus est sensus ad lectionem
protegit enim in aquis superiora
Quid ad figuram Quoniam in
figura accepimus pellem scriptu
rarum statum et auctoritatem
diuinam ubi dispensata nobis per mor
tales quibus mortuis eius
dispensationibus fama extenditur
Secundum hunc modum protegit
in aquis superiora eius Que sunt su
periora celi et quid celum Scri
ptura que sunt superiora scri
pture Quid inuenimus in ipsius
scripture superioribus paulum inter
roga Supereminentiorem inquit
viam nobis demonstro Quam
dicit supereminentiorem viam
Si linguis hominum loquar et
angelorum caritatem autem non
habeam factus sum ut eramentum
sonans aut cymbalum tinniens
Si ergo nichil supereminentius
in scriptura sancta inuenimus preter
quam caritas superiora celi
quibus aquis proteguntur si superio
ra scripture precepta caritatis sunt
Audi quemadmodum Caritas
inquit dei diffusa est in cordi
bus nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis Iam nomine diffu
sionis intellige aquas in
caritate spiritus sancti Licet sint aque
de quibus dicitur in quadam
scriptura Et in plateis tuis dis
currant aque tue nemo ali
enus communicet Alieni enim omnes
adia(?) veniant siue pagani
siue iudei siue heretici et mali
quique christiani habere multa dona
possunt caritatem non possunt

hoc ipsum quale donum ut nolo
quamuis de donis aliis for[te] q[ue]
dona habent omnes homines cum
facit solem suum oriri sup[er] bonos
et malos dona dei sunt et non
tantum bonis et malis communia
sed etiam bestiis et pecoribus
ipsum esse videre sentire audire
et ceteris fungi sensuum muneribus
dona dei sunt Sed videte cum
qualibus et quam nullis quia et
cum eis quos nolis imitari
ipsum ingenium acutum habent
et pessimum hii solerter artium
industriam habent et turpissi
mas sectantur diuicias hunt et la
trones Congrua filios multi
mali habent pulchra dona
dei omnia nemo negat sed vi
de cum quibus quia Respice
ad munera ipsius ecclesie animus
sacramentorum in baptismo in eu
charistia in ceteris sanctis sacra
mentis quale munus est hoc mu
nus adeptus est et symon ma
gus prophetia quale munus prophetauit
et saul malus rex et tunc prophetat
cum dauid sanctum persequeretur In
tendite Non dixi cum persecu
tus fuisset fortassis enim eo
peccato penam gessit et dignus
fuit spiritu prophetandi Non persecu
tus neque persecuturus persequens
prophetauit Misit ad apprehendendum
dauid ministros suos dauid
vero eo tempore inter prophetas
erat ubi erat et sanctus samuel
Impleti sunt spiritu prophetie qui missi
sunt et prophetauerunt Sed forte bo
no illi animo venerant uel ob
necessitatem officii sui uel non sani
quam missum est Misit et alios hoc
et nescius saul et eos hoc modo
animum inpterunt Cum illi tar-
darent venit ille furens an
helans eodem spiritu peccatis
innocentis sui cum etiam iniquitate
erat Et ipse impletus est spiritu
prophetandi et prophetauit Non se
quo iacent qui forte sine cari
tate habuerunt hic munus de
cum munus sicut sanctum baptisma
Sed videant qualem visionem
habituri sunt cum deo qui sibi
non spiritu unius Vobis erit qui
dicturi sunt in nomine tuo prophe
tauimus Non illis dicetur inue
cum sed dicetur non noui
vos recedite a me qui operamini
iniquitatem Una si habeam omnem
prophetiam caritatem autem non ha
beam nichil sum prophetauit et
saul sed operabatur iniquitatem
Cum autem operatur iniquitatem
nisi qui non habuit caritatem
plenitudo enim legis caritas
Ergo pre legis magnus superioribus
cuius Cum dixit In omnibus
eum supersensis supereminentissimam
viam sup[er] eminentissimum locum
caritas obtinet Non ad eam
aspirant nisi boni habent nobiscum
non communicant mali possunt
communicare baptismum possunt
communicare cetera sacramenta pos
sunt communicare istos parietes
et istam communionem caritatis
nobiscum non communicant Ipse est
enim fons proprius bonorum proprius
quorum de quo dicitur Nemo alie
nus communicet tibi Cum sunt alieni
Omnes qui audiunt non noui
vos Si enim sunt agnoscentur
utique alieni sunt Cum eis dicitur
Non noui vos Supereminens
ergo via caritatis tenens eis qui
se pertinent ad regnum celorum
Ergo principium caritatis sup

celos super omnes libros Et eum
subdimit libri et nulitat omnis
lingua scriptorum et omnes motus
dispensatorum dei et animi et
corporis Super eminens est go
dia et unita pertegit magnus
superiora celi quia inchil inde
nis eminenciaris caritate indi
nimis libris Sed adhuc eun
deneamus audi quid aqua sit
Diximus enim quod caritas dei
diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est
nobis Diximus etiam impla
tens disturrant aque tue et
ait inchi aliquis Non ibi
expresse dam est Utrum carita
tem intelligere debeam Ecce
si aliquis aliud intelligat Tan
inemento quod ait apostolus Cari
tas dei diffusa est in cordibus
nostris unde per spiritum sanctum qui da
tus est nobis Audi iam dominum
ingerum apostolorum Si quis sitit
veniat et bibat Dicat adhuc
Qui credit in me flumine aque
vive fluent de ventre eius
Quid est hoc Exponit ewa
gelista hoc autem dicebat in
de spiritu quem accepturi erant
credentes in eum Spiritus enim
non dum erat datus quod ihesus
nondum erat glorificatus Ergo
fratres si ipse caro spiritus nondum erat
datus quia ihesus nondum fue
rat glorificatus Glorificato
ihesu et ascendente in celos missus
est spiritus sanctus et caritate im
pleti sunt apostoli diffusa gratia in
cordibus eorum per spiritum sanctum qui
datus est nobis quia superiora
celi aquis pertegimur Et sub
quia dominus in celos ascendit
ut superior esset celis et inde

mittet caritatem Non enim se
dens pertegit ut quasi sustentet
aves quem pertegit Sublevat
quem pertegit non onerat Sta
ergo celum aquis pertegit ut magis
illo divino spiritu sublevet Quod
sublevat sursum est quod sublevatur
infra est Illud suspendit hoc pen
det Si ergo illud suspendet hoc
pendet audi quia hoc celum
scripturarum ex caritate pendet
Duo sunt nempe illa notissima
precepta dilectionis In hiis duobus
preceptis tota lex pendet et prophete
Cum pertegit magnus superiora
eius Cum ponis nubes ascensi
onis Accipitur et hic bene ad litte
ram Dominus visibiliter ascendit
in celum Cum posite sint nubes
ascensus celi Hec cum dixisset
nubes suscepit eum habes item
de resurrectione nostra per dominum Et
mortui qui in christo resurgent
primi deinde nos qui vivimus
simul rapiemur cum illis in nu
bibus obviam christo in aera atque
ita semper cum domino erimus
Habes nubem ascensum celi
Ostendam et nubes ascensi
celi huius id est divinarum scripturarum
Quid est hoc fratres Utinam me
dominus deus meus inter illas que
legunt nubes numerare dignetur
Videntur quam nebulosa nu
bes sum Omnes tamen predica
tores verbi veritatis nubes accipite
Quamquam quomodo infirmum non possit
ascendere in hoc celum id est
ad intellectum scripturarum per nubes
ascendant forte enim et modo
satis sit nobis si aliquid agi
mus labore sudoreque [illegible] non est
infructuose ascenditur in celum
divinarum scripturarum hoc est intellectum

cas per predicacionem meam. Quam altum erat celum in isto psalterio cum meam videbat quod esset insignium. Extendit celum sicut pellem qui protegat imagines superiora eius hoc ipsum quod deum est qui ponis nubes ascensum eius. Ecce iam intellectum et quid dominus donauit predicantibus nos. Non enim nubes desuper immineant pluunt vos intelligendo attendite in intellectu ipse fructificate nescitis qualis illa vinea de qua dicitur apud ysaiam mandabo imbribus meis ne pluant super eam. Accusabat enim quedam vinea que pro uva spinas dedit non reddidit dignam graciam dulci pluuie. Cum enim bona audit et mala operatur dulci pluuia compluitur et spinas generat. Non est ut suspicemini fratres de aliqua terrena et ista visibili vinea dominum locutum. Namque ibi ne sub obscuritate sermonis lateret coniectatio iniquitatis. Ipse dominus per ysaiam exposuit cum vinee loqueretur. Et de qua vinea ista diceret. Vinea inquit domini sabaoth domus israel est. Quid vagantur. Quamquam corda vestra per montes et colles iniuriosa. Non in inquit de qua vinea loquar. Non ubi querebam uvam et inveni spinas. Sine causa aliud atque aliud suspicamini et opinamini nolentes intelligere ut bene agatis. Nam et hoc scriptum est noluit intelligere ut bene ageret. Tollite omnes suspiciones vestras de medio. Vinea domini sabaoth domus israel est et homo iuda novellum dilectum cum plantatum est. Dampnatus cum spinas

creauit. Ergo fratres forte vinea fuit domus israel et nos et non sumus vinea. Cum timore audiamus quod iudeis dictum videmus videte quemadmodum apostolus terreat ramos insertos de ramis fractis et inuitatis fractis eo mendet timendam severitatem in ramis fractis commendet et amandam bonitatem. Noli esse infructuosus in bonitate ne sentias severitatem. Sed non sumus vitis dicis michi. Vbi est dominum vox. Ego sum vitis vos estis sarmenta pater meus agricola. Ubi vox apostoli. Cuius plantat vineam et de fructu eius non percipit. Vinea ergo es. Ecce ita et habes agricolam deum. Neque agricola hic complantauit vineam suam. Fratres ergo dilectissimi viscera care filii matris celestis audite sedulo quia tempus consummatum est. Deus illi vinee acerrima comminacione. Mandabo imbribus meis inquit ne pluant super eam. Et factum est. Venerunt apostoli ad iudeos. Respuerunt eos et dixit illis. Ad vos missi eramus sed quia repulistis verbum dei vivus ad gentes videamus quid in eos spiritu dei illo iubente intulerunt qui habitat in cordibus suorum mandatum sit imbribus dei ne compluerent vineam que cum expectaretur ut faceret uvam fecit spinas. Ideo et nubes fecit ascensum eius et celum extendit sicut pellem. Non est quod querantur auctoritas scripturarum extenta et super orbem terrarum nubes non desunt predicantium verbum veritatis

exponitur omnia que obscura
sunt ut corda nostra purius
ascendat videre quo recedat
videre quid suscipiat post
predicatorem veniet medico post
dispensatorem veniet exactor
cum ponit nubes ascensum eius
Qui ambulat super pennas
ventorum. Hoc iam periculosum
est accipe ad literam aut que
sunt penne ventorum aut vere
quo impictura facimus nobis
sumus ventos volantes et
alas habentes ventus non est
res nisi quem sentimus
motus quidam et quasi fluc
tus aeris impellens que pro
pinquibus Que penne ventorum
sunt sed et que ale ale dei
Et tamen dicitur et sub umbra
alarum tuarum sperabunt Concin
go et hoc accipe ad literam ve
luti ipse fac iam interpretatura ista
velocitatem ubi fortasse comme
dat scriptura de qua velocitate
iam predictum locuti sumus in alio
psalmo ubi scriptum est usque in
velocitatem currit verbum eius
quia nichil ventis velocius
noverunt homines quo illa feli
citas commendabatur impelle
nichil enim facilius ab homine
quam pellis extenditur. Sic
et hic insinuans deum vel verbum
eius ubique presentem velocitate
motus nichil deserere quia
tu non noveras aliquid ve
to velocius ambulat inquit
super pennas ventorum id est ve
locitas eius superat velocitatem
ventorum ut per pennas ventorum
intelligas velocitatem ventorum
et verbum dei intelligas velo
cius omnibus ventis et sic in-

prima facie consideracionis pul
semus ad aliquid intimus et si
gnate aliquid nobis indicet
iste liber ventos quod intelligis
figura / quos absurde animas
non quia ventus est anima
sed quia invisibilis est ventus
quamvis res corporea impel
lens tamen quia humanam oculi
aciem fugit Est anima invisi
bilis ideo bene intelligimus
animas ventos Unde est quod
et deus insufflasse dicitur spiri
tum formato homine et factus
est homo in animam viventem
ergo venti anime in allegoria
non absurde accipiuntur. Vide
te autem ne putetis nominata
allegoria pantomimi aliquid
me dixisse Etiam quedam
verba quia verba sunt et e lingua
procedunt communia nobis sunt
etiam cum rebus ludicris
et inhonestis cum locum suum habent
ista verba in ecclesia et locum suum
in scena Non enim ego dixi quod
apostolus non dixit cum de duobus
filiis abrahe diceret que sunt
in allegoria Allegoria dicitur
cum aliud videtur sonare
in verbis et aliud intellectum sig
nificare Quomodo dicitur agnus christus
numquid pecus leo christus num
quid bestia petra christus / num
quid duricia mons christus / numquid
tumor terre et sic multa alia
videntur sonare aliud significare
et vocatur allegoria / Nam
qui putat me de theatro dixisse
allegoriam putet et dominum
de amphitheatro dixisse parabo
lam Vide quid facit ubi ha
bundant spectacula In agris
serius loquerer quid sit enim

Allegoria quid sit dicit hic

allegoria non ibi forte didicisset
homines nisi misterium dei. Ergo
quod dicimus allegoriam figuratam
esse. Allegoria figuratum sacra
mentum. Secundum sic accipimus quod ascen
dit super pennas ventorum. Dixi
vobis accipi figurate ventos
animas. Si penne ventorum penne
animarum que sunt nisi que eas
sursum attollunt. Penne ergo
animarum virtutes bona opera
recte facta. Iudicabis quod alis sunt
omnis pennas. Omnia enim precep
ta in duobus preceptis sunt. Cuius
quis dilexit deum et proximum
anima est pennata liberis
alis volante ad deum. Cuiusque
implicatur amore carnali viscum
habet in pennis. Nam sicut anima
non habet alas et pennas. Unde
ille gemens in tribulationibus
dicit. Quis dabit michi pen
nas sicut columbe et sequitur
et volabo et requiescam. Item
alio loco. Quo abibo a spiritu tuo
et quo a facie tua fugiam.
Si ascendero in celum ibi es.
Si descendero in infernum ades.
Si accepero pennas meas sicut
columba et volabo in extrema
maris. Tamquam diceret unde pos
sum fugere a facie tue si ac
cepero pennas ut columba
et volabo in extrema maris. In
extrema maris volare est spem
iam extendere in finem seculi.
Sicut ille qui ait. Hoc labor est
ante me donec introeam sancta
rium dei et intelligam in no
vissima. Et quo venit in extre
ma maris etiam acceptis pennis.
Et enim illuc inquit manus tua
deducet me et perducet me
dextera tua. Nam et cum

pennis meis captiva sunt nisi
tu deducas. Ergo habent alas
et liberas et in illo nexo ob
ligatas anime bene operantes
dei precepta habentes caritatem
de conscientia pura et fide non
ficta. Sed quantumcumque sint pre
dite virtutibus caritatis quid ad
illam dilectionem dei qua
sunt dilecte etiam cum nexo
essent implicate. Maior ergo
dilectio in nos dei quam nostra
in illum. Nostra dilectio penne
nostre sunt sed ille ambulat
et super pennas ventorum. Iam
dicebat quibusdam apostolus.
Flecto genua mea pro vobis ad
patrem ut det vobis secundum
interiorem hominem habere christum
per fidem in cordibus nostris
ut in caritate radicati et fun
dati. Iam dat illis caritatem,
dat illis alas et pennas ut
possitis comprehendere que sit la
titudo altitudo longitudo et
profundum. Fortassis crucem
domini significat. Erat enim latitu
do in qua porrecte sunt manus,
longitudo a terra surgens in
qua erat corpus infixum,
altitudo ab illo devexo ligno
sursum quod eminet, profundum
ubi fixa erat crux et ibi omnis
spes vite nostre. Latitudo est enim
in bonis operibus, longitudo
in perseverando usque in finem,
altitudo propter sursum cor ut
omnia bona opera nostra in quibus
perseveramus usque in fine habentes
latitudinem quia bene operamur
et longitudinem quia perseve
ramus non faciamus aliquid
nisi propter celestium premiorum. Ipsa
est enim altitudo non habet querere

[illegible]

mercedem sed sursum ne dicat
nobis Amen dico vobis re
ceperunt mercedem suam pro
fundum autem quod dixi ubi fixa
erat per suos et non videbat
inde respingebant que vide
bant. Aliud est quod occultum
est et non publicum in ecclesia
Sacramenta baptismi sacramentum
eukaristie Opera autem nostra
bona vident et pagani sa
cramenta occultantur illis
Sed adhuc que non vident
fugiunt illa que vident
sicut a profundo crucis quod
intra figitur surgit tota
crux que apparet et cuncti
et quid postea cum hoc di
xisset apostolus adiecit Scire
etiam supereminentem scientiam
caritatis christi cum iam dictum
fuisset In caritate radicati
et fundati amans enim christum
et ideo meruere comparari Sed
nunquid amatis quantum ille
nos amavit amando autem
quantumcumque amatis noletis ad
eum cognoscere quemadmodum
nos ipse amavit hoc est sciat
supereminentem scientiam caritatis
christi amatis enim nos quantum
potestis et volatis quantum
potestis sed ille ambulat super
pennas ventorum ¶ Qui facit
angelos suos spiritus et ministros
suos ignem flagrantem et hec
quamvis non videamus apparitionem
angelorum abscondita
est enim ab oculis nostris et est
in quadam re publica magni
imperatoris dei tamen esse an
gelos novimus ex fide et multis
apparuisse scriptum legimus
et tenemus nec inde dubitare

phas nobis est Spiritus autem sunt
angeli et cum spiritus sunt non
sunt angeli cum mittuntur fiunt
angeli Angelus enim officii
nomen est non nature Queris
nomen nature spiritus est Queris
officium angelus est Ex eo quod
est spiritus est Ex eo quod agit an
gelus est Vide illud in homine
nomen nature homo officii preco
homo quod fit preco homo quod qui
erant iam spiritus conditi a crea
tore deo facit eos angelos
mittendo eos nunciare quod iussit
et ignem flagrantem facit mi
nistros suos legimus apparuisse
ignem in rubo legimus etiam
missum ignem desuper et imple
visse quod preceptum est Ministri autem
quod cum implet cum esset in na
tura erat Cum egit quod iussum
est ministrum implevit Sic sed
liciam videmus miracula dei
est autem in ecclesia figuratum quod
accipimus Qui facit angelos
suos spiritus et ministros suos
ignem flagrantem Spiritus spiritua
les dicit boni facti spirituales et
angelos suos id est nuncios
ubi sunt Spiritualis enim omnia
iudicat ipse autem a nemine diiudi
catur vides spiritualem factum
angelum dei Non poteram in
quit loqui vobis quasi spiritua
libus sed carnalibus De spirituali
quidem effectione missus est ad
carnales tanquam angelos
de celo adhuc iam Aliud dicat
et ministros suos ignem fla
grantem nisi quos dicit spiritu
ferventes Hic enim fuerunt spiritu
ignis ardentes omnes inspirati
Nonne ardebat Stephanus
quo igne ardebat et quibus

ignis ille erat quando lapidabatur
rogabat Cum audis ignis est
minister dei incendium illud putas
incendat liter sed ferum tum id est
carnalia omnia desideria tua
cremat minister dei predicans verbum
dei audi illum Sic nos existi
met homo vel qua ut ministros
christi et dispensatores misteriorum
Quo autem ardebat cum diceret
os meum patet ad
vos Cor meum dilatatum est ar
debat et flagrabat caritati
et ibat in eos ut incenderet
sicut ignem se missum dominus
in terram dicebat cum ait
Ignem veni mittere in terram Quo
gladium sed ignem Gladius di
vidit affectum carnalem ignis
absumit Totum in verbo dei in
tellige totum missum dei cog
nosce Incipe fervere caritate
probum quod audis et inde
quid inde fecit ignis minister dei
Qui facit angelos suos spiritus
et ministros suos ignem flagran
tem Fundavit terram super firmi
tatem eius non inclinabitur
in seculum seculi Dextra ista
hec accipe nescio utrum liceat
illum quantum utrum recte
dicatur non inclinabitur in
seculum seculi de qua dam z
Celum et terra transibunt labo
rat hic Sic ad literam queras
accipe terram quod ait fundavit
terram super firmitatem eius for
tasse quedam est firmitas occul
ta nobis que continet terram
et hoc dixit fundavit super quod
super firmitatem ipsius terre qua
ei supposuit ut contineret que
latet forte oculis tuis sunt ista
occulta creatura non deo abscon

tate creature habebit Que
possimus videamus Sollicitus que
videmus illum laudemus
et amemus Cantamus nos
ad querendum aliquid hic in
figura positum Firmamentum
terram intelligo ecclesiam Domini
est terra et plenitudo eius In
telligo ecclesiam terram ipsa est
terra sitiens Ipsa est que dicit in
psalmis Vna enim dicit ex omnibus
Anima mea sine aqua tibi
sicut terra sine aqua tibi Quod
est sine aqua sitiens Sic si
tit anima mea ad te tamquam
sine aqua Nisi enim siciat non
recte irrigabitur anime ebrie
pluvia diluvii non est Sitim
det Beati enim qui esuriunt
et siciunt iusticiam et dicat
anima mea Sicut terra sine
aqua tibi Anima dicat alibi
Sitivit anima mea in deum
vivum Terram ergo intelligo
ecclesiam Que est infirmitas
eius super quam fundata est
nisi fundamentum eius Non
incongrue intelligimus fir
mitatem super quam fundata
est nisi fundamentum eius
an incongrue intelligimus
infirmitatem super qua fun
data est terra fundamentum
ibi constituta est ecclesia Quod
est illud fundamentum funda
mentum inquit aliud nemo
potest ponere preter id quod positum
est quod est christus ihesus Ibi ergo
firmati sumus exerto quia
ibi firmati non inclinabimur
in seculum seculi nichil enim
firmius isto fundamento Si
firmus tu eras sed firmum
fundamentum te portat inte

firmus esse non poteras firmus
eris semper si ab illo firmo fun
damento non recedas Non incli
nabitur in seculum seculi Ipsa est
predestinata columpna in fir
mamentum veritatis Abyssus
sicut vestimentum amictus eius
super montes stabunt aque ab
increpacione tua fugiant a vo
ce tonitrui tui formidabunt
ascendunt montes et descen
dunt campi in locum quem
fundasti eis Terminum posuisti
quem non transgredientur atque
convertentur operire terram Qui
emittis fontes in convallibus
inter medium moncium pertransibunt
aque potabunt omnes bestie
agri expectabunt onagri in siti
sua Super illos volatilia celi
habitabunt de medio petrarum
dabunt vocem suam Rigans
montes de superioribus suis de
fructu operum tuorum saciabitur
terra producens fenum iumentis
et herbam servituti hominum
Ut educant panem de terra
et vinum letificat cor hominis
ut exhilaret faciem in oleo
et panis cor hominis confirmet
Saciabuntur ligna campi et
cedri libani quas plantavit
illic passeres nidificabunt
fulice domus dux est eorum anim
aduitis extensum celum
vultis intellectu ascendere et eo
videos quam tam altum sit
puto quod inciam consideret
caritas vestra Nam ideo volui
multos versus pronunciare ut vi
deatis quam posita sacra
menta dei ne fastidiamus
oblata ne punita vilescant
ut semper quesita et si cum diffi

cultate cum maiore iocunditate
inveniantur Inter cetera tamen
fratres que possunt accipi ad literam
nunquid et hoc quod dictum est illic
passeres nidificabunt fulice domus
dux est eorum Nunquid domus
fulice dux est passerum aut domus
fulice dux est cedrorum Et hoc
enim ibi est et cedri libani quas
plantavit illic passeres fulice
domus dux est eorum Equidem la
tina locucione eorum cedrorum non
possumus intelligere Cedri enim
femini genere sunt fulice itaque
domus quomodo est dux passerum
hoc enim in ista creatura que
oculis nostris adiacet et intelli
nullo pacto potest fulicas enim
aves esse marinas vel stag
nenses nominum domus fuli
ce sit nidus fulice Unde ergo
domus fulice dux passerum
Quare quedam in rebus vis
ibilibus quasi absurda misceret
spiritus sanctus nisi ideo quod non
possumus accipere ad literam co
gat nos ista spiritualiter querere
Ergo si ad celum intellectum
ut dixi ad extrema pellem
vultis ascendere et nubes fecit
ascensionem eius nubes iste
que nobis loquuntur in valida
est hodie ad omnia ista expo
nenda date veniam et si non
sufficit meet certe infirmitati cum
ditatem quidem video tantam
video ut semper pati satis au
dire Sed due res sunt quarum
una non contempnenda est et infir
mitas corporis mei consideran
da est et ipsarum rerum que expo
nuntur memoria Interim que
audistis cogitate Quod dixi
Quod manducastis ruminate

Sic enim estis munda animalia et apta epulis dei fructum autem nostrum moribus nostris adimite valde enim male digerit qui bene audit et non bene operatur quia dominus deus noster non de est pastor Notum est omnibus quia de pane quem accepimus et quem erogamus redditur sumus donum Optime novit caritas vestra nos enim tacet nobis pagina divina a' audiat deus De isto loco qua liberi sumus et vos potestis advertere et si forte ego minus liber sum vel omnes qui hoc in loco nobis loquuntur liberi sumus Certe ipse sermo dei neminem timet Nos autem sine timeamus sine liberi sumus cum cogimur annunciare qui neminem timet Hoc nobis non homines sed deus prestitit ut et pariter dos liberi audiatis Retributionem in iudicio dei non habebitis nisi vos in bonis operibus converteritis et eorum que audistis tanquam plurime fructum congruum dedistis fructus congruus opera bona fructus congruus sincera dilectio non solum fratris sed inimici Supplicem nullum spernas et cui dare non potes quod petierit non eum spernas Si potes dare da si non potes affabilem te presta Coronat deus intus bonitatem ubi non invenit facultatem Nemo dicat non habeam Caritas non de sacello erogatur quia quidquid dicimus et quidquid diximus et quidquid dicere potuerimus vel nos vel post nos vel qui ante nos faciem non habent

in caritatem quia finis precepti caritas est de corde puro et conscientia bona et fide non ficta Interrogate quid rogatis deum corda vestra videte quod tu imitatis verum istum dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris et non eris orans nisi ista dicas Si aliam dicas non te exaudiet ille quia non ipsam tibi dictavit iurisperitus quem misit Nitte est ergo ut et qui verba nostra dicimus in oratione secundum ipsam dicamus et quod ipsa verba dicimus bene intelligamus quod dicamus quia manifesta illam esse deus noluit Si ergo non oraveritis spem non habebitis Si aliter quam magister docuit oraveritis non exaudiemini aut si in mortem inventi fueritis non impetrabitis Ergo et orandum et verum dicendum est Et sic orandum est quomodo ille docuit Velis nolis cottidie dauris es dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris vis securus dicere fac quod dicas etc. Explicit sermo primus Incipit sermo secundus de eodem psalmo etc.

Scias quia debitores nos tenetis non nativitate sed quod est vehementius caritate debemus autem hoc primo domino deo nostro qui habitans in nobis exigit ista de nobis deinde domino et patri puta et [illegible] deinde [illegible] benivolentie quia extorquet etiam infirmis viribus nostris Tamen quantum dominus donat qui et ipsas vires nobis oratibus

donare dignetur qui psalmi
huius primas partes die iam
superiore precedente tractauimus
etiam sequentia suscipienda
sunt et illo adiuuante in
eius nomine cepimus enodanda
sunt Commendaueramus autem
caritati uestre quam ad finem
totum istum psalmum significat
misteriis esse contextum ubi
quod difficilius queritur solet
dulcius inueniri Nec putetis
ista nobis obscuritate sub
tracta sed difficultate condi
ta adhuc quod sepe iam diximus
ut detur potentibus inuenire
agnoscentibus mittatur apud pul
santibus Sed opus est nobis ali
quanto maiore et silencio uestro
et pacientia ut pauca que dic
tura sumus non perstrepitu que
amplius occupent pauca
cum nos dicere temporis cogit
angustia quod nouit et caritas
uestra debemus nos occupantes fide
lis corporis sollempne obse
quium Ecce iam que dicta sunt
repetere et rursus exponere
non cogamur Sed deficient
aliquis qui non audierit pre
dest autem illis fortasse quod
non audiunt modo quod audierit
qui affuerunt ut et ipsi distant
quod esse legamus quo rursum
benedic anima mea dominum domine
meus quam dicat una facta in
Christo domine deus meus magni
ficatus es nimis Unde magni
ficatus es Confessionem et de
corem induisti Confiteamur ut
decorem ut induat nos deus
amictus lucem uelud uestimento
Iam amicti celi am sicut quam
ipsa facta est lux in illo que

prius erant tenebre ipse di
cente apostolo fuistis aliquando te
nebre nunc autem lux in domino
Extendens celum sicut pellem
Uel tam facile quam tu pellem
si tamquam ad litteram accipias
uel auctoritatem scripturarum intelli
gamus distentam per totum mundum
nomine pellis quia mortalitas
in pelle significatur Dispensa
ta est autem nobis omnis aucto
ritas diuinarum scripturarum per homines
mortales quorum iam mortuorum
fama distenditur Qui pretegis
in aquis superiora eius Quid
superiora celi Quid est celum
figurate dum taxat diximus
scripturam diuinam Que superio
ra scripture diuine preceptum quod
nichil est eminencius caritate
Quare autem aquis comparata
est caritas Quia caritas dei
diffusa est in cordibus uestris
per spiritum sanctum qui datus est
nobis Unde aqua ipse spiritus
quia stabat ihesus et clamabat
Si quis sitit ueniat ad me et
bibat Qui credit in me flu
mina aque uiue fluent de
uentre eius Unde probamus
quia de spiritu dicitur dicat ipse
euangelista qui sequitur et
ait hoc autem dicebat de spiritu
quem accepturi erant hii qui
in eum fuerant credituri Qui
ambulat super pennas uentorum
id est super uirtutes animarum
Que est uirtus anime Ipsa
caritas Quis autem ille super
illam ambulat Quia maior
est caritas dei in nos quam
nostra in deum Qui facit
angelos suos spiritus et ministros
suos ignem flagrantem

idest eos qui iam spiritus sunt
qui spirituales sunt facit ange
los suos mittendo ut predicent
eius ewangelium et ministros
ignem flagrantem Nisi enim
ardeat minister predicans non
accendit eum cui predicat Fun
dauit terram super firmitatem
eius firmauit ecclesiam super
firmamentum ecclesie Quod est
fundamentum ecclesie nisi de quo
dicit apostolus fundamentum
aliud nemo potest ponere preter id
quod positum est quod est christus
ihesus Et ideo tali fundamento
suffulta quid meruit audite
non inclinabitur in seculum seculi
firmauit terram super firmamentum
eius idest firmauit ecclesiam
super fundamentum christum Nu
tabit ecclesia si nutauerit fun
damentum Sed vnde nu
tabit christus qui antequam
veniret ad nos et carnem su
sciperet omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nichil Qui
omnia continet maiestate
et nos bonitate non nuta
te christo non inclinabitur in se
culum seculi Vbi sunt qui
dicunt de mundo perisse ecclesiam
quando nec inclinari potest Sed
vnde cepit dominus afferre
reuelare istam ecclesiam luci
pe ostendere diffundere Vnde
cepit Hoc quod erat primo
quia firmauit terram terram
super firmamentum eius non
inclinabitur in seculum seculi Ab
yssus sicut vestimentum amic
tus eius Cuius nisi forte
dei Sed iam de amictu eius
dixerat Circumamictus luce
sicut vestimentum Audio

deum vestitum et lux ipsa si
volumus nos sumus Quando est
si volumus Si iam tenebre
non sumus Ergo si deus luce
vestitus est quid sursum Ve
stimentum eius abyssus Abys
sus enim dicitur immensa aque
copia Omnis aqua omnis hu
mida natura atque substantia
tamquam diffusa per maria
et flumina et antra occulta
simul uno nomine Abyssus
vocatur Ergo terram intelli
gimus de qua dixit firmauit
terram super firmamentum eius
non inclinabitur in seculum seculi
De illa dictum credo Abyssus
sicut vestimentum amictus
eius Terra quasi vestimentum
est aqua circumdans eam et
contegens eam sed aliquando
in diluuio ita creuit hec
vestis terre ut omnia omnino
cooperiret et transcenderet alti
ssimos montes sicut scriptura
testatur cubitis fere quin
decim fortasse ipsum tempus
significauit iste psalmus cum
diceret Abyssus sicut vestimentum
amictus eius Super montes
stabunt aque idest vestimentum
terre quod est abyssus ita cre
uit ut etiam super montes
aque starent legimus hoc
ut dixi factum in diluuio sed de
loquebatur propheta narra
bat nobis preterita an prenuncia
bat futura Sed si narraret
preterita non nobis diceret Super
montes stabunt aque sed
super montes steterunt aque
Postquam enim temporis processu
[illegible] insurgerent ita pro
uidente spiritu que ventura sunt

quasi iam facta sint solemus
legere. Inde est quod illud in illo
psalmo novimus omnes ubi
tamquam evangelium recitatur
foderunt manus meas et pe
des dinumeraverunt omnia ossa
mea et super vestem meam
miserunt sortem. Omnia quasi
iam facta commemorantur que
utique adhuc ventura tene
bantur. Sed quantum potest nostra
diligencia quantum autem potest tan
ta occupacio aut quid potest vacat
ut possimus pro certo dicere ita
est. Animadvertimus sepe prophe
tas preterito tempore verborum dicere
que futura sunt figurate aut fu
turum dicere preterita non facile
occurrit legenti. Non audeo
dicendum est sed esse studiosis
caris linquo. quid
querant. Si invenerint et
ad nos attulerint gratula
bimur adolescenciam studiis oc
cipor occupata senectus et oc
corum mixtio et nobilitas di
vinus. Non enim dedignamur in
quid Christus de omnibus docet
hoc quod dicit. Super montes
stabunt aque prophecia eminens
futura predicere non narrare
preterita. Prophecia dixit quia certe
futuram in diluvio preteritio
nem nolebat intelligi. Sunt
enim tempus aliquod quo etiam
de ecclesiam dei cooperuerunt
aque persequencium et ita coope
ruerunt ut non apparerent
nec ipsi magni qui sunt mon
tes. Cum enim ubique fugiebant
quomodo non nimis apparebant
et fortasse de illis aquis est
vox illa. Salvum me fac deus

quoniam intraverunt aque usque ad ani
mam meam. Maxime aque mare
faciunt procellose et fluctuose.
Non enim quantumcumque tam coope
ruerit aqua marina fecunda
bit eam potius quam ad ste
rilitatem perducet. Cernite enim
et montes sub aquis quia
super montes stabunt aque
ipsi resistentes superaverunt
auctoritate omnium ubique fortiter
evangelizancium verbum dei.
Cooperuerunt illos aque et
super illos stabunt aque et di
cebant preme preme et premebant
extinguere ne appareat. Dice
bant super martires et fuge
bant ubique quidam et fuga qui
dam occultabantur. Apparet quia
super montes stabunt aque.
Erat potestas aquarum magna
sed tu audi quod sequitur. Ab in
crepacione tua fugient. Et hoc
factum est fratres. Ab increpacione
dei fugierunt aque hoc est
aspera montium recesserunt.
Iam montes ipsi eminent Pe
trus et Paulus quomodo eminent
qui antea a persecutoribus preme
bantur nunc imperatoribus vene
rantur. Fugierunt enim aque
ab increpacione dei quia cor
regum in manu domini defle
xit quo voluit. Iussit pacem
dari christianis. Eminent
et eminet auctoritas apostolica.
Nunquid et qui super erant
aque montium. Defecit magni
tudo sed tamen fratres mei ut
omnes videant eminenciam mon
cium per quos montes salus
esset generi humano quia
levavi oculos meos in montes

Unde veniet auxilium michi
Ab increpatione dei fugierunt
aque a voce tonitrui tui for-
midabunt. Iam quis non terreatur
voce dei per apostolos, voce divinarum
scripturarum? Nubes eius tonue-
runt mare. Formidaverunt aque.
nudati sunt montes. Iussit
imperator. Sed quis iussisset nisi
deus tonuit. Sed quia voluit
deus illi iusserunt et factum est.
Ergo nullus sibi honorem aroget
aliquid. Formidaverunt aque.
Sed a voce tonitrui tui. Nam
certe cum voluit deus fugerunt
aque ne premerent montes. Cum
id fieret et sub aquis fuerunt
erant montes. Ascenderunt
montes et descenderunt campi
in locum quem fundasti eis.
Adhuc de aquis loquitur. Non
sic montes accipiamus quasi
terrenas. Sed fluctus tam
magnos ut montibus com-
parentur. Fluctuavit aliquando
error et fluctus eius tanquam
montes fuerunt qui montes
apostolos operirent. Sed quando dominus
ascenderunt montes et descen-
derunt campi. Steterunt placa-
ti sunt. Cum seviebant mon-
tes erant cum placati sunt
campi facti sunt. Fundavit
enim eis locum. Est quidam
metus quasi profundus locus
quo recepti sunt quodammodo
omnia sevientia corda mor-
talium. Quam multi modo filii
et amari sunt et tamen quie-
ti. Quam multi qui dulcescere
nolunt qui in christum credere
adhuc nolunt. Et quamvis mul-
ti sunt qui non dum credide-
runt quid faciunt certe a voces

erant aliquando modo campi sunt.
Tamen fres mei et malicia
maris est. Quare enim non
seviunt modo? Quare non in-
saniunt? Quare non dant
operam si non possunt cuncte iterum
iterum terre contegere? Quare
non audi? Terminum posuisti
quem non transgredientur neque
revertentur regere terram. Sed
ergo quia iam fluctus amari-
ssimi modum acceperunt
ut liceat nobis talibus etiam
libere predicare quia terminum
acceperunt debitum quia
transgredi non possunt in propositum
finem neque revertentur regere
terram. Quid sit in ipsa terra
que operationes ibi sunt quia
iam mare undavit. Et non
ad eius opera tremens fluctus
pertexuit. Et si adhuc in-
saniunt paganorum sonitum
lectorum audio diluvium non
perhorresco. Quid ergo quid
sit in terra. Qui emittis fontes
fontes in convallibus. Emittit
fontes in convallibus. Convalles
nostis quid sunt depressa loca
terrarum. Nam collibus et mon-
tibus contraria figura oppo-
nuntur valles vel convalles.
Colles et montes tumores
terrarum sunt valles autem vel
convalles humilitates terrarum.
Noli contempnere humilitates
inde fluunt fontes. Emittit
fontes in convallibus. Audi mo-
dum dicit apostolus plus omnibus
illis laboravi exiguitudo
quedam est. Sta-
tim tamen huc profluant aque.
Convallem se fecit. Non ego
autem sed gratia dei mecum. Non

repugnat ut qui sunt mon
tes sint et conualles Sicut
enim montes dicuntur propter speci
alem magnitudinem ita et
conualles propter suam spiritus humili
tatem Non ego inquit sed
gratia dei mecum vis ego con
uallis esse Gratia dei mecum
fons est Qui emittit fontes
in conuallibus de spiritu dicebat
quemadmodum commemoraui Si quis
sitit veniat ad me Qui cre
dit in me flumina aque viue
fluent de ventre eius hoc
autem dicebat de spiritu quem ac
cepturi erant hii qui in eum
fuerant credituri Videamus
si conualles sunt ut emittat
fontes in conuallibus Audi pro
phetam Super quem requie
scet spiritus meus super humilem
et quietum Quid est super
quietum spiritus meus Super
humilem Quis habebit fontem
meum Conuallis Inter medium
moncium pertransibunt aque
Unusquisque a lectore pronunciatus
est psalmus unusquisque intente
caritati sufficiat hoc dicimus
et in nomine domini sermonem
intimabimus Quid est inter
medium moncium pertransibunt
aque Audiuimus qui sunt
montes magni predicatores
sublimes angeli dei quamuis
adhuc in carne mortali ex
celsi non sua virtute sed illius
gratia Cultum autem ad ipsos
attinet conualles sunt humiles
emittunt fontes et inter me
dium moncium inquit pertransi
bunt aque Intelligimus hoc
ita dictum inter medium apostolorum
pertransibunt predicaciones veri

veritatis Quid est inter me
dium moncium pertransibunt aque
Quid est inter medium apostolorum
Quod medium dicitur commune est
res communis vnde omnes equaliter
media est nec ad me nec ad
te sed nec ad te nec ad me
propterea loquimur et sic de aliquibus
hominibus habent inter se pacem
habent inter se fidem habent inter
se caritatem Sic certe dicimus
Quid est inter se In medio
sui Quid est in medio sui Co
munis est illis Audi aquas
inter medium moncium quia
communis fides erat nec quisque
aquas proprias et suas habebat
Si enim non sunt in medio quasi
priuate sunt non publice et
ego habeo meam et ille habet
suam vix est in medio et ipse
habeat Sed talis non est pacifica
predicacio ac vero ut inter me
dium moncium fluant aque
Audi vocem montis de cuius in
quid pacis dat nobis id ipsum
sapite inuicem Et iterum Vt id
ipsum sapiatis omnes et non
sint in vobis scismata Quod
sentias sentis in medio fluit
aqua non habes quasi priuatum
meum nec tu priuatum tuum
Veritas nec mea sit propterea nec
tua ut et tua sit et mea Inter
medium moncium pertransibunt
aque Audi ipsum montem ut
dixi quia inter medium mon
cium pertransibunt aque Siue
autem ego siue illi sic predicamus
et sic credidistis Secundum di
xi siue ego siue illi sic predi
camus et sic credidistis Inter
medium moncium fluebant aque
Nulla de aquis discordia

monat̄ sed pax consensionis
et societas caritatis Si quis aũt
aliud vellet p̄dicare iam de
suo p̄dicaret nō de meo Et
audi quid de illo dicat' ab ipso
qui emisit fontes in conuallibꝰ
Qui loquit' mendaciũ de suo
loquitur Itaqꝫ ne acciperetur
aliquis mons nō de medio
sed de suo manans ait apls
Quicumque vobis euangeliza
uit p̄ter quam qd accepistis
anathema sit et inde quē
admodum noluit de monte
p̄prium ne forte mons descen
dat ab aliquis p̄ medium curre
tibus et aliquid p̄prium velud
influere licet si nos et quātus
mons dixit hoc quia vbi inue
aque fluebant de conualle
eius Tam hoc nolebat ut me
dios inter montes curreret ibi
esset fides certa p̄pter quam qui inter
se mediũ atqꝫ commune apli
retinebant licet si nos inquit
et tu paule potes aliquid
alit' p̄dicare Audi q' sequit'
licet si nos aut angelus de
celo annunciauerit vobis p̄ter
quam quod accepistis ana
thema sit Si vellet mons
aliud euangelizans anathe
matizetur Unde hoc quia
de p̄priato vult fluere nō de me
dio et hoc forte homo carna
li nebula p̄peditus et a fon
te qui ad p̄priam suam fal
sitatem redactus posset hoc
facere Nunquid et angelus
de p̄prio fluens et in paradiso
non esset auditus non pre
cipitaret in mortem Media
aqua posita erat omnibus
preceptum dei aqua media

aqua quodam modo publica
sine fraude sine labe sine
ceno fluebat Si ipsa aqua
semp' biberent' semp' virerent'
Venit angelus lapsus de celo
factus serpens qui insidiose
iam venena spargere cupie
bat et inxit venenum de p̄prio
locutus est de suo quia qui
loquitur mendacium de suo
loquit' et miseri audiendo
dimiserunt qd commune erat
unde beati erant et ad suum
p̄prium redacti cum voluit p'us
esse similes deo hoc enim eis
dixerat Gustate et eritis
sicut dii appetentes qd non
erat qd acceperat amiserunt
Ergo fratres ad hoc valeat qd
diximus caritati vestre p̄pter
fontes ut fluant de nobis
Conualles estote et cum omnibus
consite quod de deo habetis
Inter medium fluant aque
nulli inuideatis bibite satu
ramini manate saturati vbiqꝫ
omnibus aqua dei habeat glam
nō hominum p̄uata mendatia

Explicit sermo secundus Incipit
sermo tercius de eodem psalmo

Reliquarum p'mum psalmi
huius p'tractandarum debi
tores nos esse meminit cari
tas vestra Non ergo opus est
ut intencionem vestram aliquo
proximo moneam Video enim
nos ad intelligenda sacra
menta p̄posita omni alacrita
te suspensos nec opus est
ut intentos faciat sermo
omnibus quos iam facit spiritus
dei hoc potius agamus qd
urget De fontibus emissis
in conuallibus et de aquis

inter medium montium pertransi-
bunt iam dictum est. Sed hoc sic
usque dictum sit deinceps ordi-
nem. Sequitur enim potabunt
omnes bestie silve. Aliud pota-
bunt aquas pertransientes in-
ter medium montium. Aliud pota-
bunt fontes emissos in conval-
libus et que potabunt be-
stie silve. Videamus quid est
hoc. Certe iusta creata bestias
silve bibere de fontibus et de
aquis inter montes currentibus.
Sed iam quia deo placuit ta-
lium rerum figuris abscondere
sanam non auferre studiosis
sed claudere neglientibus
aperire pulsantibus placuit
etiam ipsi domino deo nostro ad-
hortari nos per nos ut hiis omnibus
que velut de corporali et de
visibili creatura dicuntur
queramus aliquid spiritualiter
absconditum quo invento
gaudeamus. Bestias silve
gentes intelligimus et multis
hoc locis scriptura testatur. Sed
tamen evidentissima duo
occurrunt maxime documenta
quod in archa Noe quam nemo
nostrum dubitat ecclesiam esse
prefiguratam non includerentur
omnia genera animalium nisi in
illa unitate compaginis omnes
gentes significarentur. Nisi forte
putamus si omnia talia pe-
nitus diluvio delerentur de-
fuisse deo potestatem iubendi
ut terra produceret sicut primo
verbo eius produxerat. Non ergo
frustra non temere non ali-
qua indigentia dei vel inopia
potestatis iussa sunt animalia
illa in arca includi. Verum po-
stea quam venit tempus. Iam enim
debemus et alterum evidentissi-
mum adiungere testimonium. Cum ergo
venit tempus ut illud quod
in archa erat prefiguratum iam
in ecclesia compleretur. Petrus apostolus
dubitans dare sacramentum
evangelicum gentibus incircum-
cisis primo non dubitans sed
omnino dandum esse non putans
quadam die esuriens cum
prandere vellet ascendit ut
oraret. Hoc in actibus apostolorum
omnibus bene legentibus et
bene audientibus notum est.
Illo igitur orante facta est illi mentis
alienatio quam greci ecsta- Extasis .i. mentis
sim dicunt id est aversa est
mens eius a consuetudine cor-
porali ad visum quendam con-
templandi aliena apparentibus.
Tunc vidit vas quoddam ve-
lud linteum quattuor lineis
submitti de celo ubi erant
omnia animalia omnis generis
bestie et sonuit ei vox: Petre
macta et manduca. Ille autem
qui in lege fuerat eruditus et in
consuetudine iudaica creverat
preceptum quod per Moysen dei fa-
mulum retinebat totam quam
vitam suam fideliter custodie-
rat respondit: absit a me domine
nunquam commune aliquid in-
travit in os meum. Commune
autem et immundum dicens ani-
malia et illi bene noverunt qui
ecclesiasticas litteras didicerunt
et vox ad illum: Que deus
mundavit tu immundum ne di-
xeris. Hoc autem factum est ter.
Et blanditus est ille discus
qui demonstrabatur de celo
ter submissus. Discus qui

demonstrabatur de celo ter submissus discus qui quatuor lineis continebatur orbis terrarum erat in quatuor partibus has quatuor partes sepe scriptura commemorat oriente aquilonem et meridiem Ideo quia totus orbis per ewangelium vocabatur quatuor ewangelia conscripta sunt Ter de celo submissum vas hoc significat quod dixi apostolis Ite baptisate gentes In nomine patris et filii et spiritus sancti Inde colligitur sicut iam nostis duodenarius numerus apostolorum Non enim frustra duodecim habere voluit et ita numerus ille sacratus est ut in locum unius qui cecidit non posset nisi alter ordinari Quare duodecim apostoli Quia enim quatuor sunt orbis partes et totus orbis in ewangelio vocabitur unde quatuor ewangelia conscripta sunt et totus orbis in nomine trinitatis notatur ut congregetur ecclesia quatuor ter ducta duodecim fiunt Ergo non miretur si de illis aquis usque medium manerent perfundentibus nulla doctrina apostolica fluente in medio ecclesie conversiam communionis omnes bestie silue bibunt Omnes enim erant mactata omnes in disco omnes mactat petrus quia petrus petra petra ecclesia quod est mactare et manducare Occidere in eis quod erant in sua miseria assumere Dissipasti paganos sacrilegia occidisti quod erat dato sacramento christi incorporasti esse manducasti ipse ergo bestie

potant istas aquas perfundentes tamen non manentes sed perfundentes Omnis enim doctrina que isto tempore dispensatur cessit Inde dicit apostolus et scientia destruetur et prophetia evacuabitur Quare evacuabuntur ista Ex parte enim scimus et ex parte prophetamus Cum autem venerit quod perfectum est quod ex parte est evacuabitur Nec putet civitas vestra quia in illa civitate cum dicitur lauda ierusalem dominum lauda deum tuum syon Quoniam confortavit vectes portarum tuarum Iam confirmatis vectibus et clausa civitate unde ut iam prediximus nemo exit amicus et quo nemo intrat inimicus numquid codex ibi nobis legendus est aut tractandus sermo quemadmodum nobis modo tractatur ut ibi teneatur Ideo modo per sillabas dividatur ut ibi totus atque integer contempletur Non tibi deerit verbum dei sed tamen non per litteras non per sonos non per codices non per lectorem non per tractatorem Quomodo ergo sicut in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum Non enim sic ad nos venit ut inde descenderet quia in hoc mundo erat et mundus per ipsum factus est Tale verbum contemplatum Quoniam apparebit enim deus deorum in syon Sed hic quando post peregrinationem finite vite si tamen post finitam vitam non in diem tradimur ut iudex mittat in carcerem Sed per finita via sicut speramus [vita]

et optamus et studemus ad pa
triam veniremus ibi contempla
bimur quod semper laudabimus
nec illud quod nobis promissum
est ut nos qui sitimus nec
fastidiet qui manducabit
nec deficiet quod manduca
bit exequalia et mira contem
placio erit Et quis de illa digne
dicet Isto tempore inter montes
fluunt aque Interim ergo flu
ant aque inter montes et
pertranseant Cum transeant aque
bibitur in peregrinatione ne per
inedia deficiamus potabunt
omnes bestie silue Inde ve
nistis de silua collecti estis
Et quali silua nullus homi
ibi turbat quia nullus predica
illuc missus erat Sed ad ar
cham construendam congrega
sunt ligna de siluis Inde ligna
inde bestia inde venistis ergo
bibite potabunt omnes bestie
silue Et suscipient onagri
in sitim suam Onagros mag
nas quasdam bestias dicit
Quis enim nesciat onagros
dici agrestes asinos magnos
Ergo quosdam dicit indo
mitos vinculum cum haberet
gentes iugum legis non fere
bant gentes inulte moribus
suis superba lasciuia vaga
tes tamquam in deserto Et ob
quid bestie ita sed onagri
positi sunt ad significationem
magnitudinis potabunt et
ipsi in sitim suam fluunt enim
ille aque inde bibit lepus
inde onager lepus paruus
et onager lepus magnus
timidus et onager ferus
utrique inde bibit sed quisque in

sitim suam vero dicit aqua le
pori sufficio et repellit onagrum
neque hoc dicit onager accedat
lepus si accesserit rapietur
Tam fideliter et temperate fluunt
ut sic onagrum satiet ne lepo
rem terreat Sonat strepitus
voce tulliana Cicero legitur
aliquis liber est dyalogus eius
siue ipsius siue platonis siue
cuiusque talium audiunt imperiti
infirmi minores corde quis
audet illuc aspirare strepitu
aque et forte turbare certe
tam rapaciter fluunt ut ma
gnitudinem non audeat accedere
et bibere Cum sonuit In principio
fecit deus celum et terram et
non ausus est bibere Cum sonet
psalmus Certe occulta sunt
mysteria tamen ita sonat ut et
pueros audire delectet et im
periti accedant ad bibendum
et saciati ructent in psallendo
bibunt ergo minores bestie et
maiores Sed capacius maio
res quia suscipiunt onagri
in sitim suam Bibat minor quod
dictum est Viri diligite uxo
res vestras sicut et christus dile
xit ecclesiam Mulieres viris
suis subdite sint Bibant ma
iores dictum est autem domino
licet dimittere uxorem omni ca
usa fornicationis prohibuit dominus et
dixit non licere Iterum sequitur in
quit quia dominus ab initio mascu
lum et feminam fecit Quos deus
coniungit homo non separat Deinde
addidit Qui dimiserit uxorem
suam excepta causa fornica
tionis facit eam mechari et
si aliam duxit mechatur
Confirmauit opera hec ex precepto

colligato prius aere neglige(n)s
Alligatus es uxori ne quesier(is)
solutionem Solutus es ab uxo
re ne quesier(is) uxorem Sed
non est onager non est solutus
ab uxore tu es ibi quod et lepus
bibas et si acceperis uxorem
non peccasti Discipuli autem au
dierunt a domino non licet ullo modo
preter causam fornicationis dis
iungi coniugia Si talis est inquiunt
causa cum uxore non impedit
ducere et dominus non omnes capiunt
verbum hoc Iam vero dicitis
quia si talis est causa cum uxore
non expedit ducere Sed in quo
soli onagri bibiturum sit non
omnes capiunt verbum hoc ista
non capiunt et qui sunt qui ca
piunt Suscipient onagri in
sitim suam Unde est suscipiet
onager in sitim suam Cum pre
tare capiat Deinde sequitur
in contextione sua psalmus
Sup illos volatilia celi in
habitabunt Sup quos sup ona
gros an potius sup montes
Illic cum sensus iste dirigitur
inter medium montium per
transibunt aque potabunt
omnes bestie silue Suscipient
onagri in sitim suam super
illos volatilia celi inhabitabunt
Congruentius sup montes quod
hoc est etiam huic simile cre
atura Sup montes possunt
habitare volatilia non sup ona
gros Non hoc intelligemus
si necessitas coget Sup mon
tes quod volatilia celi inhabitabunt
Videmus aues istas habitare
sup montes sed multe earum
habitant in campis multe in con
uallibus multe in nemoribus
multe in ortis non omnes sup
montes Sunt quedam vola
tilia que non habitant nisi sup
montes Spirituales quosdam
significat hoc nomen volatilia
spiritualia corda sunt aere libe
ro perfruuntur Gaudent serenita
te celi aues iste Sed tamen
pastus earum in montibus illic
inhabitabunt Nostis montes
iam tractati sunt montes prophe
montes apostoli montes omnes
predicatores veritatis Cuicunque
vult esse spiritualis ibi habitet
non inde recedat ne abeat et vola
do herremus aues significantes
aliquid spirituale non frustra
dictum est Renouabitur ut iuuen
tus sicut aquile non frustra
dictum est de Abraham Aues
non diuisit Gen xv Abraham
in illo sacrificio suo mistico
accepit tria animalia uac
cam trimam vaccam trima
capram trimam et turturem
et columbam Diuisus est
aries et aduersus se inuicem
partes constitute Diuisa capra
uel edus aduersus se partes
constitute Diuisa vacca sic
etiam de ceteris carne scriptum
est et subdit scriptura Aues
autem non diuisit Deinde de
trimus aries trima vacca
trima capra de carnis etate
taceatur Unde quod nos in spiritu
quia significantur in auibus
quidam spirituales quorum
etas temporalis perfecta taceatur
quia eterna meditantur et
transgrediuntur despiciens et
intellectu omnia temporalia spiritua
les dum qui de omnibus iu
dicant et a nemine iudicantur

Itaque ipsi soli non dividunt in
hereses et scismata. In ariete
intelliguntur et preposita ducunt
eum greges. In vacca intelliguntur
plebs iudeorum. habuit enim
iugum legis sub quo labora-
bat. In capra intelliguntur ecclesia
degentibus. Quibusdam enim
liberis saltibus insultabat et
amaro pascebatur oleastro.
Trina sunt dicta hec animalia
quia tercio tempore gratia reve-
lata. Vel aliam primum fuit ante
legem. Secundum ex quo lex da-
ta est. Tercium quod nunc est quo
regnum celorum predicatur. Ideo
dicimus quod aves quod aves non
dividat. Ratione est fuerunt
auctores scismatum et hereseum
pono autem si plebes ipse non
dividerit, id est si vacca non di-
videretur. Si capra non dividetur
Erubuissent fortasse illi in
divisionibus suis et ad com-
pagem remeassent. Dividuntur
ductores dividuntur et plebes
ut cecus cecum sequatur ut sic
in foveam cadant. Ponuntur
adversus se invicem. Aves autem
non divisit. Spirituales non habent
divisionem non cogitant scis-
mata pacem inceis custodiunt
cum mitteris quantum possunt
ubi malus deficiunt ipsi tenent.
Sicut ibi inquit filius pacis
requiescet super eum pax vestra.
Si quis minus ad vos revertetur
non est filius pacis. Dividi no-
luit revertetur ad te pax tua.
Quia aves non divisit semel
et tamen viam concedit ibi
abraham usque ad vesperam et
semel magnus dies iudicii
vespera cum illa finis seculi et

tamen ille veniens dies iudicii
Divisit inter media illa que
divisa erant eo tamen. Si inter
media transit tamen alia in
dextram alia in sinistram separant
Sunt ergo quidam carnales
et tamen ecclesie gremio continentur
Sinentes secundum quendam modum
suum quibus timemus ne sedu-
cantur ab hereticis. Quia dum cum
carnales divisibiles sunt. Aves
quippe non divisit. Carnales
dividuntur. Et non potui loqui vobis
quasi spiritualibus sed quasi car-
nalibus. Et quo probatur quia
carnales dividuntur adiungit
Cum enim dicat unusquisque no-
strum ego sum pauli ego a-
pollo ego vero cephe nonne
carnales estis et secundum hominem
ambulatis. Rogo vos fratres
audite et perstate accipite vos
de loco carnali pergite turturem
et columbam. Aves autem non
divisit. Sed quicunque tales per-
manserunt et secundum quendam
modum nunc aptum carna-
libus et degrevius ecclesie non
recessissent et non sunt seducti
ab hereticis ut aliqua parte
dividatur. Semet tamen ad
dexteram ponuntur sive tamen
non poterit. Sed si tamen
pati non vult pergat invenire
et columbam. Cum potest capere
capiat. Si autem non
et edificavit super fundamentum
ligna fenum stipulam id est
amores seculares fundamento
fidei sue superedificavit tamen
cum in fundamento sit Christus
ut primum locum ipse habeat
in corde et nichil aliud ante-
ponatur portavit et tales

tolerantur et tales venient cu
minus incendet ligna fenum
stipula Ipse autem inquit sal
vus erit Sic tamen quasi
per ignem hoc aget caminus
alios in sinistra separabit Alios
in dextera quodammodo
eliquabit Avis autem non dimi
sit Sed aves videant si aves
tales sunt que super montes
nidificent non debent sequi
altitudinem cordis sui De
qualibus dicitur posuerunt
in celum os suum ne ventis
tollantur rege
stant habent auctoritatem
scripturarum requiescant in montibus
aptis in prophetis illic habitent
tales aves quia in montibus
petris inveniunt firmamenta
quedam preceptorum Sicut enim
Una illa petra xpus verbum dei
Sic multa verba dei multe petre
et iste petre in montibus vide
aves ibi habitantes super illos
volatilia celi inhabitabunt
Sed noli putare quia ista
volatilia celi auctoritatem
suam fecerint vide quid di
cat psalmus De medio pe
trarum dabunt vocem suam
Modo si dicam vobis credite
hoc enim dixit cicero hoc di
xit plato hoc dixit pitago
ras quis vestrum non irridebit
me Ero enim quasi avis que
non deposuit vocem suam Sed
unicuique vestrum debet
dicere Quid debet dicere ille
qui sic instructus est Si quis
vobis ewangelizaverit preter
quam quod accepistis anathe
ma sit Quid michi dicis de
platone et de cicerone et de

virgilio habes et ante te pe
tras in montanis de medio petrarum
da michi vocem tuam de me
dio petrarum dabunt vocem
suam Audiantur quia et vel
multis peccatoribus petra auditur
petra enim erat xpus Audi
antur quod libenter de medio pe
trarum dantes vocem et nichil
sonamus tali voce alitum Ille
sonant disputant spirituales
resonant petre testimonia
rudent scripture Ecce inde
volatilia de medio petrarum
dant vocem suam habitant
enim in montibus ipsi montes
et ille petre unde habent vocem
ut enim legatur scriptum est con
fugimus ad apostolum paulum
Ille unde habet Confugimus
ad ysaiam ysaias unde au
di unde Rigans montes
de superioribus suis Modo si
ad nos venit gentilis homo
incircumcisus crediturus xpo
damus ei baptismum Non re
vocamus ad illa opera legis
Sed si nos interroget iudeus
quare faciamus de petra
sonamus dicimus hoc fecit
paulus hoc fecit petrus de
medio petrarum damus vocem
nostram Illa autem petra Ipse
petrus mons magnus qui
orabat et illum visum vide
bat de superioribus rigabatur
paulus apostolus dicit gentibus
Si circumcidamini xpus nichil
nobis proderit Dicit hoc paulus
tamquam mons Inde nos
dicamus sonantes de petra
rigat domus ipsam de super
ioribus suis Nam tu ad
huc ista petra esset infidelitate

aspera nolens eam rigare
de superioribus suis ut flueret
aqua mirabilis clamabat
Saule saule quid me persequeris
non ei legit prophetam non ei le
git apostolum Omnia enim ista con
tempnet mons magnus Ri
gant illum de superioribus
suis et statim rigatus et
manare iam nolens dicens
ait Quid me iubes facere
Accipe illum montem vel pe
tram unde possis dare vo
cem tuam Accipe illum mon
tem et inde rigari de superio
ribus et effluere inferioribus
Audi hec conbino loco sine men
te confitemur inquit deo
sine temperantes simus nos
Quod ait mente confitemur
nos capere non potestis Con
fitemur enim omnia ista carna
lia nos adhuc carnales est
deo ergo mente confitemur
et quod videmus eum mente
concedimus effari non possumus
Ibi enim audivit ineffabilia
verba que non licet homini lo
qui Quid ergo inquiunt illi
lepores illi carnales nos
non rigabimur ad nos nichil
perveniet et quo emittet fon
tes in convallibus et quo in
medio montium pertransibunt
aque Ad hoc ergo pertinet sine
temperantes simus nobis
unde hoc quilem imitamur
Caritas inquit christi compellit
nos Tu particeps ubi et
si hodie spiritualis heri carna
lis ad carnales dedignaris
descendere cum ipsum verbum
caro factum sit et habitaret in no
bis Benedicamus ergo dominum

et laudemus eum qui rigat
montes de superioribus suis In
de veniet irrigatio ad terram
inde et humilia satiabuntur De
eum De fructu operum tuorum sa
tiabitur terra Quid est de fruc
tu operum tuorum Nemo glorietur
in operibus suis Sed qui gloriatur
in domino glorietur Gratia tua sa
tiatur Cum satiabit non di
cat meritis suis datam gratiam
fuisse Si gratia dicitur gratis datur
Si operibus redditur merces redditur
Gratis ergo recipe quia impius
iustificatur De fructu operum
tuorum satiabitur terra Producens
fenum iumentis et herbam servi
tuti hominum Verum est iudeo agno
sco creaturam producens terra
fenum iumentis et herbam ser
vituti hominum Sed iudeos et alia
iumenta domini que significant
tum dicit Boni trituranti
os non infrenabis Dicat enim
iumentum numquid de bobus
pertinet ad deum fratres nos ergo
scriptura dicit Quid ergo producat
terra fenum iumentis quia
dominus constituit ut qui evangelium
annunciavit de evangelio vi
vant Accepit predicatores et ait
illis Omnia que ab ipsis appo
nuntur nobis manducate Dignus
est operarius mercede sua Cum
enim dixisset que apponuntur
vobis manducate ne illi di
cerent impii cibum ad mensis
alienas indigebimus vis nos
ita esse frontosos Non inquit
non est illa donacio eorum sed
mea merces Sed aut rei non
merentes quid dicatur Quod
accipiunt dant spiritualia acci
piunt carnalia dant aurum

de ve[illegible] xx[illegible]

Quod ea que dant predicatoribus non sunt do[na] sed debita [illegible]

accipiunt fenum. Omnis enim caro
fenum et claritas carnis ut
flos feni. Omnia temporalia que
tibi superfluunt et redundant
fenum iumentorum est. Quare
quia carnalia sunt. Audi quia
iumentorum sit fenum. Si nos
vobis spiritualia seminavimus ma-
gnum est si carnalia vestra me-
temus. Hoc apostolus dixit ta-
lis annunciator tam laboriosus
tam impiger tam exercitatus
ut ipsum fenum donaret. Ecce
Ego inquit nullius horum
usus sum. Ostendit sibi deberi
et non accepit. Nec condemp-
navit eos qui acceperunt
quod debebatur. Condempnandi
enim erant exigentes inde-
bita non accipientes merce-
dem suam. Ille tamen et ipsam
mercedem donavit non quia
tibi alius donavit non debes
alteri. Alioquin non eris irriga-
ta terra que producat fenum
iumentis. De fructu operum
tuorum saciabitur terra producens
fenum iumentis. Tu noli esse
sterilis producens fenum iumentis.
Si polluunt iumenta fenum
tuum non te tamen sterilem inve-
niant. Accipis spiritualia redde
carnalia debita sunt.
Militi reddis provincialis vecti-
gal. Quis militat suis stipen-
diis unquam. Quis plantat vi-
neam et de fructu eius non
edet. Quis pascit gregem et
de lacte eius non percipit. Non
ideo dico ut ista fiant in me.
Sunt quidem milites qui etiam
provinciali donarent annonam
sed tamen provincialis reddat
annonam. Et aut sunt dicat po-

tuis quia iumenta sunt. Bovem
triturantem os non infrenabis.
Producens fenum iumentis et
quasi hoc exponens adiunxit
et herbam servituti hominum
ne non intelligatis quod dictum est
producens fenum iumentis repe-
ticione exposuit quod pressit.
Quod enim dixit supra fenum
postea herbam nominavit.
Quod autem dixerat iumentis
servituti hominum dixit. Ergo servitu-
ti et non libertati. Ubi est vos
in libertatem vocati estis. Sed
audi eundem ipsum. Cum enim liber
essem ex omnibus omnium me ser-
vum feci ut plures lucri facerem.
Et quibus dixit in libertatem
vocati estis et quid adiunxit.
Tantum ne libertatem in occasio-
nem carnis detis sed per cari-
tatem servite invicem. Quod
liberos fecit suos fecit non
conditione servili sed tamen
Christi redempcione non necessi-
tate sed caritate. Per caritatem
inquit servite invicem. Si Christo
servimus aut non parvulis non car-
nalibus non infirmis. Bene
Christo servimus si servimus quibus Christus
servivit. Nam de illo dictum est
Bene sementem plurimis prophetia le-
gitur de nullo nisi de Christo acci-
pi solet. Audiamus. Ipse et
meminimus vocem eius. Quicumque
inquit in nobis vult maior esse
erit vester servus. Servum meum te
fecit qui te suo sanguine liberum
fecit. Dicite hoc nobis quia
servum dicatis. Audi illum alio
loco. Nos autem servos vestros per
Ihesum. Bene diligite servos vestros
sed in domino nostro. Prestet nobis
ut bene serviamus. Vestra velimus

nolimus fieri simus et tamen
si nolentes simus non necessitate
sed caritate simus Quodammo-
do quasi superbia fuero stomacha-
ta videbatur cum diceret dominus
Erit minimus qui voluit in
nobis maior esse Iam enim
filii zebedei sedes altissimas
querebant Unus volebat sedere
ad dextram alter ad sinistram
dicentes per matrem quod ipsi cu-
piebant Dominus non illis sedes
invidit sed convallem prius
ploracionis ostendit quasi diceret Illuc
vultis venire ubi sum ego
querite que ego Quid est que-
rite que ego per humilitatem ego
de sublimi descendi et humili-
atus ascendo Vos intra [illegible]
et ante vultis volare quam
pasti sitis nutrimini relicta-
lum ferte medium Quod enim
ait Quando venerant ad humili-
tatem iam querentes altitudinem
potestis bibere calicem quem
ego bibiturus sum Et illi etiam
in hoc superbi dixerunt possumus
Quod petrus tenuit usque ad
mortem fortis vir donec fe-
mina diceret Et iste cum illis
erat Hic et isti possumus po-
testis possumus Et ille Ca-
licem quidem meum bibetis
Et si modo non potest bibere
Quod petro non potes me sequi
modo sequeris me postea
Calicem quidem meum bibetis
sedere ad dextram meam vel
ad sinistram non est meum dare
vobis Quid est non est meum
dare vobis Non est meum
dare superbis Modo quibus
loquor superbi estis Ideo di-
xi Non est meum dare vobis

Sed forte dicent erimus humi-
les non ergo erunt nos Ergo
nobis dixi Non dixi non da-
bo humilibus sed non dabo super-
bis Cum ergo ex superbo fit humilis
non erit qui erat Ergo predica-
tores ubi et iumenta et [illegible]
sit producat terra irrigata est
fenum iumentis et herbam ser-
vituti hominum Ipse est enim fructus
ut possit fieri quod dicitur [illegible]
ut et ipsi recipiant nos in eterna
tabernacula Vide de fenis quid
facias inde dicere illi quod emas
ut recipiant inquit nos in eterna
tabernacula Ubi erunt ipsi illuc
nos recipiant Quare hoc quia
qui suscipit iustum in nomine
iusti mercedem iusti accipiet Et
qui suscipit prophetam tantum in nomine
prophete mercedem prophete accipiet
Et qui dederit calicem aque
frigide uni ex minimis tantum
discipuli in nomine Amen dico vobis
non perdet mercedem suam Ergo
mercedem non perdet recipient
nos in eterna tabernacula Nemo
non festinet Nemo non alacrius
curat Si terra estis rigandi
de fructu operum dei ne dicat
non est cum quibus faciamus
predicatores nostri iumenta [illegible]
[illegible] homines sumentes
non indigne nimium Emere tamen
ne quis indigeat postremo
et qui non indiget [illegible]
nisi quod nolit accipere accipit eum
bonam voluntatem cum tu ac-
cipias patrem Et si enim non que-
rit datum sed requirit fructum
quere tamen ne quis indigeat
et noli dicere Si petierit dabo
Expectas ergo ut petat Dic pa-
tris bonum dei quod tu [illegible]

Sudet elemosina

mendicanti. Illi petenti das. Quia scriptum est: Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, qui preoccupat vocem petentis. Sic sunt nos indigentes milites Christi ut etiam petant; videte ne nos indiceant antequam petant. Quos in quibus queris? Esto curiosus, esto prudens, prospice. Attende unde quisque vivat, unde se sustentat(?), unde habeat; non reprehendet ista curiositas tua. Terra enim producens fenum iumentis et herbam servituti hominum. Curiosus esto et intellige super egenum et pauperem. Alius ad te venit ut petat, aliud tu prevenis ne petat. Dicit enim de illo qui te querit dictum est: Omni petenti te da. Dicit de illo quem tu debes querere dictum est: Sudet elemosina in manu tua donec invenias cui eam tradas. Cum enim dederis et istis pauperibus petentibus, non enim ab eis inhibuit elemosinas. Cum Christus de ipsis dicat: Cum facis convivium, voca claudos, cecos, debiles, non habentes unde tibi reddant; retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. Voca et ipsos, pasce, epulare cum illi epulantur, delectare cum illi saginantur. Illi enim pane tuo, tu iustitia dei. Nemo nobis dicat preceptum est a Christo ut servo dei detur, mendico non detur. Absit: prius impii ista loquuntur. At illi, sed multo magis illi. Ille enim petit et in voce petentis agnoscitur; iam deest(?). Ille enim quanto minus petit tanto magis tibi vigilandum est ut preoccupes petiturum a

forte modo non petiturum et aliquando dampnaturum. Itaque curiosi estote ad ista, fratres mei; invenietis multorum dei servorum indigentiam tantum ut velitis invenire. Sed quia delectat nos occupatio qua voltis dicere nesciebamus, propterea non invenimus. Ipse dominus loculos habebat quo mittebantur nummi et possidebantur propter usus eorum qui cum illo erant et eius. Non enim cum dicatur esuriit Ihesus mentitur evangelista. Voluit esurire propter te ne tu esurias in illo qui pauper factus est cum dives esset ut illius paupertate nos ditaremur. Habuit enim loculos, et dictum est de quibusdam feminis religiosis quod ambulabant cum illo(?), lavabant pedes eius evangelizantes et ministrabant ei de substantia sua. Nominantur ille mulieres in evangelio, ubi erat quedam et uxor cuiusdam procuratoris Herodis. Unde que fiebant futurus erat Paulus, nichil tale aliquando querens et omnia provincialibus donans. Sed quia multi ex fratribus ista questuri erant, magis infirmorum personam suscepit Christus. Sublimius Paulus; numquid et Christo? Sublimius Christus, quia misericordius. Cum enim videret Paulum ista non esse quesiturum, providit ne dampnaret quesituros. Et probavit omnes infirmos. Quomodo cum videret multos priores et gaudentes ituros ad martirium, passionis exultaturos in ipsa passione, fortes centuriones

mativos ad horrenm quoꝝ
dam tm infirmor quib vide
bat posse conturbari ventura
passione ne deficerent tamen
sed potius voluntate humana
voluntati creatoris coniungerent
ipsorum personam nolint suscipe
in passione xpus dicens Tri
stis est anima mea usque ad
mortem Et iterum pr si fieri
pt transeat a me calix iste Do
cuit quid esset dicturus infirmus
sed sanos ondit quid facere
debet infirmus dumptum non q
ego volo sed q tu vis pater
Quando ergo in passione sustinuit
infirmorum personam prefigura
tam illam in corpore suo quia
et illa membra eius neque enim
frustra dictum ē Imperfectum meum
viderunt oculi tui et in libro
tuo omnes scribentur Sic et in
loculis iudis et in porrigenda
quodammodo elemosina non
petendo sed prebendo indige
tiam suscepit Suscepit eum
zacheus et gaudet Cum hoc
boni xpo cum zacheo de suo
suscepit zacheus non erat
ubi maneret mundi fabricator
ac si non pasceret zacheus in
digeret ihesus qui de quinque pa
nibus tot milia hominum satu
ravit Cum ergo quisque ferme
suscipit non suscepto sed su
sceptori prestabit Numquid
in illa fame non pascebatur
helyas Nonne corvus affe
rebat panem et carnem servo
dei serviente creatura ipsius
est tamen pascendus a vidu
am non ut [illegible] sed ut
vidue aliquid prestaret
Ergo quia dicebamus fratres

Et de pascendis pauperibus cum
dns loculos haberet tamen quod
dixit inde eum traditurus
quod facis fac velocius non intelli
gentes ceteri quid dixisset ar
bitrati sunt eum dixisse ut
aliquid pararet quod daret pau
peribus Ille enim loculos habebat hec
incurans scriptum est posset hec
suspicari nisi hoc inconsuetum
habebat dns Delius ergo que da
bant et in loculos mittebant
dabat et illis pauperibus quos
deus docuit non contempnendos
sed si illum non contempnas qui
to magis bonum pauperem tu
tuaris hec area quanto magis
suum tuum Non indiget cibo
forte veste indiget Non indi
get veste forte tecto indiget
forte ecclesiam fabricat forte
aliquid in domo utile dei molit
expectat ut attendas expectat
ut intelligas super egente et
pauperem Tu contra sicut du
ra lapidea non irrigata aut
frustra irrigata similis tibi dice
non sitiebam non noveram neq
intellexi dixit Nemo tibi dixit
xpus non cessat dicere ipse non
cessant dicere Beatus qui in
telligit super egenum et paupe
Non vides ecclesiam manentem
inpositi tui vides certe vel sur
gentem fabricam quo intra
turis et intraturus es Nonne
admonet oculis tuis Nisi for
te putas fratres quia inpositi
sunt thesaurisant et nomina
multos non thesaurizare et ad
cottidiana egere de quibus
omnino hac non creditur quos et
vos in veniret si deberet si tam
spectabis p ad hoc vigilaretis

ut fructum daretis Dixi quod
potui quantum potui puto autem
manifestos nos esse vobis sicut
ait apostolus Video vos dicere
ut vinos ista faciatis prestet
detis ut terra irrigata sitis
non lapidea sicut iudeorum qui
tabulas lapideas accipere
meruerunt sed terra fructifera
reddat agricole Illi ipsi cor
de lapideo quod significatum est
lapideis tabulis decimas
dabant etiam gemitus ut
michil sibi decedat Si gemitus
parturite si parturitis parite
Quare gemitus sterilis visce-
ra torquent Aut cum intus
quod edatur Rigans montes
de superioribus suis de fructu
operum tuorum saciabitur terra
Beata qui faciunt Ubi qui
ista fructuose audiunt Ubi
qui non inaniter clamant de
fructu operum tuorum saciabitur
terra producens fenum iumentis
et herbam servituti hominum
Ut quid hoc ¶ Ut educas pa-
nem de terra Quem panem
christum de qua terra de petro
et paulo de ceteris dispensa-
toribus veritatis Audi quod
de terra Habemus inquit the-
saurum istum in vasis fic-
tilibus ut eminencia virtu-
tis sit dei Ipse est panis qui de
celo descendit ut de terra
educatur cum per ipsorum pro-
carnem predicatur Terra fe-
num producat ut panem de terra
educat Hec terra fenum producat
plebes pie plebes sancte Aut
de qua terra panis educatur
verbum dei de apostolis dispen-
satoribus sacramentorum dei

adhuc in terra ambulantibus
adhuc corpus terrenum por-
tantibus ¶ Et vinum letificat
cor hominis Nemo se ad ebrie-
tatem paret primo se omnis
homo ad ebrietatem paret
Calix tuus inebrians quam
preclarus est Nolimus dicere ne
se inebriet Inebriamini sed
videte unde Si vos inebriat
calix domini preclarus videbitur
ista ebrietas in operibus vestris
videbitur postremo in aliena-
tione mentis vestre sed a terre-
nis intellectum ¶ Et exhilaret
faciem in oleo Vides que terra
quantum fructum educat Si
producat fenum iumentis non
ista sibi vendunt quod dant
Non enim venditores ewan-
gelii sunt Gratis dant quia
gratis acceperunt Gaudent
bonis operibus vestris Hoc enim
nobis prodest Non hoc que-
runt datum sed requirunt
fructum Quid est exhila-
racio facie in oleo Gratia dei
niter quidam in manifesta-
tione Sicut dicit Apostolus Uni-
cuique autem datur spiritus ad ma-
nifestacionem Gratia quedam
que est hominis ad homines
specialis ad conciliandum suum
amorem oleum dicitur nito-
re divino Et quia excelle-
tissima in christo apparuit to-
tus orbis eum diligit Qui
cum contemptus sic esset ado-
ratur modo ab omni gente
qui primus est regum et ipse
dicabitur gentium Tanta enim
est eius gratia ut multi qui in
eum non credunt laudent eum
et preca dicant nosse se deum

credere quia nemo pt implere
quod iubet laudando impedi
unt qui nullum vituperando
terrebant Amatur tamen
ab omnibus predicatur ab omnibus
quia excellenter unctus Ideo
xpus / xpus enim unctus dicitur
Similiter dictus xpus Messias
hebraice grece xpus latine
unctus Sed corpus suum totum
perungit Omnes ergo venientes
acceperunt graciam ut exhilaret
facies in oleo et panis cor ho
minis confirmet Quid est hoc
fratres quasi cepit intelligi de
quo pane diceret Panis enim
iste visibilis stomachum con
firmat Est alius panis qui
cor confirmet quia panis est
cordis Nam enim dixerat de pa
ne supius ut educat panem
de terra sed non dixerat qualis
panis sit ille et vinum letifi
cet cor hominis videtur iam
dicere de spirituali vino Etiam
ideo letificat cor hominis Sed
adhuc putetur de vino isto dia
quia ebrii quasi leti corde
videntur apparet Utinam letetur
et non rixentur Dicas michi
Quid lecius ebrio vino quid
in sanius ebrio Quid plerique
iracundius Est ergo vinum quod
vere letificat cor et non nouit
aliud nisi letificare cor Sed
ne putes hoc quod est de spiritua
li vino debere accipi de illo
pane autem nunquid et ipse spiritua
lis sit exposuit et ipsum pa
nis inquit cor hominis con
firmat Ergo sic accipe de pa
ne quod accipis de vino ut
enim intus sit Beati enim
qui esuriunt et siciunt iusticiam

quia ipsi saturabuntur panis
iste iusticia est vinum illud iu
sticia est veritas et veritas verbum
est Ego sum inquit panis vi
uus qui de celo descendi Et ego
sum vitis vos palmites Et pa
nis cor hominis confirmat Satu
rabuntur ligna campi id est gra
educata de terra ligna campi
plebes populi Et cedri libani
quas plantauit Cedri libani
potentes in seculo et ipsi saciabuntur
peruenit panis et vinum et ole
um xpi ad senatores ad nobi
les ad reges Saciata sunt
ligna campi prius humiles sacia
ti sunt deinde etiam cedri liba
ni sed quas plantauit ipse Ce
dri religiosi fideles Tales
enim plantauit Nam et impii
sunt cedri libani quia conteret
dominus cedros libani libanus et
mons est ubi iste arbores
etiam secundum literam amenissime
sunt et excellentissime libanus
autem interpretatur sicut legimus qui
qui ista scripserunt candidacio
libanus dicitur candidatus videtur
autem esse candidacio seculi huius
modo nitent et fulgentibus
in pompis suis Sunt ibi cedri
libani quas plantauit dominus
Nam arbor inquit quam non
plantauit pater meus eradi
cabitur et cedri libani quas
plantauit Illic passeres ni
dificabunt Fulice domus dux
est eorum Ubi passeres nidifica
bunt in cedris libani Iam
audiuimus que sunt cedri li
bani nobiles seculi excelsi
genere opibus opibus et ipsi ce
dri saciantur illi tamen quas ipse
plantauit In his cedris passeres

indificant Qui sunt passeres
aues equidem et volatilia
celi passeres Sed immunda vo
latilia solent dici passeres Et
quo quidam spirituales indificant
tes in cedris libani idest sunt
quidam filii dei audientes
in ewangelio Dimitte omnia
tua vel vende omnia tua et
da pauperibus et habebis the
saurum in celis et veni seque
re me Et non tantum hoc audierunt
magni sed audierunt et pauci
et voluerunt hoc facere et pauci
et esse spirituales non magni viro
ribus non maceratur cura fi
liorum non habent proprias sedes quibus
delegarentur sedem inuitam quam
dam commune Sed quid dimi
serunt istas passeres immunda
cum seculi huius passeres di
centur Quid dimiserunt aliqui
se commutit dimisit cellam pa
tris sui inopem in vinum lec
tum et una arthia committit
se tamen fratres passer que
sunt spiritualia Bene optime
non illi insultemus non dicas
nichil dimisisti / vero superbiat
qui multa dimisit petrus ut
sequeretur dominum iterum nonnisi
quod piscator erat quod potuit
potuit dimittere Sic frater eius
andreas vel filii zebedei Jo
hannes et Jacobus etiam ipsi
piscatores Et tamen quid
dixerunt Ecce nos dimisimus
omnia et secuti sumus te Non
eis dixit dominus oblitus es pau
pertatem tuam quid dimisisti
ut totum mundum acciperes
multum dimisit fratres mei / mul
tum dimisit qui non solum
dimisit quidquid habebat
sed etiam quidquid habere cupie
bat Quis enim pauper non tan
gitur in ipse seculi huius qui sua
cottidie cupit augere quod habet
Ista cupiditas preciosa Ibat
in immensum Accepit modum
et nichil dimissum est pro ipso
totum mundum dimisit petrus
et totum mundum petrus acce
pit quasi nichil habentes
et omnia possidentes faciunt
hoc multi Ista faciunt qui parum
habent et veniunt et fiunt
passeres utiles Immunti videntur
quia non habent altitudinem
dignitatis secularis vel indificant
cedros libani nobiles et di
uites et excelsi huius seculi qui
cum timore audiunt Beatus
qui intelligit super egenum
et pauperem attendunt res
suas villas suas et omnes
superfluas copias quibus di
centur excelsi et prebent illas
seruis dei dant agros dant
hortos edificant ecclesias monasteria
colligunt passeres ut in cedris
libani indificent passeres quo
faciunt Cedri libani quas
plantauit dominus et illic pas
seres indificabunt Attendi
te totam terram si non ita est
ut loquor Ista non solum cre
dendi sed et videndi dedit
nichil intellectum ipsum experimentum
Interrogare latissimas terras
qui nostis et videte inquam
multis cedros libani passeres
illi de quibus locutus sum
indificant Sed tamen fratres
mei ipsi passeres si spirituales
sunt gaudeant indificent in
cedris libani non pro magno de
bent habere cedros libani et

putare illos esse superiores a
quibus eorum vitia complentur
passeres enim sunt. Illi autem
cedri libani sunt. ergo fu
lice domus dux est [illegible] passe-
res quamvis in cedris [illegible] libani
nidificent passeres [illegible] non tamen
cedri libani duces [illegible] sunt pas
serum. Ecce satia[illegible] buntur
ligna campi omnibus ipsi et
cedri libani quas plantavit
dominus saciabuntur. Omnes nobi
les et excelsi fideles. Illic
id est in cedris libani passe
res nidificabunt. prebebunt
ramos facultatum suarum col
ligendis minimis spiritualibus
prebent ista faciunt hec cedri
libani quas plantavit dominus
faciunt et libenter faciunt no
verunt quid faciunt. Sed pas
seres quamvis in cedris liba
ni nidificabunt fulice domus
dux est eorum. Nunc et fulice
domus dux est eorum. fulica
sicut omnes novimus marina
avis est vel in stagnis est vel in
mari est habet quandam domum
non facile in littore terre aut
unquam sed in his que in me
dia aqua sunt plerumque ergo
in petris quas aqua circum
dat. Intelligimus ergo petram
esse ydoneam fulice domum
in qua fortius et firmius
habitat quam in petra inequali
petra in mari constituta
et si tunditur fluctibus fran
git tamen fluctus non fran
gitur petra. hoc habet magnum
petra in mari constituta.
Quanti fluctus contuliderint
petram istam dominum nostrum
ihesum xpistum. Elisi sunt in illa

inde et illi fracti sunt ille inte
ger mansit et vincit universos
xpistum ita sit in isto seculo id est
in isto mari ubi non potest nisi pro
cellas tempestates que sentire
ut nulli vento cedat nulli
fluctui et integer maneat
ergo fulice domus et fortasse
est et similis. Non habet domum
fulica in excelsis nichil illa
domo firmius et nichil similius
In cedris quidem nidificant pas
seres [illegible] sed pe
tram illam ducem que fluc
tibus tunditur et non frangitur
imitantur cum xpisti passiones
Et si forte cedri libani irate
fuerint et aliquid moleste
vel scandali fratribus dei minimis
suis commoverint volabunt
quidem inde passeres sed ne te
dio remanenti sine nidis
passerum passeres enim navi
gabunt non peribunt quia
fulice domus dux est eorum
Quid ergo sequitur. Montes al
tissimi cervis. Cervi magni
spirituales transcendentes
inventum omnia spinosa ut
atque silvarum. Cervi perficis
inquit pedes meos sicut cer
vi et super excelsa statuens me
Teneant montes altos al
ta precepta dei sublimia co
gitent teneant ea que multum
eminent in preceptis iustificationes
in summis. Cervi enim sunt illi
montes altissimi. Quid de
similibus bestiis. Quid de lepo
re quid de ericio lepus in
tantum animal et in figuram eri
cius est speciosum. Illud al
titudinem illud spinis coopertum
Spine quid significat in petra

vel peccatores qui peccant cotti-
die etiam si non magna peccata
minutissimis spinis coopertis
est Ineo quod timet lepus et
Ineo minutissimis peccatis
opertum ericius et non potest
tenere excelsa illa et perfecta
precepta legis cum montes al-
tissimi dati sunt ceruis ut
et videas quid sequatur
Petra refugium ericiis et le-
poribus quia filius est dominus
refugium pauperi ponas petram
illam in terra refugium est
ericiis et leporibus ponas
illam in mari domus est
fulice ubique utiles petra et
in montibus ipsa utilis mon-
tes sine petre fundamento
ruerent in profundum Unde ia-
dudum de montibus dicebat
illic volatilia celi inhabitabunt
de medio petrarum dabunt vo-
ces suas Ubique ergo petra re-
fugium nostrum sive in montibus
excelsa sit sive in mari tun-
datur fluctibus [illegible] non sta-
gitur sive in terra non solidetur
ad illam ceruus ad illam fulica
ad illam lepus et ericius tun-
dant pectora lepores et ericii
confiteantur peccata sua licet
modica sint minima quod
cottidianusque peccatur non eis
tamen deest petra que illos
docuit dicere dimitte nobis de-
bita nostra sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris petra refu-
gium ericiis et leporibus
Fecit lunam in tempore Intelli-
gimus spiritualiter ecclesiam crescen-
tem deminuendo et ista mor-
talitate vite quodammodo
senescentem sed ut appropinquet

ad solem iustitie luna dico
visibilem oculis sed quid hoc
nomine significatur Ista quando
obscura erat ecclesia quando non
appa[hole]rebat nondum emi-
nebat [hole] seducebant homines
et dice[hole]bant hic est ecce hoc
est xpistus ut fatigarent in
obscura luna rectos corde
modo quam certus est qui luna
plena erat fecit lunam in tempore
sicut cum temporaliter transit ecce
non cum sic erit semper ista
mortalitas augeri et minui
potest aliquando transibit In tempore
facta est Sol agnouit occasum
suum Et hic quis sol nisi sol
ille iustitie quem sibi non
ortum plangent impii in fine
iudicii cum dicturi sunt in illo
die Ergo erravimus a via
veritatis et iustitie lumen
non luxit nobis Sol iste
oritur qui intelligit xpistum
recedit autem ab intellectu
eius xpistus qui sic intus fuit
fratri suo ut teneat odium
Itaque irascimini et nolite pec-
care Caritas et si irascitur
aliquando ut corrigat non te-
netur ira quia non inveterare
fuit iram ut verteretur in odium
non occidet sol super iracundiam
vestram Non ergo occidat sol
super iracundiam vestram
hec putetis ideo non nullus
solem esse adorandum quia
sol in scriptura aliquando xpistum
significat Talis est enim
dementia hominum quando ad-
raudum aliquid dicatur cum
dicitur Sol xpistum significat
credere quam multa xpistum sig-
nificent Quia ista crescens

in similitudine non in proprietate
Queris proprietatem xpi supius
erat verbum et verbum erat apud
deum Ecce proprietas xpi per quem
factus et verbum caro factum est
et habitavit in nobis Ceteras
similitudines sunt Intellige
lector scripture capax ut aliud
videas oculis carnis aliud
animi cordis tui Sol quod iste
iam secuti dicamus sol ille
iusticie non sine causa impiis
non oritur et si noluit Ipsa enim
sapientia dicit Querent me ma
li et non invenient Querent
et non invenient et quare
quia oderunt sapientiam Ipsa
sapientia loquitur et dicit Quere
rent me mali et non invenient
Oderunt enim sapientiam
Et quod oderunt quare quere
Quesierunt non ut sequantur sed
ut perirent Quesierunt fictionibus
oderunt moribus Sanctus enim
spiritus discipline effugiet fic
tum et auferet se a cogitacio
nibus que sunt sine intel
lectu Non ergo ille sol oritur
impiis non oritur malis Sed
vero de isto sole quid dictum
est Qui facit solem suum ori
ri super bonos et malos et
pluit super iustos et iniustos
Ergo de illo sole iusticie ne
scio quid significat psalmus
iste secundum iusticiam velut di
ximus ista sicut increatura
etiam secundum speciem rerum visibi
lem Quid est sol agnovit
occasum suum Sol agnovit
occasum suum xpus agnovit
passionem suam Occasus est
passio xpi Sed numquid sic sol
occidit ut non oriatur Numquid
qui dormit non adiciet ut re
surgat Nonne ipse dixit dor
mivi turbatus Et de illo dictum
est Exaltare super celos deus
Ergo sol agnovit occasum
suum Quid est agnovit approba
vit placuit ei Et unde ostenditur
qui agnovit hoc est placuit
ei Quid enim non novit deus
qui non novit xpus et tamen
damnaturus est in fine quibus dicitur
non novi vos Quomodo ergo ibi non
novit vos nisi quasi ignoti
michi estis sed non michi pla
cetis hic et hic agnovit occa
sum suum placuit illi occasus
suus Si enim displiceret quomodo
pateretur homini enim quia non
est ille sol etiam si displiceat
passio quia patitur et quod non
vult Iste autem non pateretur
nisi ei placeret id est nisi ag
nosceret occasum suum non occi
deret quia ipse dixit potestatem
habeo ponendi animam meam
et potestatem habeo iterum sumendi
eam Nemo tollit eam a me
sed ipse eam pono a me ergo
cognovit occasum suum Et
quid cum occidit sol cum passus
est dominus facte sunt quedam
tenebre in apostolis defecit spes
eorum quibus prius magnus
et redemptor eorum videbatur
clamare Posuisti tenebras
et facta est nox ibi pertran
sibunt omnes bestie silve Ca
tuli leonum rugientes ut ra
piant querentes a deo escam sibi
Quid intelligam spiritualiter
catulos leonum nisi spiritualia
nequicie Quid intelligam
nisi mala demonia Sunt
demonia pascuntur erroribus

hominum Sunt enim principes de
moniorum et sunt demonia que
dam contemptibilia ista demo
nia seducunt homines sicut aues
quiescunt Sed ubi sol non or
non ortus tus est Tenebre enim sunt Et
cum tenebre sunt quiescunt ca
tuli leonum quos devorent
Ipse leo maior princeps omnium
talium leonum Cuius de illo
dicitur 1 petri 5 Fratres quia aduersa
rius vester dyabolus tamquam leo
rugiens circuit querens quem
devoret Ideo quiescit adeo
certam sibi quia nec temptari
quis potest a dyabolo nisi permittente
deo Job coram ante dyabolum
erat et tamen longe ab illo
erat aspectu ante illum potestate
remotus ab illo Quando audet
temptare vel carnem vel fa
cultates eius quas posside
bat nisi accepisset potestatem
Quare autem datur potestas
aut ad dampnandos impios
aut ad probandos pios Juste hoc
totum deus agit Et in nemi-
nem habet dyabolus potestatem vel in
aliquid eius nisi ille conce
dat ubi est potestas summa et sub
limis Sic dyabolus sic homini
nulla est potestas in homine nisi
desuper detur Stabat iudex
vivorum et mortuorum ante hominem
iudicem et inflauit se homo
iudex sedens ante se christum
et ait Nescis quia potestatem habeo
occidendi et dimittendi At ille
qui venerat et eum forte agere
iudicabatur Non habes inquit
in me potestatem nisi esset tibi de
super data Et homo et dyabolus
et quelibet demonia non accep
ta potestate nocent sed permissionibus

non nocent Malis ita sunt tamquam
ignis feno bonis ita sunt tamquam
ignis auro candidatus est in
dies ut ferrum probatus est Job ut
aurum Posuisti tenebras
et facta est nox illic pertransibunt
omnes bestie silue Iam bestie
silue Aliomodo Alio enim et
alio modo semper ista et intelli
guntur Quando dominus ipse agnus
ipse leo Quid tam diversum quam
agnus et leo Sed qualis ag
nus qui vincet lupum vin
cet leonem Ipse petra ipse
pastor ipse ianua pastor in
trat per ianuam et dicit Ego
sum pastor bonus Et dicit
Ego sum ianua Ipsum leonis
nomen dominum significat quia
dicit leo de tribu iuda Et
dyabolum qui conculcavit leo
nem et draconem Distincte sic
intelligere cum figurate ista
dicuntur ne forte ubi legitur
quod petra christum significat
ubique petram christum putet
Significat alia atque alia lit
tera que loco ponatur inde
Ubi intelligis eius vim Si
audieris litteram primam in nomine
dei et putaveris eam semper
ibi ponendam delebis eam
in nomine dyaboli Abcadem
enim littera incipit nomen dei
a qua incipit nomen dyaboli
Et nichil tam dissimile quam
deus et dyabolus Vide ergo
quam absurdus est et archi
gramus et divus qui dixit
D litteram non debet licere inci
pere nomen dyaboli Et cum
quesieris quare videat Ego
in nomine dei legi istam litteram
Videtur iste litteram nec talis

est enim dignior reddere racionem
Nolite ergo tam preclit sape
ista divina ut forte aliquis
dicam quia dixit supius be-
stias silve significare gen-
tes modo autem dico bestias
silve significare demonia
et angelos prevaricacionis pu-
tetis me aliquid contrarium
dicere Similitudines enim sunt
et circumstancia aliud exponit
Illic pertransibunt omnes bestie
silve Ubi In noctem quam
posuit dominus quia sol ag-
novit occasum suum Catuli
leonum rugientes ut rapiant
querentes a deo escam sibi Me-
rito dominus veniens ad occasum
ipse sol iusticie agnoscens
occasum suum ait discipulis
tunc quasi tenebris fiunt cir-
cuitus leone ut quereret quem
devoraret Et quid ille leo rugiens
devoraret nisi peteret Hac noc-
te inquit postulavit satha-
nas vexare vos sicut triti-
cum Et ego rogavi pro te petre
ne deficiat fides tua Unde
cum ter negavit iam inter
dentes leonis erat Catuli
leonum rugientes ut rapiant
et ut querant a deo escam
sibi ortus est sol qui dixit
potestatem habeo ponendi animam
meam et potestatem habeo iterum
sumendi eam Agnovit occa-
sum suum et posuit eam Or-
tus est sol et recepit eam Or-
tus est sol quia occidit sol
sed non ortus est sol adhuc
eis qui non intelligunt christum
ipsa nox est adhuc eis sol
ortus non est instant ut in-
telligant ne rapiantur a

rugiente leone Nam ecce absque
ortus ne hos audent invadere
catuli leonum Sequitur enim
Ortus est sol et congregati sunt
et in cubilibus suis cubabunt
magis magisque ubi oritur sol
iste ut intelligatur ab orbe
terrarum et clarificetur christus
in toto mundo congregantur
catuli leonum ipsa demonia
et recedunt a pectoribus eorum
que instigabant persequi do-
minum dei operando in filiis
diffidencie Nam [illegible]
principem potestatis aeris qui nunc
operatur in infidelitate Modo
iam quia nemo eorum persequi
audet ecclesiam ortus est sol
et congregati sunt et ubi sunt
Et in cubilibus suis cubabunt
Cubilia eorum corda infidelium
Quia multi gerunt leones cu-
bantes in cordibus suis non
inde erumpunt non faciunt im-
petum in istam pregnantem
ecclesiam Quare non faciunt Quia
iam ortus est sol et splendet
in toto orbe terrarum Ergo inde
quid sequatur quia ortus est
sol et congregati sunt in cu-
bilibus suis cubabunt Quid
tu o homo dei quid o ecclesia
dei Quid tu corpus christi cuius
caput in celo est Quid tu fac
o homo unitas eius Exiet
inquit opus suum Operetur ergo
iste homo operetur bona in se-
curitate pacis ecclesie Operetur
usque in finem Aliquando enim erit
quedam contenebracio et
fiet quidam impetus sed in
vespera id est in fine mundi Modo
autem in pace et tranquillitate
operatur ecclesia quia exiet homo

ad opus suum. Et ad operationem
suam usque ad vesperam. Quam
magnificata sunt opera tua domine
excito magna multo potesta
Ubi facta sunt opera ista tam mag-
na? Quae illa facies stans dei ubi
sedet et ista operatus est? Cuius
locus ubi ista operatus? Unde
processerunt? Primo ista tamen
pulchra vide. Ad litteram accipias
omnis ordinata creatura ordi-
nate currens ordinate pulchra
ordinate oriens ordinate
occidens ordinate peragens
omnia tempora unde processit?
Ipsa autem ecclesia quo accipit
incrementa successibus predicatorum
quo destinatur ad finem quem-
dam in mortalitate quibus
sermonibus predicatur quibus mi-
steriis commendatur quibus
sacramentis occultatur qua
predicatione revelatur. Ubi hec
fecit deus? Video magna opera
tua domine. Quam magnificata
sunt opera tua domine. Quaero
ubi hec fecit locum non video
Sed video quid sequitur. Omnia
in sapientia fecisti. Ergo omnia in Christo
fecisti. Ille contemptus, ille
bopalmatus, ille conspuitus,
ille spinis coronatus, ille cru-
cifixus. Omnia in illo fecisti.
Audis audeo quid de illo tuo
insultent inimici hominibus quid
de illo sermone suo predicas gen-
tibus Christum dei virtutem et dei
sapientiam. Irridentes iudei cru-
cifixum Christum qui scanda-
lum est eis. Irrideant pagani
crucifixum quia stulticia
est eis. Nos autem predicamus
Christum crucifixum iudeis quidem
scandalum gentibus autem

stulticiam. Ipsis vero vocatis
iudeis et grecis Christum dei vir-
tutem et dei sapientiam. Omnia
in sapientia fecisti. Repleta est
terra creatura tua. Repleta terra
creatura Christi et quid inde
vivimus? Quid enim non a patre
pusillum creatum est? Quid-
quid ambulat et repit vel
quidquid natat magnus quod
quid creatura nova de qua
dicit apostolus. Si qua in Christo
nova creatura vetera transie-
runt ecce facta sunt nova.
Omnia autem ex deo. Nova crea-
tura que facta est omnes creden-
tes in Christum exuentes se ve-
terem hominem et induentes
novum. Repleta est terra creatura
tua. Primo loco terre crucifixus
erat unus exiguus loco terre cadens
granum illud in terra et morti-
ficatum est sed magnum fruc-
tum attulit. Singularis erat
eras domine Ihesu donec trans-
ires. Agnosco in alio psalmo
vocem tuam qua dixisti. Sin-
gularis ego sum donec transeam.
Singularis ergo eras donec
transires. Singularis eras cum
agno in sancta occasum tuum sed
ab occasu mortuum transisti ortus
es splenduisti clarificatus es
et repleta est terra creatura
tua. Psalmum fratres nondum
finivimus sed aliquid inde in
nomine Christi etiam ad diem
crastinum differamus. Explicit
sermo tertius. Incipit sermo quartus
de eodem psalmo ciii.
Meminit caritas vestra cum
sit unus sermo dei in scrip-
turis omnibus dilatatus et per
multa ora sanctorum unum verbum

sonet quod cum sit in principio deus
aput deum ibi non sunt sillabas
quia non habet tempora / Nec mi-
randum sit nobis quia propter
infirmitatem corporum nostri
Istum tamen psalmum iam de-
scendit ad particulas sonorum
nostrorum cum descenderit ad su-
scipiendam infirmitatem corpo-
ris / Istum tamen psalmum
iam multos nobis fecisse ser-
mones mistiaque ipsa que sunt
clausa tenent ut pulsanti-
bus aperirent attulisse no-
bis non in paucas aliquos dies
moras temporis cum pronunciatur
cum commendantur cum clausa
esse monstrantur cum aperiuntur
cum cum audiuntur
ac per hoc in summit ut dixi
caritas vestra per paucos die-
s ad eius summum psalmum nos
pervenire potuisse et distulisse
hesterne diem voluit dominus
et tempus redditionis nobis
exhibere et me debitorem
debito satisfacere et exactores
sermonis efficere / Det ergo bo-
num ipse quod reddimus qui
non reddidit quod quod mali
fecerimus. Exclamaverunt
sic nostris quod cum pietate ga-
udioque recolletis. Exclama-
verunt cum psalmus [illegible]
cordis nostri et dixerunt Quam
magnificata sunt opera tua
domine omnia in sapientia fecisti
repleta est terra creatura tua
Quidquid ad eos factum in sapientia
factum et per sapientiam factum est
Quicumque novit sapientiam et
tamen increata dei in sapientia
factum et per sapientiam factum est
Non cognoscunt sapientiam hu-

men habent. Sapientiam qui non
cognoscunt habent tamen ar-
tificem sapientiam cum sunt ipsi
deserti in sapientia et qui ea
lumen habent eius artificem
habent / Non quicumque artificem
habent etiam lumen habent
Et quid in hominibus multi sunt
qui eius participes sunt
et sapientes vocantur multi
eius expertes stulti nominantur
propter hoc maiori nomine stulti ap-
pellantur quia si studeant sa-
pientie si petunt si querant si
pulsent possunt pervenire ad
eius participationem non enim natura
sed neglegentie denegatur
Sunt autem alie creature que
non possunt fieri participes sapie-
ntie omnes bestie omnia pecora
omnes arbores que per se
sunt ullum et in quibus quia
participes sapientie esse non possunt
ideo non in sapientia sed et per sapientiam
facta sunt / Non ergo cognoscit deus
intellectum de equo et mulo quia
hominibus dicit nolite esse sicut
equus et mulus quibus non est
intellectus. Quod equo non
est hominem enim hoc ergo
dicit deus non cognosco parti-
cipationem sapientie mee a bestiis
que non facta ad ymaginem meam
Sed ubi facta vide cognosco et
censum eius rei postulo quem
donavi hominibus ergo reddentes
deo que dei sunt Sicut cesari
reddunt quod cesaris idest red-
dentes cesari ymaginem
suam et reddentes deo yma-
ginem suam cognoscunt ipsam
mentem suam non a se sed
ad artificem et ad lumen [illegible]
sunt et ad colore quedam

spiritualem unde fervescit et unde
vernoti frigescunt et unde re
cedentes eum tenebrantur et quo
revertentes illuminantur quia pre
illi dixerunt tu illuminabis lucer
nam meam domine deus meus
illumina tenebras meas discussis
tenebris terrene stulticie aperi
entes oculos et dicentes spiritum
erigunt ut dixi fidenter oculum
cordis et transpiciunt mente
universum mundum terram mare
et celum et videntes omnia
pulcre disposita certe diversis
generibus singularum speciebus vari
tate successionibus certis temporibus
placet eis mirus artifex ut et
ipsi placeant maxime artificia
et exclamant in magno gaudio
quia vere sunt letitie nichil
comparari potest Quam magnifica
ta sunt opera tua domine omnia
in sapientia fecisti Ubi est ipsa sa
pientia in qua omnia fecisti
Quo sensu attingitur quo oculo
videtur quo studio queritur
Quo merito possidetur Quo
putatur nisi gratia sua Quem do
nat ut fruamur donet ut
boni simus donat conversis
qui antequam converterentur
et ad ipsum irent post vias suas
idonee quesierunt eos nonne
descendit nonne verbum caro
factum est et habitavit in nobis
Nonne accendit lucernam caritatis
et quesivit per dragmam
Quesivit et invenit vicinis
eius gratulantibus idest omni
creature spirituali que deum pro
xime attingit vicinis leta
tibus inventa est dragma
angelis letantibus inventa est
anima humana inventa est ergo

gaudeat et dicat Quam mag
nificata sunt opera tua domine omnia
in sapientia fecisti repleta est terra
creatura tua Quam creatura tua
repleta est terra Omnibus arbo
ribus et fructibus omnibus
animalibus et universo ipso genere
humano repleta est terra crea
tura dei videmus ergo omnia
legimus agnoscimus laudamus
et hiis predicamus et tamen nec
sufficimus laudare tamen quod
sumdat ex bona inspectione
cor meum Sed ad illa magis
creaturam debemus attendere
Unde dicit apostolus Si qua igitur
in christo nova creatura vetera
transierunt Ecce facta sunt nova
Que vetera transierunt in gen
tibus omnis ydolatria In iu
deis omnis illa ritus legis
omnia illa sacrificia primicia
cia prius sacrificium sumdebat
tunc vetustas hominis venit
qui conflaret argentum suum
qui formaret monetam suam
et attendimus plenam terram
sanis credentibus videmus cum
tentibus se apponibus suis
in iudiciis et ydolatria
asspe ptita ad spiritus non sali
Et certe nondum est in re et
iam tenetur in spe et per spem
iam cantamus et dicimus
Repleta est terra creatura
tua Nondum in patria can
tamus hoc nondum in illa regione
que promittitur nondum confir
matis nectibus portamus
n-ting sed adhuc peregrinatione
intuentes mundum istum totum
et undique homines currentes
ad fidem timentes gehennas
contempnentes morte amantes

Vitam etiam sperantes patrie
et tali speculo contemplati
gaudio dicimus repleta est
terra creatura tua Hoc autem
seculum adhuc temptacionum
fluctibus queritur ad huc tem
pestatibus et procellis tribula
cionum et timore turbatur Hac
tamen itur licet ma
re et timeat fluctibus procellas
quod pertimeat hac itur datum
est nobis lignum in quo nam
gemimus repleta est terra crea
tura tua sed nondum sumus
in terra viventium adhuc ista
terra morientium est Signa
mus autem et dicamus Spes
mea es tu portio mea in terra
viventium In terra morientium
spes mea In terra viventium
portio mea Ecce ista terra
que repleta est creatura dei
cum adhuc in terra est mori
entium nondum est in terra vi
ventium Audi sequentia Hoc
mare magnum et spaciosum
ibi reptilia quorum non est numerus
animalia pusilla et magna
Terribile mare significat
Ibi sunt reptilia quorum non
est numerus Insidie repunt huius
seculi et incautos repente
obrepant Repentes autem tem
ptaciones quis enumerat re
punt sed tamen ne subripiat
vigilemus in ligno etiam in
aquis etiam in fluctibus Tuti
sumus non dormiat xpistus non
dormiat fides et si dormie
rit excitetur imperabit ventis
placabitur mare finietur via
gaudebitur in patria Ibi re
pencia quorum non est numerus
animalia pusilla et magna

Vide eum adhuc in mari isto
formidoloso credentes Ipsi
enim versantur in amaris aquis
et sterilibus Illi autem et pu
silli et magni sunt Nonnulli
hoc nulla pusilli sciti nondum
crediderunt animalia pusil
la et magna sunt nihil mal
Oderunt ecclesiam premunt xpisti
nomine non serviunt quia non
permittunt in manus non eum
penes causa est in corde se
vicia racium omnes sive pusilli
sive magni animalia pusil
la et magna que modo dolent
templa clausa esse aras eu
ersas simulacra confracta le
ges latas ut sacrificare ydo
lis capitale sit crimen omnes
qui dolent hec in mari sunt
adhuc Quid ergo nos ad pa
triam magna itur sumus per
mare Sed per lignum noli ti
mere periculum lignum te por
tat quod cum timet seculum
ergo attendite hoc mare magnum
ibi reptilia quorum non est numerus
animalia pusilla et magna
Noli timere noli frem de pro
funditatem Intellige peregrina
cionem Illic naves perambu
labunt Ecce meos quod timebant
naves natant et non merguntur
Naves ecclesias intelligimus
Commeant inter tempestates
inter procellas temptacionum
inter fluctus seculi inter ani
malia pusilla et magna guber
natrix est xpistus in ligno cru
cis illic naves commeabunt
Non timeant naves non val
de attendant ubi natent
sed a quo gubernentur illic na
ves commeabunt Commeabunt

secure comitat perseverant
veniente ad finem debitum produ
centem ad eternam quietis est
in isto mari aliquid eciam quod
superat omnia animalia pusil
la et magna Quid est hoc
psalmum audiamus Draco iste
quem finxisti ad illudendum
ei Ibi reptilia quorum non est
numerus ibi animalia pusilla
et magna illic naves comme
abunt et non timebunt non
solum reptilia quorum non est
numerus et animalia pusilla et
magna sed nec draconem
qui ibi est quem finxisti in
quit deus ad illudendum ei mag
sceretum et tu quod nostis dic
tus sum … inimicum
catholice quedam draconem no
vidistis oculis carnis sed vi
detis oculis fidei Ipse est quia
et leo dicitur De illo scriptura dicit
Conculcabis leonem et dra
conem Subditus est iste ca
piti tuo subdetur et corpori
eius hereant tamen membra ca
piti suo ut membra eius sint
Dictum est de prima femina
quam seduxit hic draco
cum sella cum consilium mor
tis dedit et persuasione astu
ta incor femineum more ser
pentis inrepsit Factum est quod nomine
quod ibi et nos fecimus quod do
venimus in illis cum duobus
hominibus totum genus humanum
Inde propago mortis Inde et
innumerabilia debita delicta Omnes
enim mundus ait scriptura In
conspectu tuo nec infans
cuius est unius diei vita su
per terram Tradux peccati tra
dux mortis de primo peccato

Nostis enim et quid dictum est
mulieri vel pocius serpenti
Cum audisset peccatum primi
hominis Ipsa tuum observabit
caput et tu eius observabis
calcaneum In magno misterio
dictum Insignita dictum ecclesie
future facte de latere viri sui
et hoc dormientis Erat et
adam forma futuri sicut apostolus
dicit Quia est forma futuri
prefiguratum est quod futurum erat
facta est ecclesia de latere domini
dormientis in cruce Unde de
latere crucifixi perfosso sacramenta
ecclesie profluxerunt Quid ergo
dictum est ecclesie Iam modo au
dite intelligite cavete Ipsa
eius observabit caput et tu
eius calcaneum Observa caput
serpentis observat Quid est
caput serpentis Prima peccati
suggestio Venit tibi in mente
nescio quid illicitum noli ibi
tenere mentem tuam noli
consentire Hoc quod venit in
mentem caput serpentis est
caput calca et evades ceteros
motus Quid est caput cal
ca Ipsam suggestionem con
tempne Sed mane suggessit
magnum ibi lucrum est magnum
ibi animum est Si hanc frau
dem feceris dives eris Ca
put serpentis est calca Quid
est calca Contempne quod
suggessit Sed manu aurum
suggessit Et quid prodest homini
si totum mundum lucretur
anime autem sue detrimentum
patiatur Pereat mundi lucrum
ne fiat anime dampnum
Hec dicitis observa caput
serpentis et calcasti Ille autem

dyabolus calcaneum tuum ob-
servat. Unde est observat calca-
neum tuum. Unde labarum a
via dei. Tu observas primam
suggestionem ille observat
lapsum. Si enim lapsus fueris
cades. Si cecideris possidebit
te. Si autem non cades noli querere
de via angustam tibi semitam
stravit deus. Unde quid per
illam lubricam est. Semita lumen
est xpus et via est xpus. Erat
lumen verum quod illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum.
Et ego sum via et veritas et
vita. Si ergo ipse est lumen et
ipse est via. Si ab illo recesseri-
mus in lumine eius iret in via
et quid te sequetur. Unde et
dominus quidam psalmus
fiat via eorum tenebre et lu-
bricum. Hic ergo draco antiquus
hostis noster ira fervidus nequi-
dis astutus in mari magno
est draco quem finxisti ad
illudendum ei. Jam tu illude
draconi. Ad hoc enim hic factus
est draco cadens peccato suo
de sublimi habitacione celorum
et ex angelo factus dyabolus
accepit quendam locum suum
in hoc mari magno et spacio-
so. Regnum eius quod putas
tanti eius est. Multi enim di-
cunt. Unde tanta dyaboli
potestatem accepit ut dominetur
in isto seculo et tantum valeat tan-
tum possit. Tantum valet autem quan-
tum permittitur. Nihil
potest. Sic age ne permittatur
tibi aut si permissus fuerit
ad temptandum victus absce-
dat. Permissus est enim ad temp-
tandos quosdam servos bonos

famulos dei superavit cum
quia de via non recesserunt
non lapsi sunt quorum observabat
calcaneum. Job ille servus sede-
bat in sterquilinio et currebat
media vidente quemadmodum
observavit caput eius et quod
ille calcaneum eius attendebat.
Ille repellebat suggerentem.
Ille superabat labentem. Cepit
et eius mulierculam subtraxit
omnia que habebat solam dimi-
sit adiutricem suam consolatricem
sed potius temptatricem. Cepit
etiam ipsam non observantem
caput eius. Adhuc enim illa
eva erat sed iam ille adam
non erat. Ablatis omnibus rema-
sit Job cum uxore per quam temp-
taretur et cum deo a quo regeretur.
Unde ille pauperius subito fac-
tus si domum eius conspicias.
Unde ille dicius si cor eius
cogites. Vide paupertatem domus
ablata sunt omnia. Vide divi-
tias cordis. Dominus dedit dominus
abstulit sicut domino placuit
ita factum est sit nomen domini bene-
dictum. Dominus dedit dominus
abstulit. Vicit rectorem suum
et temptatorem suum permissum
temptatoris sui honorat. Nihil
tibi inquit dyabolus tribuat
voluntate hic nocendi potesta-
tem autem inquit accepit non
habet. Unde tantum accepit ille
potestatis quantum ego patior.
Non ergo ab illo patior sed ab
illo qui potestatem dedit. Ecce
temptatur superbia temptatoris
mei sustinendum flagella
patris mei. Repulsus est temp-
tator observatum est caput
eius penetrare non potuit

incot immutatam civitatem forti
ceius obpugnavit sed non ex
pugnavit Accessit alia temp
tatio percussus est ad corpus
eius percussus grandi vulnere a ca
pite usque ad pedes Contabesce
bat putredine scatebat ver
mibus amissa domo sedebat in
sterquilinio Ibi eva captivata a
dyabolo non ad adiutorium mariti
supposita ad lapsum suggerit
ut blasphemet deum Prius sug
gessit in paradyso ut contempneret
deum modo ut blasphemet
deum Valuit tunc in integro
nunc victus est in putredine
in paradyso deiecit in sterquilinio su
peratus est Attendebat autem ille
dracio utrum Job lingua labe
retur Quonjam cum homo in actu suo
pedes habet in eo quod agit in quo
movetur ibi tamquam ambu
lat Dicebat ille multa contra
eum dixit Job qui
noverunt vitam in illis illis
verbis observabat serpens calca
neum labentes Ille autem qui
caput observabat repellit
omnem suggestionem vidit
et mulierem sicut dignum erat
videns mulieri locuta es inquit
tamquam una de insipientibus
mulieribus Si bona percepimus
de manu domini mala non susti
neamus Et inter illa omnia que
dixit nusquam lapsus est Quod
multi in illis verbis non intelli
gunt et quedam ibi se acci
piunt quasi aliquid durum
dixit indignum viro inter multa
hoc etiam dixit velut stoma
chans adversus deum sicut vi
debatur non intelligentibus Ille autem
gestabat personam magnam
magne prophetie Utinam inquit
loquens ad dominum utinam esset
nobis arbiter Quasi qui inter
nos iudicaret et quo iudican
te causa mea vinceret Sic acci
pitur ad primum sonum ne labere
Attendit enim ille serpens cal
caneum tunc semper Quid ipsum
est dixisse Job utinam esset no
bis arbiter utinam esset me
dius aliquis qui iudicaret
inter me et te hoc homo
hoc in sterquilinio homo hic vel de
celo angelus deo utinam esset
nobis arbiter Sed quid prophe
tabat Multi enim inquit domini
iusti et prophete voluerunt videre
que videtis et non viderunt
Arbitrium desiderabat Ecce
est arbiter melius ad componendam
causam Ruine immani causam
dei et malam causam habebas
adversus deum quando sumeret
causam istam malam nisi ille
melius arbiter De quo apostolus
dicit Unus est enim deus unus
et mediator dei et hominum
homo christus ihesus Si non ho
mo non mediator quia equalis
patri deus Dicit alio loco
Mediator autem unius non est
deus autem unus est Inter duos
mediator Ergo christus me
diator inter hominem et deum
non quia deus sed quia homo
non quia deus equalis patri
Si equalis patri non media
tor Ut autem sit mediator
descendat a superiore ad inferio
rem ab equalitate patris fa
ciat quod ait apostolus Semetipsum
exinanivit formam servi acci
piens in similitudine homi
num factus et habitu inventus ut ho

fundat sagmen suum debeat
cyrographum unum componat
inter nos et deum in eum vo-
luntate corrigens ad iusticiam
illius suam. Fluctus ad unum
Dicit hoc vnum exposuimus
quantum dominus dedit quod
diuinum videtur dum a Job
sit et cetera que ibi videntur
quasi asperia et blasphemia
secundum intellectum nostrum. Quod pu-
taremus aliter esse nisi deus
perhiberet testimonium et antequam
loqueretur Job et postea quam
totum locutus est perhibuit de
testimonium primo dicens vbi
sine querela verax dei cultor
dixit hoc deus dixit ante
temptacionem illius ne quis
aut in illius verbis forte male
intelligens scandalizaretur
et putaret iustum quidem virum
fuisse ante temptacionem
In temptacione autem quam de-
fecisse et lapsum esse in sacri-
legium blasphemiam simul
omnibus sermonibus ipsius Job
et amicorum eius a quibus ei
consolacio reddebatur dicit
testimonium illos non bene locutos
sicut seruus eius Job Non enim
locuti estis inquit coram
me rectum quidquam sicut ser-
uus meus Job deinde iubet
ut ille preces offerret hostias
quibus eorum peccata soluantur
Ergo fratres mei qui vult obser-
uare caput serpentis et securus
transire hoc mare quia iste
est bene vbi serpens iste et ut
dixi reperiam lapsus hic locum
accepit obseruetur caput eius
in more seculi et cupiditate
seculi qui cum suggesserit aliquid

aut vnde times aut vnde cu-
pis temptat aut timorem
Tu si timueris gehennas ama-
veris regnum dei obseruabis
caput eius Excluso capite se-
curus eris nec ille lapsum tuum
tenebit nec delicta ruina gau-
debit Dicimus autem dicat ut
dixi magnam hic potestatem videtur
cum homines quasi quantum acce-
perit potestatis quam perdiderit
non vident Ipse autem seruus Job
in verbis suis instans et alto
secretis dicens de ista potestate
que dicitur dyaboli et describens
illum multis modis insignem
similitudinem exponens quod
ille sit nil aliquid valeat hic
quoque ait Non est quidquam
simile ei factum sit terram ad
illudendum ab angelis meis
Deus ibi loquitur in libro Job
Non est quidquam ei super terram
simile factum ad illudendum ab an-
gelis meis Omnem altum videt
et ipse rex omnium que in aquis
sunt Cum testimoniis concurrit
hoc in psalmis Cum enim di-
ceret de mari magno et spacio-
so vbi animalia pusilla et
magna vbi reptilia quorum
non est numerus vbi naues navi-
gant ligno iuncte ait draco
iste quem finxisti ad illuden-
dum ei Sed illudendum quis deus
illi illudit an tradidit eum
illudendum ut illudatur putatis
quod deus illi illudet nisi scrip-
tura Job soluisset questionem
Ibi cum dictum ad illuden-
dum ei ab angelis meis vis illu-
dere dyabolo esto angelus
dei sed non omnes eos donec sis
si eum turpium teneas ut ple-

Sunt angeli qui illudunt dra
coni ne tibi noceat Oppositi eius
sunt angeli celorum super potestates
aereas et inde procedit verbum
quod sit hic Intuentur legem fixam
legem eternam iubente scriptura
sine sillabis sine strepitu fixam
semper et stantem intuentur angeli
corde mundo et ex illa faciunt
quidquid hic fit et potestates ex
illa ordinantur usque usque
ad yma Et si potestates sinistrorum
reguntur verbo dei quanto magis
inferiores atque terrene Remanet
ergo in malis sola nocendi cu
piditas habent hic homines inpota
te cupiditatem nocendi volu
tatem ad pniciem Si autem cum
nocere potuerit ne glorieris
Non ipse nocuit data est potestas
Semel dictum est una firma est
non est potestas nisi a deo Quid
ergo times Magnus draco in
mari sit draco ille cui insul
tamus eo hic est factus ut illu
datur hic ad hunc locum ordi
natus est in hijs sedibus depu
tatus est Magnum aliquid illi
putas esse has sedes angelorum
unde lapsus est Nunc tibi vi
detur eius gloria dampnatio
est Similitudinem accipite
breuem quia res una magnum
aliquid est hoc nosse et in
telligere Domum magnam aliquis
puta et totam istam administra
cionem creature Domus ista
magna habet dominum habet fundos
et ipse fundus habet terra se pro
ximos sibi magnarum mansionibus
sionibus vestium thezaurorum hor
reorum magnarum possessionum
habet eos fundos in infimis ministris
ita subditis sibi potestatibus
ut quosdam habet heat et
ad mundandas cloacas asinis
peccatoribus usque ad extrema
ista et infima iusticia quia
multa sunt quedam Si ergo ali
quis magnus peccator offen
dat et pena domini sui vbi
gratia fiat hostiarius malignus
loco extremo si extremis da
tam potestatem nolentes intrare
vel exire perturbat secundum modum
potestatis quam accepit ad eos illa
autem nesciunt eum fuisse magis
peccatorem magnam potesta
tem illius esse arbitrantur
quia quid viderit nesciunt
et tamen fit ex mei hostiarius
ille de quo dixi ad similitudinem
domus magne huius terrene
potest aliquid facere nesciente
domino suo et turbare aliquos
illo non iubente Iste autem non
ad illam ianuam positus
est qua intramus ad deum
propius est illa ianua et proximi
intramus ad vitam eternam
Sed est quedam ianua qua
intratur in hoc seculum ianua
quedam mortalitatis circa
ista infirma carnis humanis
detrimenta et supplementa
ad istam ianuam quasi quidam
hostiarius est hic habet po
testatem in isto mari quia
naues conmeant sed non
tamen ut faciat aliquid ne
sciente domino suo aut nolen
te aut forte aliquis dicat
perdidit hunc est ille mag
nam potestatem suprius appa
ratum sed ego in hijs infimis
sum hic me potest hic inpotate
opus est ut timeam illum Noli
falli nouitate dominus timens

et sic te nouit ut capillos
tuos habeat numeratos Quid
ergo times Temptator est for-
te carnem tuam flagellum
est dum tu non potestis tem-
ptatores tu uult nocere stimuli
que permittit sed non permittit
caput xpm repelle ca-
put draconis Suggestionem
eius noli consentire amabiam
noli labi draco hic quem formasti
ad illudendum ei Iam uides uide-
quum non noceat tibi nisi permissus
Omnia inquit aut expectant
domine ut des illis cibum
in tempore oportuno Et iste dra-
co manducare uult sed non
manducat quem uult Omnia
aut expectant ut des illis ci-
bum in tempore optimo Omnia
et reptilia quorum non est numerus
et animalia pusilla et magna
et ipse draco et omnis creatura
tua quam implesti omnia a te
expectant ut des illis cibum
suum Si bene uixeris cibus xpi
es habebis Si a xpo recesseris
cibus draconis eris Omnia
a te expectant ut des illis
cibum in tempore optimo Quid
dictum est illi draconi Ter-
ram manducabis omnibus
diebus uite tue Audisti ci-
bum draconis non uis ut
det te deus manducandum
draconi noli esse cibus dra-
conis id est noli relinquere
verbum dei Ubi enim dictum
est draconi terram mandu-
cabis ibi iam dam erat p-
uaricatori Terra es et in
terram ibis Cibus serpentis
esse non uis noli esse terra
Quo inquis non erat terra

Si terrena non sapias Audi
apostolum ut non sis terra Iam
corpus quod geris terra est sed tu
noli esse terra Quid est hoc
Si resurrexistis inquit cum
xpo que sursum sunt sapite
non que super terram non es
terra Si non es terra non
manducaris a serpente cui ci-
bus data est terra Cibum
suum dat deus serpenti quando
uult Bene aut iudicat falli
non potest Non ei dat aurum
pro terra Omnia a te expe-
ctant domine ut des illis
cibum in tempore optimo Cum de-
deris eis colligent cum illos
sunt non colligent nisi cum
dederis ante diabolum erat
Job quid non devorauit
Job uel temptare non ausus
est nisi cum ille dedisset
a te expectant cum dederis
eis colligent Si non dederis
non colligent Et quid nos
fres quem cibum habemus
Sequitur et de cibo nostro
Aperiente aut te manum tuam
omnia implebuntur ubertate
Quid est O domine quod ape-
ris manum tuam Manus tua
xpus est et brachium domini cui
reuelatum est Cum reuelatur
illi aperitur Reuelacio enim opa
est Aperiente te manum tuam
uniuersa implebuntur ubertate
ul bonitate Reuelante xpm
tunc uniuersa implebuntur bo-
nitate Non aut habent a se
bonitatem Iam aliquid bo-
probatur illis Auertente aut
te faciem tuam turbabuntur
multi repleti bonitate sibi
tribuerunt quod habebant et noluerunt

gloriari quasi in iustificationibus
suis et dixerunt Si iustus
sum magnus sum et facti sunt
sibi placentes et sonuit eis
apostolus Quid enim habes quod
non accepisti Volens autem deus
probare hominem quod ab illo
haberet quidquid habebat ut ad
bonitatem haberet ad humilitatem
Aliquando enim perturbat avertit
ab illo faciem suam et deci-
dit in temptationem et ostendit
illi quia quod iustus erat et
recta ambulabat ipso regente
fiebat Avertente autem te facie-
m turbabuntur Videte quid di-
cat et in alio psalmo Ego
dixi in habundantia mea non
movebor in eternum Sed quia
iam senserat dei gratiam se perce-
pisse pro eo quod erat ex-
pertus reddit gratiarum actionem
Domine in voluntate tua presti-
tisti decori meo virtutem
Avertente autem faciem tuam
factus sum conturbatus Sic et
hic Aperies manum tuam et uni-
versa implebuntur bonitate non
manu sua sed manu tua aper-
ta Avertente autem faciem tur-
babuntur Sed quare hoc facis
Quare avertis faciem tuam
ut turbentur Auferes spiritum
eorum et deficient Spiritus eorum
non superbia eorum erat Clamant
sibi seipsos iustifi-
cant Avertente ergo faciem tuam
et turbentur auferes spiritum eorum
et deficient Clamaverunt
ad te Cito exaudi me domine
defecit spiritus meus ne avertas
faciem tuam Anne auferes
spiritum eorum et deficient Et in
pulverem suum convertentur Iubet

se homo penitens de peccato
suo quia non habebat vires ex
se et confitetur deo dicens
se esse terram et cinerem O super-
be conversus es in pulverem tuum
Ablatus est spiritus tuus iam
non te iactas non te extollis
non te iustificas vides quod de
pulvere factus es et avertente
faciem suam domino in tuum
pulverem recidisti Roga ergo
confitere pulverem tuum et in-
firmitatem tuam et inde quid
sequatur Emitte spiritum tuum
et creabuntur Auferes spiritum eorum
emittes tuum Auferes spiritum
eorum non habebunt suum ergo desti-
tuti sunt Beati pauperes spiritu quo-
niam autem destituti quoniam ipsorum
est regnum celorum Nolunt ha-
bere spiritum suum habebunt spiritum
dei Hoc enim dixit martiribus
futuris cum vos ceperint et ad-
duxerint nolite cogitare quo-
modo aut quid loquamini Non enim
vos estis qui loquimini sed spiritus
patris vestri qui loquitur in vobis
Nolite nobis tribuere forti-
tudinem Si vestra est inquit
et non est mea divicia non
fortitudo Auferes spiritum eorum
et deficient et in pulverem suum
convertentur Emitte spiritum tuum
et creabuntur Ipsius enim sumus
figmentum dixit apostolus cre-
ati in operibus bonis A spiritu eius
accepimus gratiam ut iuste
vivamus quia ipse est qui
iustificat impium Auferes
spiritum eorum et deficient Emitte
spiritum tuum et creabuntur et re-
novabis faciem terre id est
novis hominibus confitentibus
se iustificatos esse non a se

metipsis sed ut gracia dei sit
in illis Vide quales sunt quibus
inpronata est facies terre pa
ulus dicit plus omnibus labo
raui Quid est paulus attende
si tu sis spiritus tuus Non ego
inquit sed gracia dei mecum
Quid ergo quia cum abstulerit
spiritum meum impulsorem nostri ad
contemptum utilis inhiantes in
tuentes infirmitatem nostram
ut accepto spiritu eius recurram
Vide quid sequitur Sit gloria
domini in eternum Gloria domini
sit non ad tempus sed in eternum
letabitur dominus in operibus suis
non in tuis quasi in tuis quia
et opera tua si mala pro iniqui
tatem tuam si bona per graciam
dei letabitur dominus in operibus
suis Qui aspicit terram et fa
cit eam tremere O terra ex
ultabas de bonitate tua tibi
tribuebas vires opulentie
tue Ecce respicit dominus et fa
cit te tremere Melior est tre
mor humilitatis quam confiden
cia superbie Videte quomodo aspi
ciat deus terram et faciat
eam tremere ad terram quasi
presidentem sibi et exultantem
loquitur apostolus cum timore
et tremore vestram ipsorum salu
tem operamini Dicis ut opera
mini cum tremore quia deus
operatur quia ipse dedit non
corde est quod habes Cum timore
et tremore deus enim est qui
operatur in nobis Dicis operan
le operamini dicis ut operemini
Cum tremore Deus
est enim inquit qui operatur
in nobis Ideo ergo cum timore
quia deus operatur quia ipse
dedit non corde est quod habes
Cum timore et tremore opera
bis iram si non tremueris eam
auferet quod dedit Cum tre
more ergo operare Vide alium
psalmum Seruite domino in timo
re et exultate ei cum tremore
Si cum tremore exultandum
est deus aspexit fit terre
motus aspiciente deo tremat
corda nostra tunc ibi requiescit
deus Audi illum alio loco
Super quem requiescet spiritus
meus super humilem et quietum
et trementem verba mea Qui
aspicit terram et facit eam
tremere qui tangit montes
et fumigabunt Montes super
bi erant iactabant se non eos
tetigerat deus Tangit illos
et fumigabunt Quid est fu
migare montes precem deo
reddere Ecce magni montes
superbi montes interrogabant
deum se rogari nolebant
superiorem non rogabant
Quis cum potens et tumidus
et superbus in terra qui dig
netur humiliter rogare deum
de montibus loquor non de cedris
libani quas plantauit dominus
Superbus quilibet infelix cum
rogare deum nescit et vult
se rogari ab hominibus Mons
est opus est ut tangat illum
deus et fumiget Quando ce
pit fumigare dabit deo pre
cem suam tamquam sacrificium
cordis fumigat ad deum
deinde tundit pectus incipit
et flere quia et fumus excu
tit lacrimas Cum tangit montes

et fumigabunt ¶ Cantabo domino
in vita mea Quid cantabit
Totum quidquid cantabit
Cantemus domino in vita no
stra modo spes z vita nostra
postea eternitas erit vita vi
te immortalis spes est vite immor
talis Cantabo domino in vita
mea Psallam deo meo quam
diu sum quoniam nullo sine
fine sum Quam diu sum
psallam deo meo ne forte
cum ceperimus psallere deo in illa
civitate putemus nos aliquid
acturos Tota vita nostra erit
psallere deo Si veniet ut fa
stidium quod laudamus potest ve
nire in fastidium et nostra
laudacio Si semper ille can
tat semper a nobis laudatur
psallam deo meo quam diu
sum Suavis sit eis disputa
cio mea Ego autem iocundabor
in domino Suavis sit ei dispu
tacio mea Que est disputacio
hominis ad deum nisi confessio
peccatorum Confitere deo quod es
disputasti cum illo Disputa
cum illo fac bona opera et
disputa lavamini mundi estote
ysaias dicit Auferte nequi
cias ab animis vestris a conspectu
oculorum tuorum Cessate agere iniqui
ter Discite bene facere
iudicate pupillo et iustifica
te viduam et venite dispu
temus dicit dominus Quid est
disputare cum domino Te illi
indica scienti ut indicet se
tibi nescienti Suavis sit ei
disputacio mea Certe hec est
domino suavis disputacio tua
sacrificium humilitatis tue est

tribulacio cordis tui holocau
stum vite tue hoc est suave
domino Tibi autem quid est suave
Ego autem iocundabor in domino
Ipsa enim disputacio tua
quam dixi Te indica scienti
et indicat se tibi nescienti Sua
vis sit ei confessio tua suavis
tibi gracia ipsius Dixit se tibi
unde se tibi dixit per verbum quod
verbum christum Et tibi dixit et
se dixit quia misit christum
se ipsum dixit Ita plane au
diamus ipsum verbum qui me
videt videt et patrem Ego
autem iocundabor in domino ¶ De
ficiant peccatores a terra Ver
um videtur omnia anima que
hic cantat et gemit utinam
cum ipsa anima sit anima nostra
utinam copuletur ei et pacetur
et coniungatur ei videbit eciam
ferventes Quid enim
capit hoc nisi qui impletus fu
erit caritate Deficiant pec
catores a terra Contremisce
quia maledicit et quis male
dicit Sanctus sine dubio ex
auditur Sed dicam z sanctis
vestri dicite et nolite maledicere
Quid est ergo quod dicit defi
ciant peccatores a terra plane
deficiant ut emittat spiritum
suum et recreentur deficiant
peccatores a terra Et iniqui
ita ut non sint Quid non sint
nisi iniqui Ergo iustificentur
ut non sint iniqui Vidit hoc
et impletus z gaudio et re
notat versum primum psalmi
¶ Benedic anima mea dominum
Benedicat anima nostra dominum
fratres quia dare dignatus

est et facultatem et sermone
nobis et nobis intencionem
et studium unusquisque ut sit
recordetur quod audivit collo
cucionum in brevem intram vinctam
paginam verum veritate quod
accepistis non cadat in sentina
oblivionis Thezaurus desyde
rabilis requiescat in ore no
stro magno labore quesita
et invencta sunt magno labo
re inventa et disputata sunt
sit labor iste fructuosus nobis
et benedicat anima mea dominum

Explicit de psalmo centesimo
tercio Incipit tractatus de psalmo
centesimo quarto recta

Psalmus centesimus quartus
primus est inter quibus
prenotatur alleluia ubi vel po
tius duorum verborum interpretacio
est laudate dominum et ideo
inde cepit psalmus sequitur

Confitemini domino et invoca
te nomen eius In laude
enim intelligenda est ista con
fessio sicut ista confessio sicut
est Confitebor tibi pater domine
celi et terre premissa enim lau
de invocacio sequi solet verbi
desideria petitor allegat verbi
et ipsa oracio dominica est acce
pite brevissima laude quod dicitur
pater noster qui es in celis Tunc
que petuntur deinceps conse
quntur Unde et alibi in psalmo
dicitur Confitebimur tibi deus
et invocabimus nomen tuum
Quod alibi est in psalmo la
udans invocabo dominum et ab
inimicis meis salvus ero Ita
et hic Confitemini inquit domino
et invocate nomen eius Quod
tale est ac si diceret laudate dominum
et invocate nomen eius
Quod tale est ac si diceret
laudate dominum et invocate
nomen eius Exaudit quippe
invocantem quem laudantem
videt laudantem videt quem
probat amantem et inquo no
lunt deus bonum sed in amore
tuta se ostendi maxime mi
nime quod ille ait pasce oves
meas Unde et hic sequitur

Annunciate inter gentes opera
eius vel potius ut de greco
ad verbum exprimatur quod et alii
latini codices habent annuncia
te in gentibus opera eius Verbum
hoc dicat nisi evangelistis
in prophia Cantate ei et psal
lite ei verbo et opere laudate
Ore quippe cantatur psallitur
autem hoc est manibus psallitur
Narrate omnia mirabilia
eius laudamini in nomine sancto
eius Possunt hec duo verba
que duobus verbis superioribus
dicta sunt non absurde videri ut
quod ait narrate omnia mira
bilia eius referatur ad id
quod dictum est cantate ei Quod
vero sequitur laudamini in no(mine)
sancto eius referatur ad id quod
dictum est psallite Illud scilicet
ad verbum bonum quo cantatur
ei et narrantur omnia mira
bilia eius Illud autem ad opus
bonum quo psallitur ei ne
velit quisque de opere bono
tamquam in sua virtute lau
dari Ideo cum dixisset lau
damini quod utique bene operantes
multo possunt addidit in no(mine)
sancto eius ut qui gloriatur in domino
glorietur non sibi sed ei vo
lunt psallere caveant facere

facite iusticiam vestram coram
hominibus ut videantur ab eis
alioquin mercedem non habebitis
apud patrem qui in celis est
sed luceant opera vestra coram
hominibus non eo fine ut ipsi
videantur ab eis sed ut videant
bona opera vestra et glorificent
patrem vestrum qui in celis est
hoc est laudari in nomine sancto
eius Unde et in alio psalmo
legitur In domino laudabitur anima
mea audiant mites et iocun-
dentur quod et hic quodammodo
sequitur Letetur cor querenti-
um dominum Ut cum mites iocun-
dantur qui non amaro zelo
eos iam bene operantes emu-
lantur Querite dominum et confor-
tamini hoc enim degredo quo profecimus
imperatiuum est quamuis vnum
verbum minus latinum videatur
Unde alii codices habent confir-
mamini Ille quippe dicit Forti-
tudo mea et fortitudinem
meam ad te custodiam ut eum
querendo atque ad eum acceden-
do et illuminemur et confortemur
utilitate quid faciendum sit
non videamus aut infirmitate
non faciamus etiam quod videmus
Quando ergo est ad videndum
accedite ad eum et illuminamini
hoc est ad faciendum querite
dominum et corroboramini Querite
inquit faciem eius semper
Que est facies domini nisi presen-
tia dei Sicut facies venti
et facies ignis Dictum est
enim sicut stipula ante faciem
venti et sicut fluit cera a fa-
cie ignis Et multa talia po-
suit scriptura nichil aliud quam
eius rei presentiam volens in-
telligi quam nominat faciem
Sed quid est querite faciem
eius semper Scio quidem quia
michi adherere deo bonum est
Sed si semper queritur quando in-
venitur An semper dixit in
tota vita qua hic vivitur
ex quo id nos facere debere cog-
novimus Quia et inventus que-
rendus est Iam quippe illum
invenit fides sed adhuc eum
querit spes Caritas autem et
invenit eum per fidem et eum
querit habere per speciem ubi tunc
sic invenietur ut sufficiat no-
bis et ultimus non queratur
Nisi enim in ista vita inveni-
retur fides non diceretur querite
dominum Et ad invenientis eum
derelinquat impius vias suas
et vir iniquus cogitationes
suas Item si fide invenientis
non adhuc esset perquirendus
non diceretur Si enim quod non
videmus speramus per pacienciam
expectamus Et quod Iohannes ait
Scimus quod cum apparuerit
similes ei erimus quoniam videbimus
eum sicuti est An forte et
cum facie ad faciem viderimus
eum adhuc sicuti est perquiren-
dus erit Et sine fine querendus
quia sine fine amandus Dicimus
etiam presenti alicui non te quero
id est non te diligo ac per hoc
qui diligitur et presens queritur
dum caritate perpetua ne fiat
absens agitur Unde quemque
diligit etiam cum eum videt
sine fastidio semper vult esse
presentem hoc est semper querit
esse presentem Et nimirum hoc
querite faciem eius semper
ut non huic inquisitioni qua

qua significatur amor sine
prestet inbecuis sed amore
crescente inquisicio crescat
inventi Jam deinceps tem
perat se laudator iste auditores
et ad capacia verba descendit
infirmum amorem atque lac
tantem temporalibus dei mirabilibus
nutriens Mementote mira
bilium que fecit prodigia eius
et in iudicia oris eius Cum
hoc simul videtur illi lo
co ubi ad moysen querentem
quis esset cum dixisset ego
sum qui sum Et dices filiis
israel qui est misit me ad vos
quod cogitatiuncula cuiusque parvula
rara mens capit deinceps
nomen suum cum memoratus
erga homines gratum sua mi
sericordie temperavit dicens
Ego sum deus abraham et
deus ysaac et deus jacob
hoc michi nomen est in eternum
ubi intelligi volunt et illos
quorum se deum dixit in e
ternum secum victuri et hoc
dixit quod capi etiam a parvulis
posset et ego sum qui sum
illi percipient intelligent qui
grandibus nutribus caritatis
nossent querere faciem eius
semper Ergo quod est ipse invisibilis
est ad nos vel videre vel que
rere mementote mirabilium
eius que fecit prodigia eius
et iudicia oris eius Et quibus
dicit Semen abraham servi
eius filii jacob electi eius vos
semen abraham vos filii iacob
mementote mirabilium eius
que fecit prodigia eius et iu
dicia oris eius Requiris autem

ungenta hoc tribuet israelitis
secundum carnem et non intelligeret
magis esse semen abrahe
filios promissionis quam filios
carnis Gentibus apostolus dicit
cum gentibus loqueretur vos
ergo abrahe semen estis secundum
promissionem heredes Sequitur
et dicit Ipse dominus deus noster
in universa terra iudicia eius
hoc dicit per ysaiam ad ierusalem
liberatam matrem nostram et qui e
ruit te ipse deus tuus uni
versa terra vocabitur Cum inde
orietur deus tuus abiit Ipse dominus
deus noster in omni terra iudicia
eius quia in omni terra ecclesia
eius ubi predicantur iudicia eius
Unde ergo dicit in alio psalmo
Qui annunciat verbum suum
jacob iusticias et iudicia sua
israel Non sic fecit omni genti
et iudicia sua non manifestavit
eis Ideo dictum est quia unam
gentem nolunt intelligi perti
nentem ad semen abrahe que
vocata est quidem ex omnibus gen
tibus et sic inca dicitur omnibus
gentibus ut una sit gens ex ad
optionem vocata Contra istam
nulli genti manifestavit
iudicia sua quin qui ea non
crediderunt etiam si ea nun
ciata sunt quia non crediderunt
non intelligunt Memor fuit
in seculum testamenti sui Alii co
dices habent in eternum quod
ex ambiguo greco factum est
Sed si in hoc seculo intelligendum
est non eternum quo exponen
dum testamenti memor fuit
adiungit et dicit Verbi quod
mandavit in mille generationes

quod adhuc cum aliquo fine potest
intelligi. Sed deinde dicit: Quod
disposuit ad Abraham et iu-
ramenti sui ad Ysaac. Et sta-
tuit illud Iacob in preceptum
et Israel in testamentum eternum.
Ubi nullus est ambiguitatis
locis quippe hec
grecis quod nunquam nisi in
eternum interpretati sunt. Vix
autem aliquo alicubi acomon
eternale dixerunt nisi forte
quia etiam familiarius inter-
pretantur seculum aeonion non eternum
sed seculare interpretari velint
quod nomen minime ausi fuisse-
mus. Si autem hoc loco testa-
mentum vetus intelligendum est
propter terram Chanaan sicut eum
primo contexit. Et statuit
illud ipsi Iacob in preceptum et
Israel in testamentum eternum
dicens: tibi dabo terram Chana-
an funiculum hereditatis vestre.
Quo intelligendum est eternum
cum terrena illa hereditas eterna
esse non possit. Et ideo vetus
testamentum vocatur quia per
novum aboletur. Mille do gene-
rationes per metrum videntur
aliquid significare quia utique
finem habent et ad ipsa tem-
pora nimis multe sunt. Quibus
enim paucis annis generatio de-
terminetur quam pro maiori gene-
ratione dicunt quia nimium quidam
quindecim annis terminaverunt
ex qua homo incipit posse
generare. Quare sunt iste mille
generationes. Non solum a tempore
Abraham quando ei facta est
ista promissio usque ad temporibus
novi testamenti sed a primo Adam
usque ad terminum seculi quis enim
audeat dicere quindecim annorum
milibus hoc seculum extendi.
Unde michi videtur non hic
vetus testamentum intelligendum
quod novo esset tollendum.
Dicitur: Ecce dies veniunt dicit
dominus et consummabo domui
Iacob testamentum novum non
secundum testamentum quod constitui
patribus eorum cum eduxi eos
de terra Egipti sed testamentum
fidei. Quod laudat apostolus
cum Abraham promittit nobis
imitandum et de legis operibus
gloriantes inde cum vincat
quod Abraham etiam ante
circumcisionem credidit deo
et deputatum est illi ad iusti-
ciam. Denique cum dixisset:
Memor fuit in seculum testa-
menti quod merito intelligere
debemus testamentum scilicet
iustificationis et hereditatis
eterne quam fidei promisit deus.
Ubi inquit quod mandavit in
mille generationes. Quid est
mandavit in mille generationes.
Quid est mandavit? Quod
enim ait: tibi dabo terram Cha-
naan non mandatum est sed
promissum. Mandatum est autem
quod facere debemus promissum quod
accipere. Mandatum ergo fides
est ut iustus ex fide vivat
et hinc fidei hereditas eterna
promittitur. Mille ergo generationes
pro numeri perfectione omnibus
intelligende sunt id est quam-
diu generatio generationem seque-
do succedit tamdiu mandatum
est vivendum ex fide. Quod ob-
servat populus dei filiorum promissionis

nascendo venientes et mori-
endo abeuntes donec omnis
generatio finiatur quod millenario
numero significatum est quia de-
narius numerus solidum quadratum
decem decies et hoc decies usque
ad mille pervenit quod disposuit
ad abraham et iuramenti sui
ad ysaac et statuit illud ia-
cob id est ipsi iacob in preceptum
Ipsi sunt tres patriarche quorum
specialiter se dicit deum quos
et dominus nominat in testamento
novo ubi dicit multi ab ori-
ente et occidente venientes
et recumbent cum abraham
ysaac et iacob in regno celorum
Ista est hereditas eterna et hic
ubi ait Statuit illud iacob
in preceptum manifestat precep-
tum esse fidei Non enim pro-
missum appellaret Si enim
opus est in precepto intellige in pro-
misso hic est opus dei dominus
ait ut credatis in eum quem
ille misit hoc ergo verbum quod
mandavit memor erit in
eternum testamenti sui hoc est
verbum fidei quod predicamus
Statuit illud ipsi iacob in pre-
ceptum et ipsi israel in testa-
mentum eternum id est quod
corporeo verbo et precepto imple-
to daturus esset aliquid et-
ernum dicens tibi dabo terram
chanaan funiculum hereditatis
vestre Quod quomodo est hoc eternum
nisi aliquid eternum significet
Ipsa enim electa est terra pro-
missionis terra fluens lac et
mel quod totum significat gratiam
in qua gustatur quam suavis
est dominus ad quam non omnes

homines pertinent Non enim
omnium fides Ideo addidit funi-
culum hereditatis vestre et eundem
in alio psalmo semen abrahe
quod est christus intelligitur loqui
ubi dicit funes ceciderunt mihi
in preclaris et enim hereditas mea
preclara est michi Quamvis autem
dicta sit terra chanaan interpre-
tatio tamen nominis capit Cha-
naan interpretatur humilis Quod
si ad illam referatur primam sa-
nctionem qua eundem chanaan dixit
futurum servum fratrum suorum hinc
est etiam humilis timor servus
autem non manet in domo in eternum
filius manet in eternum Ideo ex-
cluso chanaan datur terra pro-
missionis semini abrahe Con-
summata enim caritas foras
mittit timorem Filius ma-
net in domo in eternum Unde
dictum est et ipsi israel in testa-
mentum eternum Deinceps con-
sequitur hystoriam librorum
sanctorum veritate notissima Cum
essent in numero brevi paucissimi
et incole eius id est in terra
chanaan Cum ibi patres habita-
verunt abraham ysaac et ia-
cob antequam acciperent here-
ditatem in semine suo paucissimi
erant et incole eius Non
nulli autem codices habent
non paucissimi et incole sed
paucissimos et incolas ubi
apparet eos qui ista interpreta-
runt grecam fuisse locutionem
secutos que transferri non per-
mittitur nisi cum absurdita-
te que fieri omnino non posset
Si enim totam per eam locutionem
transferre conarentur dictum fuit

incolas esse illos in initio breui
paucissimos et incolas inca
Kanos autem ait grecus incolas
esse illos hoc est latine cum
essent quod uerbum non pot
casus accusatiuus sequi sed
nis Quis cum diceret cum essent
paucissimos sed cum essent
paucissimi Cum ergo essent
in numero breues uel in numero breui
paucissimi et incole in ea /
Transierunt de gente in gentem
et de regno in populum alterum
Repeticio est eius quod dixerat de
gente in gentem Non reliquit
hominem nocere illis id est non
permisit Grecum autem locucio est
nocere illos latina non nocere
illis Et corripuit pro eis re
ges Nolite inquit tangere
christos meos nolite malignari
Verba dixit deus corripiens
et arguentis reges ne negli
gerent sanctos patres cum essent
numero breues et paucissimi in
terra chanaan atque incole
Que uerba licet nullibi eius
hystorie non legantur tamen
intelligenda sunt uel latenter
dicta sunt deus in hominum
cordibus loquitur occultis et
ueracibus visis uel eciam per
angelum Opposita saram et re
gerat et rex egipciorum et di
uinitus admonitus sunt ne no
cerent abrahe et rex alius
ne noceret ysaac et alii ne no
cerent Jacob cum esset paucissimi
et incole antequam ad incolen
dam egiptum cum filiis suis
transiret Jacob quod intelligitur
incolas commemoratum quod ait transie
runt de gente in gentem de regno

Grece latine

in populum alterum Sed quia oporte
bat querere antequam transirent
et in egipto multiplicarentur
quando numero breues paucissimi
et incole in aliena terra perdu
rare potuerunt sequitur adiun
xit Non permisit hominem no
cere eos et corripuit pro eis re
ges Nolite tangere christos meos
et in prophetis meis nolite ma
lignari Potest autem merito moueri
quomodo fuerint christi appellati
antequam esset unccio qua
hoc nomen impositum est re
gibus quod a saule cepit cui
dauid successit in regnum atque
inde ceteri et reges inde et
reges ipsi consummate sacra
te unccionibus unguebantur in
qua unccione signabatur unus
et uerus christus cui dictum est
Vnxit te deus deus tuus oleo
exultacionis pre participibus
tuis Vnde ergo illi iam tunc
christi appellabantur Nam prophetas
eos fuisse legimus De abraham
uero quod de illo dictum est ma
nifeste hic nullis intelligendum
est Audio christi quia eos
latenter iam tamen christianus erat
nus cum caro christi ex illis tunc
christus ante illos Quod et
iudeis respondit dicens Antequam
abraham fieret ego sum
Quod autem hunc illi ignora
uerunt aut meum non crederent
cum spera prophetice dicerent quia
licet occultius tamen dominum
pronunciabant Vnde apte ipse
dicit Abraham concupiuit
diem meum uidere Vidit
et gauisus est Non enim quisquam
preter istam fidem que est i

xpo ihu siue ante eius in-
carnationem siue postea reco-
ciliatus est deo. Cum sit ab
apostolo veracissime desinitum
Unus enim deus et unus me-
diator dei et hominum homo
xpus ihus. Deinde iam nar-
rare incipit quo factum sit ut
transiret de gente in gentem
de regno in populum alterum. Et
vocavit inquit famem super
terram et omne firmamentum pa-
nis contrivit. Misit ante eos
virum in servum venundatus est Jo-
seph. Per hoc factum est ut transi-
rent de gente in gentem de
regno in populum alterum. Sed non
sunt negligende sive pretereunde
scripturarum locutiones. Vo-
cavit inquit famem super terram
quasi fames aliqua persona
sit vel aliquod animatum cor-
pus vel aliquis spiritus qui obe-
dire posset vocanti. Cum sit fa-
mes inedia contracta pati-
ties atque ita sit in eis qui eam
patiuntur ut aliquis morbus
sicut enim morbus ut esse
desinat fit plerumque per medica-
mentum sic et fames sanatur
quodammodo per alimentum. Quid
est vocavit famem? An forte
ista mala que patiuntur ho-
mines habent prepositos suos ange-
los malos iram et in alio
psalmo dicit per angelos ma-
los deum homines afflixisse
non utique errante iudicio et
hoc est forte vocavit famem
id est angelum prepositum fa-
mi vel eius rei nomine cui
est prepositus appellatum. Sed qua-
cumque opinione romani veteres
deos consecraverunt sicut deam
Febrem deam quoque Pallorem. Nun-
quid xpus est credibilius vocat
famem intelligendus. Dixit
ut fames esset, ut hic vocare
quod appellare, hic appellare
quod dicere, hoc dicere quod iube-
re. Tamen ille vocavit famem qui
vocat ea que non sunt tamquam
sunt. Recte ibi apostolus dixit
qui vocat ea que non sunt
ut sint sed tamquam sint. Apud
deum quippe iam factum est
quod eius dispositione fu-
turum est. Unde de illo alibi di-
citur Fecit que futura sunt. Et
hic quando fames facta est tunc
dicta est vocata, id est ut
adesset que iam fuerat
mentibus occulta gubernatoris
disposita. Deinde quo voca-
vit famem statim exposuit
dicens Omne firmamentum panis contrivit et hec inusi-
tata locutio est. Contrivit enim
dixit pro eo quod est consumpsit.
Misit ante eos virum quem?
virum Joseph. Quis nescit
In servum venundatus est Joseph
nempe quod factum est peccatum
erat fratrum et tamen deus
misit in Egyptum Joseph. Intu-
enda est quo res magna et
pia quod deus bene utatur
malis operibus hominum sicut
illi contra male utuntur
bonis operibus dei. Contexit
deinde narrationem commemo-
rans quem pertulerit Joseph
in humilitate sua et quomodo
fuit sublimatus. Humiliaverunt
in compedibus pedes eius fer-
rum pertransiet animam eius donec

donec veniret verbum eius. Compedes quidem accepisse Joseph non legimus sed factum esse minime dubitandum. Aliqua enim pretermitti potuerunt in illa hystoria que tamen spiritum prophecie non latent quo instinctus loquitur psalmus. Ferrum autem quod dicitur pertransisse animam eius tribulacionem dure necessitatis accipimus non enim corpus sed animam dixit. Tale quid ad Mariam locucio est ubi Simeon dixit ad Mariam Ecce positus est hic in ruinam et resurreccionem multorum in Israel et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransiet gladius ut revelentur ex multis cordibus cogitaciones. Passio quippe domini que multis ruina fuit et ingruit multorum cordium occulta patuerunt quin et compressum est quod de domino senciebant et ipsam eius matrem gravem tamquam orbitate percussam sue dubio contristavit. In illa vero tribulacione fuit Joseph donec veniret verbum eius quo non fuerat interpretatus veraciter sompnia unde commendatus est regi ut eius de sompniis eius illi futura prediceret. Sed quod dixit donec veniret verbum eius ne omni modo eius sic intelligendum ut quisque rem tantam homini tribuendam putaret continuo subiecit Eloquium domini inflammavit eum vel quod magis de greco expressum alii codices habent eloquium domini igniuit eum ut etiam se inter eos computaret quibus dictum est laudamini in nomine eius. Eloquium domini igniuit eum ex eo spiritu sancto quando ad eos missus est et visae sunt illis lingue divise velut ignis. Et de pluribus dicit apostolus spiritu fervientes. A quo igne discedunt de quibus dicit refrigescet caritas multorum. Deinde sequitur Misit rex et solvit eum princeps populorum et dimisit eum. Ipse est rex qui et princeps populorum. Solvit compeditum dimisit inclusum. Constituit eum dominum domus sue et principem omnis possessionis sue ut erudiret principes eius sicut semetipsum et senes eius prudenciam doceret. Grecus habet et seniores sapienciam doceret quomodo ad verbum ita dici posset erudiret principes eius sicut semetipsum et seniores eius sapientes faceret. Presbiteros enim habet quos dicere solemus seniores non gerontas id est senes
aut quod uno verbo latino dici potest appellanda est que … a greco dicitur non a prudencia que appellatur. Neque hoc tamen legimus in illa sublimitate Joseph sicut nec compedes in ea humilitate sed unde fieri posset ut vir tantus unius veri dei cultor in egipto alendis tantum modo corporibus et rebus tantum temporalibus gubernandis esset intentus et quo eos meliores redderet curam non gereret animarum. Sed ea conscripta sunt in illa hystoria

que secundum intencionem scribentis
reliquo erat sparsus scriptus rebus
futuris illa narracione signi
ficandis sufficienter indicata sunt
Et intrauit israhel in egyptum et
iacob accola fuit in terra cham
Quod est israhel hoc est iacob
et quod est egyptus hoc est
terra cham hic enim aptissime
demonstratum est de semine
cham filii noe cuius filius
primitiuus fuit chanaan quo
dicta fuisse etiam gente egyp
tiorum unde in quibusdam hic loco
legitur cham chanaan eum
dandum est cyclius autem interpre
tatum est accola fuit quia sicut
alii codices habent inhabitauit
quod tamen dicendum esset si et incola
diceretur Inquilinus enim aliud signi
ficat Iram ut ipsum uerbum
ingressus isto loco quod est
et superius ubi dictum est pau
cissimi et incole in ea Inco
latus porro uel accolatus non
indigenam sed aduenam
ostendit Ecce quomodo transierit
de gente in gentem de regno
in populum alterum quod breuiter propo
situm fuerat breuiter narran
do explicatum est Sed de
quo regno transierit in populum
alterum in cuncto querere potest
Non dum enim regnabant
in terra chanaan quia nondum
ibi fuerat regnum constitutum
populi israhel Quod ergo potest intelli
gi nisi forte secundum anticipa
cionem quia ibi regnum futurum
fuerat eorum deinceps narratur
que gesta sunt Et auxit
inquit populum suum vehementer
et firmauit eum super inimicos
eius hoc breuiter propositum est
ut quemadmodum factum sit de
inde narretur Non enim tunc
firmatus populus dei super egyp
cios inimicos suos quando eorum
masculini fetus necabantur
uel quando in faciendis lateribus
conterebantur uel quando in manum
potentem per pugna et potencia
domini sui metuendi et honoran
di facti sunt donec diuinis regis
contencio uinceretur et mare
rubrum per secutorem eum exercitu
eius obrueret Quod ergo bre
uiter positum est firmauit populum
suum super inimicos eius uelut
quererent quomodo factum sit inci
pit dicere donec etiam id nar
rando detineret Et conuertit
cor eorum ut odirent populum
eius et dolum facerent in seruos
eius Numquid iam intelligendum
est credendum quod deus cor
hominis ad facienda peccata conuer
tat et peccant Non esse uel
primum peccatum odisse populum domi
ni et dolum facerent in seruos eius
quibus hoc dixit Numquid ergo
istorum tam grauium peccatorum auc
tor est deus qui nullius uel
leuissimi peccati auctor esse cre
dendus est quibus sapiens
et intelligat hec vera ipsa
est mirabilis bonitas quia
bene utitur etiam malis uel
angelis uel hominibus Cum
enim ipsi diabolus suo mali sunt
ille de malo eorum bonum facit
Non enim aliquando odissent
populum eius boni erant sed
maligni et impii Tales erant
qui facile incolis suis feli
cibus inuiderent In eo ergo quod

populum suum multiplicavit hoc bene-
ficiis suis malos ad invidendum
convertit. Invidia cum felici-
tatis aliene. Sic ergo sunt
verba cor eorum ut in inviden-
ciam odissent populum eius et
dolum facerent in servos eius.
Non itaque cor illorum malum
faciendo sed populo suo benefa-
ciendo cor illorum sponte ma-
lum ad odium convertit sed
sponte perversum ad odium populi
ubi eos malos bene utens con-
vertit. Non illos malos fa-
ciendo sed istis bona quibus
mali facillime possent invi-
dere largiendo. Quos illorum
odio et concitacionem populi sui
et ad gloriam que nobis est
utilis nominis sui quo sit
usus consequencia docent.
Cane in eius laude comme-
rantur cum cantatur alleluia. Misit
moysen servum suum aaron quem
elegit ipsum. Sufficeret quem
elegit sed nichil in eos quidem
est quod additum est ipsum lo-
cucionis sepcinnatur vel sicut iniqua
gitabunt mea. Quia locutione
divine pagine plene sunt.
Posuit in eis verba signorum
suorum et prodigiorum in terra
cham. Non ita debemus acci-
pere verba signorum et prodigiorum
quasi verba quibus verbis fi-
erent signa et prodigia quia mul-
ta cum verbis facta sunt vel
virga vel manu extenta vel
favilla in celum missa. Sed
quia illa que facta sunt non
erant aliquid significationis
in causa sicut verba que loquimur
ideo ipsa dicta sunt verba non

vocum et sonorum sed signorum
et prodigiorum posuit in eis idest
fecit per eos. Misit tenebras
et obscuravit. Septimum est hoc
inter plagas quibus egipcii
percussi sunt. Quod autem sequitur
in diversis codicibus varie
legitur. Alii namque habent et
exacerbaverunt sermones eius. Alii
vero et non exacerbaverunt sermo-
nes eius. Sed quod prius dixi in
pluribus invenimus. Ubi autem
addita est negativa particula
quos duos codices potuimus
reperire. Sed ne forte mendo-
sitas pro sensum faciliorem
emendavit quid enim facilius
intelligitur quam id quod
dictum est exacerbaverunt sermo-
nes eius utique contumacibus
contradictionibus suis conati
sunt sedem aliquam rectam
humanam etiam illud exponere.
Et hoc interim occurrit. Non
exacerbaverunt sermones eius idest
in moyse et aaron quia eos
etiam durissimos pacientissime
pertulerunt donec penam que
deus in eis facere disponebat
ex ordine complerent. Convertit
aquas eorum in sanguinem et
occidit pisces eorum. Dedit terra
eorum ranas impenetralibus
regum ipsorum. Tamquam diceret
terram eorum convertit in ranas.
Tanta enim ranarum fuerat
multitudo ut hoc
convenienter diceretur. Dixit
et venit cinomia et cinifes
in omnibus finibus eorum.
Sequeretur quod dixit in verbo
eius erat antequam fieret
et sine tempore ibi erat quod

tempore fieret. Quia quam per angelos et per homines suos Moysen et Aaron etiam tunc quodammodo dixit ut fieret quod fuerat faciendum. Posuit pluvias eorum grandinem. Similis locutio est illi ubi ait dedit terram eorum ranas nisi quia ibi non utique in ranas tota terra conversa est, pluvia vero in grandinem etiam tota posita. Ignem comburentem in terra ipsorum. Subauditur posuit. Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum et contrivit omne lignum finium eorum. Igitur grandinibus et fulminibus factum est. Unde et ignem dixit comburentem. Dixit et venit locusta et bruchus cuius non erat numerus. Una plaga est locuste et bruchus quia altera est parens altera est fetus. Et comedit omne fenum in terra eorum. Et comedit omnem fructum terre eorum. Et fenum fructibus est sicut loqui scriptura consuevit que fenum appellat etiam segetes frugum. Sed ut duo diceret duobus fortasse que dixerat versibus voluit consonare id est locuste et brucho. Hoc autem totum pertinet ad elocutionis varietatem medente fastidio non ad diversitatem sententiarum. Et percussit omne primogenitum in terra eorum primitias omnes laboris eorum. Hec plaga novissima est excepta morte in mari rubro. Primitias vero laboris primogenita pecorum dictum arbitror. Que plage cum sint

decem nec omnes commemorate sunt nec eodem ordine quo ibi facte leguntur. Libera est enim laudatio a lege narrantis et texentis historiam. Cuius laudationis auctor et dictor cum sit per psalmum spiritus sanctus eadem utique auctoritate qua per eum egit hominem qui illam scripsit historiam et commemorat aliquid factum quod ibi non legitur et quod ibi legitur preterit. Adiungit autem etiam hic laudibus dei quod argento et auro ditatos israelitas eduxit ex egypto, quia et ipsi tales erant qui nondum possent contempnere labores suorum licet temporalem tamen debitam mercedem. Nec ideo quod egyptios deceperunt a quibus sibi ut commodaretur aurum et argentum petierunt putandus est deus huiusmodi dolose eis qui sursum cor habent vel iubere vel si fecerunt approbare actibus enim per illa dei verba utique ab illo qui cor eorum videbat et cupiditates examinabat permissi sunt facere ista quam iussi, non tamen sine aliquo profectu anime carnalis quod fecerunt et hiis qui talia iniuste passi sunt. Et quamvis per dolum ab iniquis hominibus tamen quod sibi reddi debebat abstulit. Sicut autem egyptiorum iniquitate sic istorum infirmitate ad id quod opus erat illis factis figurandum et preinuntiandum divine usus est deus. Et eduxit eos

in argento et auro Et ista lo
cucio scripturarum est pro eo quippe
dictum est in argento et auro
ac si diceretur cum argento Et
non erat in tribubus eorum infir
mus sed corpore non animo Et
iam hoc magnum dei beneficium
fuit ut illa necessitate migran
di nullus esset egrotus Letata
est egiptus in profectione eorum
quia incubuit timor eorum super
eos Timor utique hebreorum
super egiptios Non enim timor
eorum quo timebant hebrei
sed timebantur Dicit aliquis
Quomodo ergo nolebant eos dimit
tere egiptii quos tamquam reddi
turos dimiserunt quos tamquam
redditur[os] et redditur[os] aurum
et argentum petentibus commo
daverunt si letata est egiptus
in profectione eorum Sed intelli
gendum est post illam ultimam egip
tiorum mortem et tantam stra
gem in mari rubro tam ma
gis persequentes exitus egip
tios timuisse residuos ne re
dirent hebrei et eorum reliquias
magna felicitate contererent
Tunc impletum est quod superius
cum dixisset et auxit populum
suum vehementer mox addidit
Et firmavit eum super inimicos
eius Hanc enim sententiam uno ver
siculo proposuit ut explica
ret quod id factum sit adiungit
certa que in hac laude nar
ravit usque ad istum locum ubi
ait letata est egiptus in pro
fectione eorum quia incubuit
timor eorum super eos velut aperi
ens quod proposuerat quia
firmavit populum suum super inimicos

eius proinde iam dicit que iter
agentibus in heremo beneficia
divina collata sint Expandit
nubem in protectionem eorum et
ignem ut luceret eis per noctem
Ea sunt hec manifesta quam
nota Pecierunt et venit cotur
nix Non continue coturni
ces pecierunt sed carnes Quia non
coturnix cara est Et in isto
psalmo non loquitur de ama
ritacione eorum in quibus non est
beneplacitum deo Sed de fide
electorum quod est bonum semen
abrahe ipsi intelligendi sunt
petisse ut veniret Unde ama
ritacionem minime pecierunt
Iam versum qui sequitur Et
pane celi saturavit eos Man
na quid non nominavit sed
multis obscurum est qui illas litteras
legit Disrupit petram et
fluxerunt aque abierunt in sicco
flumina Et hoc factum tam cito
intelligitur quam legitur Hiis
autem omnibus beneficiis suis deus
commendat in abraham meritum
fidei Sequitur enim et dicit
Quoniam memor fuit verbi sancti sui
quod habuit ad abraham puerum
suum Et eduxit populum suum in
exultacione et electos suos
in leticia Quod ait populum suum
hoc repetivit electos suos Et
quod ait in exultacione hoc
repetivit in leticia Et dedit
illis regiones gencium et la
bores populorum possederunt Quod
sunt regiones gencium hoc
sunt labores populorum Et quod
dictum est dedit illis hoc re
petitum est possederunt et tam
quam quereremus cur bona

ista dicta sunt in hoc ipsum pu-
taretur summum bonum quod ista fe-
licitas rerum temporalium ipsis dei da-
ta est continuo eam ad aliud
retulit ¶ Et custodiant inquit
iustificationes eius et legem
eius requirant. Ubi intelligitur
est dei suos et electos filios
promissionis veros et germanum
semen abrahe imitantes fidem
abrahe / Ipsa ista bona terrena
sunt adeo ut non in eis luxu
diffluant sive prava securitate
torpescant sed ideo habeant divina
ima hec omnia parata in quibus
querendis possint negotiosis
sumis laboribus occupari ut
ad hoc vacent unde bonum eter-
num possit acquiri hoc est ut
custodiant iustificationes
eius et legem eius requi-
rant. Denique qui semen abra-
he tales hic intelligi nolunt
qui vere essent semen abra-
he quales utique nec in illo po-
pulo defuerunt quod etiam paulus
apostolus satis ostendit cum dicit
Sed non in omnibus illis benepla-
citum est deo profecto fuerunt
ibi quidam in quibus benepla-
citum est deo. Quia quod tales
psalmus iste commendat merito
hic dixit de iniquitatibus
et irritationibus et amaritu-
dine eorum in quibus non est
beneplacitum deo sed quia et
in quibus non sola iusticia bonum
est verum etiam dei omnipotentis et
clementis apparuit de illis
sequentibus loquitur psalmus cum
laudibus dei et tamen utique
in ipsis fuerunt nec istos
illi pravorum iniquitatum contagione

polluerunt. Irruunt cum diis
qui sunt eius. Et sine hoc
seculum non potest ab iniustis
recedat ab iniusticia omnis
qui invocat nomen domini. Et
quod tamen in corpore psalmi huius
velut latentem quodammodo
eius animam commendemus
hoc est in verbis quasi exterioribus
interioribus interiorem intellectum
videtur michi annuere semen
abrahe qui sunt omnes filii
promissionis pertinentes ad eternam
hereditatem testamenti eterni
ut tamquam ipsam hereditatem
sibi eligant deum et eum gratis
colant id est propter ipsum non propter
aliquod emolumentum inter eius
extra ipsum. Et hoc faciant
laudantes invocantes annun-
ciantes nec in suam sed in eius
gloriam per fidem vita pacantes
spe gaudentes caritate fer-
ventes. Hoc totum sonat huius
verbis Confitemini domino et in-
vocate nomen eius annuncia-
te inter gentes opera eius. Can-
tate et psallite ei narrate
omnia mirabilia eius laud-
diate sancto eius letetur cor que-
rencium dominum. Querite do-
minum et confirmamini querite
faciem eius semper. Deinde
ad priorum corda intendat
ut roborentur in fide de patriar-
chis promittitur et illorum fides
promissiones dei ut imitando
et sperando simus semen illorum
non de sola gente hebreorum
sed quotquot istam graciam
suscipiunt in omni terra. Sed
totum huius versibus continetur
Mementote mirabilium que

fecit prodigia et iudicia oris
eius Semen abraham servi
eius filii iacob electi eius Ipse
est dominus deus noster in universa
terra iudicia eius Memor
fuit in seculum testamenti
sui verbi quod mandavit in mil
le generaciones Quod disposuit
ad abraham et iuramenti sui
ad ysaac Et statuit illud ipsi
iacob in preceptum et israel in te
stamentum eternum dicens/ tibi
dabo terram chanaan funicu
lum hereditatis vestre Hec omnia
pro modulo meo quemadmodum
accipienda esset exposui hec
occurrebat animo parvulis fidei
Si ergo deus gratis est colendus
et testamentum eternum credentibus
ipse a se ipso requirendus non solum
istam vitam cur prestat que
renatam eum et temporales necessita
tes Sed et ipsas sue nunc multi
plicatione non deserit Iam
intente audite quid prestitit
patribus nostris vel in quibus
fidei exempla constituit vel
qui ex illorum carne propagati
etiam fidem imitati sunt
Cum essent ipsi numero brevi
paucissimi et incole in ea
id est in terra chanaan Et
pertransierunt de gente in gentem
et de regno ad regnum in po
pulum alterum Non reliquit ho
minem nocere eis et arguit
pro eis reges Nolite tangere
christos meos et in prophetis meis
nolite malignari Si autem
queritis quo transierunt de gen
te in gentem de regno in populum
alterum Audite Vocavit
famem super terram omne firma

frumentum
mentum panis contrivit Misit
ante eos virum in servum venum
datus est ioseph/ Humiliaverunt
in compedibus pedes eius fer
rum pertransiit animam eius do
nec veniret verbum eius Elo
quium domini ignivit vel inflam
mavit eum Misit rex et sol
vit eum princeps populorum et di
misit eum Constituit eum
dominum domus sue et principem
omnis possessionis sue Ut eru
diret principes eius sicut semet
ipsum et senes eius prudenciam
doceret Et intravit israel in egyp
tum et iacob accola fuit in terra
cham Ecce quo transierunt de
gente in gentem et de regno
in populum alterum et auxit po
pulum suum ve hementer et
firmavit eum super inimi
cos eius Si autem scire voletis
quo eum firmavit super ini
micos eius Audite Convertit
cor eorum ut odirent populum
eius et dolum facerent in servos
eius Misit moysen servum suum
aaron quem elegit ipsum Po
suit in eis verba signorum suorum
et prodigiorum in terra cham Mi
sit tenebras et obscuravit
et exacerbavit sermones eius
Convertit aquas eorum in sanguinem
et occidit pisces eorum Dedit
terram eorum ranas in penetralibus
regum ipsorum Dixit et venit
cinomia et cinifes in omnibus
finibus eorum Posuit pluvias
eorum grandinem ignem con
burentem in terra ipsorum Et per
cussit vineas eorum et ficulne
as eorum Dixit et venit lo
custa et bruchus cuius non erat

nius et comedit omne fenum in
terra eorum et percussit omne primo-
genitum in terra eorum primicias
omnis laboris eorum Et eduxit
eos cum argento et auro
et non erat in tribubus eorum infirmus
Letata est egiptus in profectione
eorum quia incubuit timor eorum
super eos Ecce quomodo populum suum
firmavit super inimicos eius
Cum autem inimicis eorum ista
mala iusticia et inflixit que
ipsis largita sunt eis temporalia
omnia eius accipite Expandit
nubem in protectionem eorum
et ignem ut luceret eis per noc-
tem Pecierunt et venit coturnix
et pane celi saturavit
eos Disrupit petram et flu-
xerunt aque abierunt
flumina Cum memor fuit ver-
bi sancti sui quod habuit abraham
puerum suum Et eduxit populum
suum in exultacione et electos
suos in leticia Et dedit illis
regiones gencium et labores
populorum possederunt non ut propter
ista eum colant sed ut ea
quoque ad bona eterna referant
atque convertant id est ut cu-
stodiant iustificaciones eius
et legem eius requirant Cunc-
ta que igitur alia bona dat deus
referenda sunt ad eternum
cultum eius Ipse autem cultus
eius non est referendus ad alia
bona que dat deus Time ei
erit eternitas adquod certamine
probatus hostis antiquus est
dicens domino Numquid iob gratis
colit deum Porro si in fine
venditus est ioseph et humili-
atus et exaltatus locum fecit
ad temporalia bona populo dei ut
firmaret super inimicos eius
quanto magis illius venditus
et humiliatus a fratribus suis sed
tamen et exaltatus in celis
locum facit ad eterna bona populo
dei triumphanti de diabolo et
angelis eius | Audi ergo semen
abrahe non decanes glorians
sed dei imitans fidem Audite
servi dei et electi dei promissio-
nes vite presentis et future | Si
temptaciones diverse sunt in hoc
populo ioseph in carcere illum in
cruce cogitate si temporalium rerum
prosperitas adiacet non propter ipsam
deus sed ipsa utamur propter deum
vel cum adversitates propter inte-
gram vitam vetita veterum culto-
ribus suis que donat et bla-
sphemantibus suis Sed querite
primum regnum dei et iusticiam
eius et hec omnia apponentur
vobis Explicit de psalmo
centesimo quarto Incipit trac-
tatus de psalmo centesimo

Psalmus centesimus | quinto
quintus eciam ipse prenotatur
alleluia Et hoc duplicatur Sed
quidam dicunt unum alleluia
pertinere ad finem psalmi su-
perioris alterum ad huius princi-
pium Et hoc asserunt quod omnes
alleluia eciam psalmus habeant in fine
alleluia non omnes in capite verum
quicumque psalmus non habet in fine
alleluia nec in capite nolunt
habere Quod autem in eius capite
videtur esse et ad finem su-
perioris pertinere Sed et nos
quoniamque nobis aliquibus
certis documentis id verum
esse persuadeant meliorum codices

scrutant(ur) qui ubicu(m)q(ue) legit(ur) all(elui)a
eidem psalmo attribuunt magis
hoc capite invenerunt pauci
enim eni codices sunt quod
quidem in nullo grecor(um) repi qb
in principio potius qui habeant all(elui)a
in finem centesimi et quinqua
gesimi psalmi postquam iam
nullus est qui ad eiusdem canonem
pertinet. Sed neque hoc posset
prescribere consuetudine etiam si
omnes codices id haberent. Fieri
enim potuit ut aliqua ratione
laudationis dei totus psal
morum liber qui libri quinque
constare perhibetur, etiam ubi
scriptum est fiat fiat ibi fines
librorum esse dicuntur post omnia
que cantata sunt ultimo
alleluia clauderetur. Nec propter
finem centesimi et quinqua
gesimi psalmi istum esse in
deo ut omnes alleluiatici psalmi
in fine habeant all(elui)a. Cum vero
in capite psalmi geminatur
all(elui)a quia duobus alii semel
aliqui bis dicat ante. Et quo
non possit aliqui semel alii
bis dici all(elui)a. Nescio p(ro)pter(?)
quia post numerum notamque
quo psalmus inscribatur quotus
sit velut iste centesimus
quintus utrumque all(elui)a positum
est. Debuit autem unum potius
alterius principio si ad finem per
tinet superioribus et post
numerum psalmi scribi alterum
all(elui)a quod ad psalmum ipsius ini
tium pertinet. Sed fortasse et
in hoc in ipsa prevaluit consue
tudo et aliquid occultum est quod
adhuc ignoramus unde nobis
magis dici debeat iudicandum

veritatis quam prejudicium consue
tudinis. Nunc tamen aliquam
hic perdistamus ubicumque post
numerum psalmi sive semel sive
bis conscriptum invenimus
all(elui)a secundum celeberrimam eccle
sie consuetudinem ei psalmo tribuimus
qui eos nostros prenotavit con
fitentes nos arcana omnium
titulorum qui sunt in psalmis
et ordine eorundem psalmorum
et magna esse credere et
nondum sicut volumus pene
trare potuisse. Video autem
istos duos centesimum quartum
et centesimum quintum ita esse
sibi connexos ut in prioribus eorum
qui precedit commendetur populus
dei in molestiis eius. De quibus
nulla querela fit, quos ego
arbitror ibi fuisse in quibus
beneplacitum est deo. In isto
autem qui sequitur eos connec
moratos qui in eos (e)xpressos
amaritaverunt nec tamen et ipsis
dei misericordiam defuisse dicitur.
Aut ista per eorum personam qui
veniam consequi precantur et
exempla commemorantur illorum
in quos etiam peccatores dulces
apparuit misericordia dei. Incipit
ergo etiam iste psalmus sicut
ille. Sequitur psalmus
Confitemini domino. Sed ibi
sequitur et invocate nomen
eius. Hic autem Quoniam
bonus quoniam in seculum misericordia
eius. Quia et per quod hic
intelligi etiam confessio pec
catorum. Etiam et post paucos
versus sequitur peccavimus cum
patribus nostris in iuste egimus
iniquitatem fecimus. Sed uos

quod dicit quoniam bonus quoniam
in seculum misericordia eius laus vera
que dei est atque per eius in laude
confessio quam aliquis etiam eius
sua confitetur quamquam peccata
cum dei laude confiteri debeant
alioquin pia est et confessio
peccatoris nisi non desperans
et postea misericordiam dei habet
ergo eius laudem sine etiam
in verbis cum eum bonum et
misericordem deum dicit sine de
solo affectu cum hoc credit
Nam et ille publicanus
tunc sola illa verba commemo
rata sunt Domine propicius esto
michi peccatori et si non dixit
quod bonus et misericors
es vel aliquid non tamen illud
diceret nisi hoc crederet Cum
tamen spe oraret quia sine
illa fides esse non posset
potest ergo esse laus dei vera
et pia ubi non posset esse
confessio peccatoris pia et utilis
ubi non laudatur deus pre
corde sive ex ore atque sermo
ne Quod autem habent aliqui
codices quoniam bonus alii habent
quoniam suavis in unum verbum grecum
quod dicit   diversa
interpretatio secuta Item quod
datum est quoniam in seculum misericordia eius
Grecus habet Eyskiona quod
post eciam incertum interpretari pro
inde si illa misericordia habet intelligi
qua nemo sine deo esse bea
tus potest melius accipimus
in eternum Si autem illa est miseri
que miseris exhibetur ut vel
consolentur in miseria vel ab
illa eciam liberentur melius in
seculum hoc est in fine seculi

in quo non deerit miseria cuius
misericordia perhibeatur nisi forte quis
audeat dicere etiam hiis qui
dampnabuntur cum dyabolo
et angelis eius aliquam misericordiam
dei minime defuturam non qua
ex illa dampnacione liberentur
sed ut eis aliquatenus miti
getur atque ita eciam posse
intelligi dei misericordiam super illorum
miseriam Sed tollerabilio
rem quosdam exceptiuos
dampnacionem in quorundam
comparacione legimus Alicuius
non mitigari eam aut esse certa
ditius penam vel quibusdam
intervallis habere aliquam pausam
quis audacter dixerit quando
quidem unam stillam diuues
ille non meruit Sed de hac
tanta re diligencius agendum
disserendum est Nunc quod ad istum
psalmum attineat hactenus
de illa dictum esse sufficeret
Quis loquetur potencias
domini auditas faciet omnes lau
des eius Impletus conside
racione divinorum operum que misericordiam
eius exposuit Quis inquit
loquetur potencias domini Subaudiendum
audiendum est ut eo ista summa
ita sit plena Quis auditas
faciet omnes laudes eius id est
quis nam sufficiat auditas
facere omnes laudes eius
auditas faciet dixit id est
faciet ut audientur Videns
ita loquendas potencias
domini et laudes ut predicentur
audientibus Sed quis potest omnes
Aut forte quia sequitur Beati
qui custodiunt iudicium et
faciunt iusticiam in omni tempore
faciant

Eas dixit laudes eius que intelliguntur opera eius in preceptis eius. Deus est enim, ait apostolus, qui operatur in nobis. Et datum est semini Abrahe: Cantate ei et psallite ei. Intellexerunt ita dictum ac si diceretur: Bona in eius laude dicite et facite. Quibus duobus verbis, id est cantandi et psallendi, conveniunt duo consequentes versus, ut quod dictum est: Narrate omnia mirabilia eius, hoc sit cantate ei; et quod dictum est: Laudamini in nomine sancto eius, hoc sit psallite ei. Hinc quippe semini etiam ipse dominus dicit: Luceant opera vestra coram hominibus ut videant bona facta vestra et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Hic ergo ipsa dei precepta consideramus, quorum preceptorum opera laudes sunt eius. Cum enim operatur in suis, ait: Quis loquetur potentias domini? quoniam hic ineffabiliter operatur. Quis auditas faciet omnes laudes eius, id est quis cum audierit faciet omnes laudes eius que sunt opera preceptorum eius, quia in quantum faciunt et si non omnia que audita sunt fiunt, ille laudandus est qui operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate. Ideo non potuit dicere: Omnia mandata eius vel omnia opera mandatorum eius; maluit dicere laudes eius, quia ut dantur et inquantum fiunt ipse laudandus est. Quis auditas faciet laudes, quisnam sufficit auditas

facere, id est cum audite fuerint facere omnes, quis est ydoneus? Beati qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore. Usque quo incipiunt et in tempore. Cum enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Potest autem videri eiusdem sententie repetitio, ut hoc sit facere iustitiam quod est custodire iudicium, ut etiam in superiore versu subaudiatur in omni tempore, sicut in posteriore subauditur beati. Et redditis que subaudiuntur ita dicatur: Beati qui custodiunt iudicium in omni tempore, beati qui faciunt iustitiam in omni tempore. Sed si inter aliquid interesse inter iudicium et iustitiam, non in alio psalmo diceretur: Quousque iustitia convertatur in iudicium. Amat quidem scriptura ista duo simul ponere, sicut est: Iustitia et iudicium directio sedis eius, et illud: Et educet sicut lumen iustitiam tuam et iudicium tuum sicut meridiem. Cum et ubi eiusdem sententie repetitio videatur, et fortasse venustate figurationis etiam alterum pro altero ponit, vel iudicium pro iustitia vel iustitiam pro iudicio. Tamen si proprie dicatur, aliquid interesse non dubito, ut iudicium custodire dicatur qui recte iudicat, iustitiam vero facere qui recte agit. Nec absurde puto intelligi secundum illud quod dictum est: Quousque iustitia convertatur in iudicium, etiam hic eos dictos beatos qui custodiunt iudicium

iust iusticiam faciunt in ope
Veniet enim tempus ut iudi
cium quod modo custodiunt in
fide etiam exerceatur in ope
Cum iusticia conversa fuerit
in iudicium idest cum accepe
rint iusti potestatem iudicandi
eos recte a quibus modo non
recte iudicantur Unde alibi
ipsum corpus christi intelligitur
dicere Cum accepero tempus
ego iusticias iudicabo Et
verbum eius magis dicetur
equitates iudicabo vos au
diret Cum accepero tempus
iusticiam faciam quia omni
tempore faciendum est Sicut eo
hic dixit qui faciunt iusticiam
in omni tempore Deinde inde
quia deus iustificat idest
iustos facit sanando eos ab
iniquitatibus suis sequitur
ordo Memento nostri domine
in beneplacito populi tui idest
ut in eis simus in quibus
beneplacitum est tibi quia non
in omnibus illis beneplacitum
est deo Visita nos in salu
tari tuo Ipse est enim salua
tor in quo peccata dimittuntur
et anime sanantur ut possit
custodire iudicium et facere
iusticiam Quos cum beatos
esse intelligerent qui hec lo
cuntur hoc sibi consequentur
orando petunt De isto salu
tari alibi dicitur Ut cognoscamus
in terra viam tuam Et quasi
quereremus in qua terra scilicet
est in omnibus gentibus Rursus
quasi quereremus qua via
sequitur in salutare tuum De
illo quippe dixit Symeon
senex Quia viderunt oculi mei
salutare tuum qui de christo
dicit Ego sum via Visita
ergo nos in salutari tuo hoc est
in christo tuo Ad videndum
in bonitate electorum tuorum
ad letandum in leticia gen
tis tue idest ad hoc nos visita
in salutari tuo ut videamus
in bonitate electorum tuorum
et letemur in leticia gentis
tue Quod autem hic positum
est in bonitate alii codices
habent suavitate Sicut illud
quod bonus alii habent quoniam
suavis idem ipsum autem verbum
in greco est Quod et alibi
legitur dominus dabit suavita
tem suam et alii benigni
tatem Sed quid est visita
nos ut videamus in boni
tate electorum tuorum idest v
ea quam prestas electis tuis
nisi ut non remaneamus ceci
sicut illi quibus dictum est
Vos autem dicitis quia videmus
peccatum vestrum manet Dominus
enim illuminat cecos non ut
eorum sed in bonitate electorum
suorum vel quam cuilibet vel
donat electis suis Sicut
salus vultus mei non a me
ipso sed deus meus et pane
nostrum cottidianum sed tamen
da nobis visita
nos ergo in salutari tuo ad vi
dendum idest ut videamus
in bonitate electorum tuorum
ad letandum idest ut letemur
in leticia gentis tue Unam
gentem dei intelligere de
bemus universum semen ab
rahe sed filios promissionis

nō carnis hī gº quorum non
est optant eius gentis ha
bere leticiam et que huius
gentis leticia nisi deus eius
cui detur leticia vel exultaº
mea redime me Et cui dicat
Signatum est super nos lumen
vultus tui domine dedisti le
ticiam in corde meo Summo
scilicet vero incommutabili et beati
fico bono quod ipse deus est Ut
lauderis cum hereditate tua
Quod verbum istum versum sic interpre
tatum in multis ita esse co
dicibus cum sit una atque ead
em verbis huius versibus greca
locucio ut si hoc verbum dicam
quod legitur ut lauderis cum
hereditate tua possit recte
dici ut videas in bonitate
electorum tuorum et leteris in
leticia gentis tue toto ipso
sensu ita contexto visita nos
in salutari tuo ut videas
in bonitate electorum tuorum
ut leteris in leticia gentis tue
et lauderis cum hereditate
tua Sedum aut hoc quod diximus
visita nos ut videamus in
bonitate electorum tuorum et le
temur in leticias gentis tue
Consequenter et hic dici de
buit ut laudemur cum here
ditate tua Cum hereditate dictum
est laudamini in nomine sancto
eius porro autem quia alibi
greca videtur locucio si ve
rus est iste sensus quo ma
luerunt interpretes dicere ut
lauderis etiam duos versus su
periores ita intelligendi sunt
quia ut dixi una est in
hiis tribus versibus greca locucio

ut hoc totum ita deum acci
piatur Visita nos in salutari
tuo ut videas in bonitate
electorum tuorum id est ad hoc
nos visita ut illic nos esse
facias et illic nos videas
ut leteris in leticia gentis
tue id est tu dicaris letari
cum illi letantur ex te Ut lau
deris cum hereditate tua id est
tu mea lauderis quia non
laudatur nisi propter te Sive
ergo illo sive isto modo intelli
gendum sit quod dictum est Ad
videndum ad letandum ad
laudandum ideo se optant
visitari in salutari dei id est
christo eius ut non alienentur
a populo eius et ab eis in quibus
beneplacitum est deo Quid
aut deinceps confiteantur
audiamus Peccavimus cum pa
tribus nostris iniuste egimus
iniquitatem fecimus Quid est
cum patribus nostris Sic in hac
epistola ad hebreos qua et le
uinus cum abraham deci
matus est qui in lumbis eius
fuit quando decimas dedit
sacerdoti melchisedech Sic et
isti peccaverunt cum patribus
suis in quorum lumbis erant
quando illi in egipto fuerunt
vram qui fuit et tempe
cum psalmus iste conscriptus
est et maxime postea eorum
glia vel ab eis qui tunc erant
dici vel de post futuris po
tuit exprimi longe aberat
ab etate illorum qui in egipto
peccaverunt non intelligentes
mirabilia dei hoc cum se
exponendo quid peccaverunt

cum patribus suis. Patres
nostri inquit in egipto non intel
lexerunt mirabilia tua et
cetera que de peccatis eorum
multa commemorat. Ac sic po
cius accipiendum est quod ait
cum patribus nostris tanquam
diceret peccavimus sicut patres
nostri eorum videlicet imitando
peccata. Quod si ita est astruendum
est aliquo huiusmodi locucionis
exemplo quod cum impigre
quererem non occurrit ut cum illo
se quisque peccasse vel cum illo
se fecisse aliquid dicat quod
in simili facto etiam post multum
temporis fuit imitatus. Quid
est ergo patres nostri non intelle
xerunt mirabilia tua nisi
non cognoverunt quid per illa mira
bilia eis prestare voluerit
quid utique nisi vitam eternam
et non temporale sed immu
tabile bonum quod per pacienciam
expectatur. Ideo impacienter
murmuraverunt et amaricaverunt
et bonis presentibus fallacibus
atque fugacibus beatos se fieri
quesierunt. Nec fuerunt me
mores multitudinis misericordie tue
et intellectum redarguit et
memoriam. Intellectu quippe
opus erat ut cogitarent
ad quorum bonorum eternitatem
eos per illa temporalia vocaret
deus. Memoria vero ut saltem
que temporaliter mirabilia facta
sunt non obliviscerentur fideli
terque presumerent quod de eadem
potestate quam fuerant ex
perti illos deus ab inimicorum
persecucione liberaret. Obliti
sunt quid eis in egipto adium

mentos eorum conterendos per tan
ta prodigia prestitisset. Et irrita
verunt ascendentes in mare
rubrum. Mare rubrum codex
quem intuebar sic habebat.
Et huius quidem duobus verbis
ultimis quod dictum est mare
rubrum stella fiat prenotata
qua significantur que in hebreo
sunt et in interpretacione septua
ginta non sunt. Plures autem
codices quos inspicere potui
et greci et latini sic habent
Et irritaverunt vel quod expressius
de greco est et amaricaverunt
ascendentes in rubro mari.
Cum illam legit hystoriam
quando exierunt de egipto et
per rubrum mare dolet eorum
infidelitatem in quanta trepida
cione et desperacione fuerint
post recencia tot et tanta
miracula in egipto. cum multi
tudinis misericordie dei non eos
memores fuisse dicit. Ascen
derunt autem. Propterea dictum est
quia ita est terre posicio ut
descensio dicatur in egiptum
dextra chanaan et inde illic
ascensio. Notandum est sane
quemadmodum scriptura cul
pare voluit non intelligere
quod intelligendum et non
meminisse quod memoria reti
nendum est quod homines sue cul
pe deputari nolunt ad nichil
aliud nisi ut minus sibi placeant
minusque sint humiles deo magis in
conspectu confiteantur quod
sunt atque impetrato adiu
torio possint esse quod non
sunt. Iam etiam peccant
ignorancia melius accusant

ut peant qua occupant
ut maneant ex cuiusque pur-
gant in vocato deo quando
firmatur irato adiungit tu-
nc secundum eorum infidelitatem
diu fecisse ¶ Et saluauit
eos inquit propter nomen suum
ut notam faceret potenciam
suam non propter illa bona merita
eorum Et increpauit mari
rubro et siccatum est Non
legimus illam qua mare
pareret mare emissam cele-
stis vocem sed potenciam
diuinam qua id factum est mare
pacionem appellauit nisi for-
te quibus dicat leuiter mare
patiuum sit ut aqua posset
audire et homines non pos-
sent valde occulta et ob-
scura vis est qua deus agit
ut eciam illa que sensu ca-
rent confestim eius obtem-
perent ¶ Et deduxit eos
in abyssis sicut in deserto
Abyssis dixit multitudine
aquarum Nam quidam istud
versum nolentes totum me-
taphorice dixerunt Et eduxit
eos in magnis multis Quod e-
rgo in abyssis sicut in deserto
nisi quia factum erat siccitate
velut desertum ubi fuerant
abyssi aquarum ¶ Et saluauit
eos de manu odiencium Huc
usque prenuntiat quidam in ex-
tati sunt verba minus latina
vitalites et saluos fecit eos
de manu eorum qui oderunt
eos ¶ Et redemit eos de
manu inimici Quod precium da-
tum est in hac redempcione
an propheta est quod in figura bap-

hoc factum est Ubi redimimur
de manu diaboli magno pre-
cio quod sanguis est Christi Unde
non quocumque mari sed mari
rubro id est rubente sanguine figu-
ratum est sanguis cuius rubeum
colorem facit ¶ Et operuit
aqua tribulantes eos unus
ex eis non remansit Non ex
omnibus egipciis sed ex eis
qui persequebantur apprehendere
uel interimere cupientes ¶ Et
crediderunt in verbis eius minus
latina videtur locucio quia
non ait verbis eius uel in verba
eius uel in verba eius sed in
verbis eius tamen significancius
tatissima ¶ Et laudauerunt
laudem eius Tales sunt locucio-
nes cum dicimus seruire serui-
tutem seruiunt talem vitam viuit
laudem porro dei notissimam
illam commemorat ubi dicit
Cantemus domino gloriose enim
magnificatus est equum et ascen-
sorem proiecit in mare ¶ Cito
fecerunt obliti sunt operum eius
Aliqui codices intelligibilius
habent festinauerunt obliti
sunt operum eius ¶ Non sustinue-
runt consilium eius Debue-
runt enim cogitare tanta gra-
cie opera dei non esse inania
sed uocare ad aliquam sine
fine felicitatem que per pa-
cienciam sustinenda est
sed festinauerunt beati fieri tempora-
libus rebus que ideo ne-
minem conferunt veram felicitatem
quia non extinguunt insacia-
bilem cupiditatem Qui enim
bibet inquit ex hac aqua
sitiet iterum Denique sequitur

¶ Et concupierunt concupiscenciam
in deserto et temptauerunt deum
in inaquoso Quod est in de-
serto hoc repetitum est in ina-
quoso id est in loco sine aqua
Quod vero concupierunt con-
cupiscenciam hinc temptauerunt deum
Talis sane locucio est concu-
pierunt concupiscenciam qualis su-
pra laudabunt laudem Et de-
dit eis peticionem ipsorum id est
quod peticione pecierunt ¶ Et
misit saturitatem in animas
eorum Vel ideo beatos fecit quia
non erit illa saturitas de qua
dicitur beati qui esuriunt et si-
tiunt iusticiam quoniam ipsi saturia-
buntur Itaque hoc loco animam
non secundum id quod racionabilis est
dixit sed secundum id quod animat
corpus animal facit Ad cuius
animalis sustentacionem pertinet
cibus et potus secundum quod in
ewangelio dicitur Nonne anima
plus est quam esca et corpus
quam vestimentum Tanquam
ad animam pertineat esca ad
corpus vestiri Secundum hoc di-
citur apud ysaiam Quid est quod
ieiunauimus et non vidisti
humiliauimus animas nostras
et nescisti ¶ Et irritauerunt
moysen in castris aaron sanctum
domini Quam dicat irritacionem
nisi sicut expresserunt alij interpre-
tati sunt amaritacione con-
sequencia satis indicant Ap-
ta est inquit terra et de-
gluciuit dathan et operuit
congregacionem abyron Quod
est degluciuit hoc est super
operuit Amborum autem id est
dathan et abyron vna erat
causa superbissima et sacrilegi

scismatis Et exarsit ignis in
synagoga eorum flamma combussit
peccatores Non est hoc nomen
in scripturis vsitatum eorum qui licet
iuste ac laudabiliter viuant non
sunt sine peccato Magis enim
sicut interest inter videntes
et irrisores inter murmuran-
tes et murmuratores inter
scribentes et scriptores et cetera
similia ita scriptura peccato-
res appellare consueuit valde
iniquos et grandibus peccatorum
sarcinis oneratos ¶ Et fecerunt
vitulum in oreb et adorave-
runt sculptile Et mutauerunt
gloriam suam in similitudine
vituli comedentis fenum non
ait in similitudinem sed in si-
militudine Talis est locucio
qualis illa vbi ait Et credi-
derunt in verbum eius Eligatur
sane non ait et mutauerunt
gloriam dei cum hoc fecerint
sicut etiam apostolus loquitur
Et inmutauerunt gloriam in-
corruptibilis hominis sed gloriam
suam dixit Deus enim erat
gloria eorum si eius sustinerent
consilium et non festinarent
Cui dicitur Gloria mea et ex-
altans caput meum Istam
gloriam suam id est deum inmuta-
uerunt in similitudine vituli
comedentis fenum ut ab eo
comederentur qui sapiunt
secundum carnem Omnis enim ca-
ro fenum Obliti sunt deum
qui saluauit eos Quos sal-
uauit ¶ Qui fecit magnalia
in egipto mirabilia in terra
cham terribilia in mari rubro
Que sunt mirabilia ipsa sunt
terribilia Nulla quippe admiracio

sine quadam formidine que ibi
ista est. Sunt terribilia dicta po-
tuerunt quod adversarios affli-
xerunt et istis quid deberent
timere monstraverunt. ¶ Et dixit
ut disperderet eos qui obliti sunt
eum qui salvos fecit eos fa-
ciens magnalia et fecerunt
et adoraverunt sculptile. Hoc
utique tam … scelere et
incredibili impietate digni
fuerant qui perirent. Dixit
ergo ut disperderet eos. ¶ Si non
moyses electus eius stetisset
in confractione in conspectu eius.
Non ita dixit stetisse in confrac-
tione quasi ut frangeret iram
dei sed in confractione id est
in plaga qua erant illi feri-
endi id est obiecisse seipsum pro
eis dicens Si dimittis illis
peccatum dimitte. Si autem non de-
le me de libro tuo. Ubi demon-
stratum est intercessio sanctorum quan-
tum pro aliis valeat apud deum.
Securus enim moyses de iu-
sticia dei qua eum delere
non posset impetravit misericordiam
ne illos quos iuste posset de-
lere. Ita stetit in confractione
in conspectu eius ut averteret
iram eius ne disperderet eos. Et
pro nichilo habuerunt terram de-
siderabilem. Sed numquid vi-
derant eam? Quomodo ergo pro nichi-
lo quam non viderant habue-
runt nisi quod sequitur nec cre-
diderunt verbis eius? Profecto
nisi terra illa significaret ali-
quid magnum quod terra dece-
bat fluentis lac et mel per quod
visibile sacramentum ad invi-
sibilem gratiam regnumque celorum
ducerentur eos qui invisibilia
eius intelligebant nullo modo
est culparetur quia pro nichilo
habuerunt terram illam. Cuius
temporale regnum etiam nos pro
nichilo habere debemus ut
illam liberam ierusalem nostram
que mater est vere desidera-
bilem diligamus. Sed potius
hic infidelitas eorum multo re-
darguitur qui in eo quod terram
desiderabilem pro nichilo habue-
runt verbis non crediderunt per
quedam parva ducentibus ad
magna et festinantes vel
temporalibus rebus quas secundum
carnem sapiebant. ¶ Non su-
stinuerunt ut supra dictum est
consilium eius et murmuraverunt
in tabernaculis suis non ex-
audierunt vocem domini. Vehe-
menter eos comminatione pro-
bent. Et elevavit manum
suam super eos ut prosterneret eos
in deserto. Et ut deiceret semen
eorum in nationibus et dispergeret
eos in regionibus. Hic antequam
diceret quod tante indignationem
dei quisquam intercesserit
cum quo aliquomodo placaverit
secutus adiunxit. Et initiati sunt
beelphegor id est ydolo gen-
tium consecrati et manduca-
verunt sacrificia mortuorum.
¶ Et irritaverunt eum in adin-
ventionibus suis et multiplica-
ta est in eis ruina. Tamquam
adhuc distulit quod leva-
verit manum super eos prosternen-
dos in deserto et deiciendum
semen eorum in nationibus et
dispergendos eos in regionibus
ut elati in regibus sensim
esset illud amitterent in quo d-
maiore tunc evidencia iusticia

pruriens quemadmodum dicit
apostolus. Et sicut non probaverunt
deum habere in noticia tradidit
illos deus in reprobam mentem
ut faciant que non conveniunt.
Denique tantum fuit et scelus
eorum qui consecrati sunt ydo
lo et comederunt sacrificia
mortuorum idest quia mortuis
hominibus tamquam diis sacri
ficabant gentes ut aliter
si placari deus nollet nisi
quo eum placavit Finees
faciente deus qui masculum et fe
minam in complexu adulterino
deprehensos pariter interemit.
Quod si odio eorum non dilec
tione fecisset et deum eum
comederet zelus domus dei
non ei reputaretur ad iusticiam.
Hoc enim factum illum populum cuius
futurus erat maior interitus
tamquam unum hominem quam
virga percussit ut animam
eius salvaret a morte se
mortem quod revelato testa
mento novo dominus ihesus xpistus
esse noluit disciplinam sed
atrocior est comminatio ge
henne quam tunc in illis co
minationibus dei pro temporum
dispensationem non legimus.
Multiplicata est in eis rui
na cum prius gravibus peccatis
huiusmodi vastarentur. Et stetit
Finees et placavit et cessavit
quassatio. Breviter totum
dixit quia non hic necesse ha
beret sed commemoravit scien
tes. Que autem hic posita est
quassatio haec superius confrac
tio Nam ingresso unum verbum
est. Et reputatum est ei in

iusticiam in generatione et genera
tione usque in sempiternum. Deus
hoc reputavit sacerdoti suo
in iusticiam non solum quam
diu generatio est sed usque in sem
piternum qui cor scrutatur et no
vit appendere quanta id fecis
sit populi caritate. Et irrita
verunt ad aquam contradictionis
et vexatus est Moyses propter
eos quia exacerbaverunt spiritum
eius. Et distinxit in labiis
suis. Quid est distinxit? quasi
illud non posset deus facere
qui tanta iam fecerat ut aque
de petra profluerent. Dubitanter
enim petram virga percussit et
ideo miraculum hoc distinxit
a ceteris miraculis in quibus
non dubitaverat. Hinc offendit
hinc audire meruit ut mo
reretur ne intraret terram pro
missionis perturbatus enim mur
mure populi infidelis / non tenuit
fiduciam qualem debuit.
Cui tamen deus tamquam electo
suo etiam post mortem eius
bonum perhibet testimonium
ut intelligamus istam fidei eius
titubationem hac sola pena fuis
se correptam quod in eam ter
ram quo populum ipse ducebat
non est permissus intrare. Absit
autem ut credamus alienatum
a regno gratie dei quod significabat
illa terra promissionis unde
lac et mel defluere dicebatur.
Hoc est potius testamentum
eternum quod disposuit ad Abra
ham non nostrum secundum carnem
patrem nostrum sed secundum fidem.
Illi autem de quorum iniquitatibus
iste loquitur psalmus etiam in illa

temporalem iram permissionis
intrassent. Non disperdiderunt
gentes quas dixit dominus illis.
Et commixti sunt inter gentes
et didicerunt opera eorum et servi-
erunt sculptilibus eorum et factum
est illis in scandalum. Illud
quod eas non disperdiderunt
sed eis commixti sunt factum est
illis in scandalum. Et immo-
laverunt filios suos demoniis.
Et effuderunt sanguinem inno-
centem sanguinem filiorum suorum
et filiarum suarum quas sacrifica-
verunt sculptilibus chanaan.
Immolasse filios suos et filias
suas demoniis et ydolis non
eos narrat illa hystoria sed
neque iste psalmus mentitus
est neque propheta qui hoc dicit
multis increpationibus suarum locis
habuisse vero ista consuetu-
dinem gentium nec eorum littere.
Sed quid est quod sequitur. Et
interfecta est terra in sanguinibus
eius. Putaremus eam scriptorum
errorem eumque diceremus pro eo
quod est interfecta fecisse in-
fecta nisi haberemus beneficium
dei qui scripturas suas in multis
linguis esse voluit atque ita
esse scriptum interfecta est terra
in sanguinibus in plerisque grecis
codicibus videremus. Quid
est ergo interfecta est terra nisi
hoc referatur ad homines qui
habitabant in terra tropica locutio-
ne qua significatur per id quod con-
tinet id quod continetur. Sicut
dicimus malam domum in qua
mali habitant et bonam in qua
boni. Ipsi namque interficiebant
animas suas immolando filios

suos et effundendo sanguinem par-
vulorum a consensione illius sce-
leris alienorum. Unde dictum est
Effuderunt sanguinem innocentem.
Ergo interfecta est in sanguinem.
Et contaminata est in operibus
eorum. Id ipsi interfecti sunt et
contaminati in operibus suis. Et
fornicati sunt in adinventionibus
suis. Has dicit adinventiones
quas greci Enyonenema-
ta vocant. Nam hoc verbum
est in codicibus grecis et hoc
loco et superius ubi dictum est irri-
taverunt eum in adinventionibus
suis. Cum et illic et hic eas
dicat adinventiones in quibus
alios imitati sunt. Videntur itaque
sic dictas arbitremur adinven-
tiones quasi ab ipsis institutas
nullo malis precedente quod
imitarentur exemplo. Unde alii
interpretes nostri non adinven-
tiones sed studia. Alii vero
affectiones vel affectationes.
Alii voluntates dicere malue-
runt et ideo ipsi qui dixerunt
adinventiones alio loco studia
posuerunt. Hoc commemorare
volui ne questionem faceret
nomen adinventionis in ea
re quam non a se ipsis exco-
gitaverunt sed alios imitati
sunt. Et iratus est furore dominus
in populum suum. Voluerunt quidam
interpretes nostri iram pone-
re quod grecus habet.
Sed quidam iram posuerunt
quidam vero indignationem
quidam animum interpretati sunt.
Quodlibet autem horum dicatur
perturbatio non cadit in deum
sed de consuetudine translatum

potentia vindicandi habet nomen
accepit. Et abhominatus est
hereditatem suam. Et tradidit
eos in manus gentium et domina
ti sunt eorum qui oderunt eos
et tribulaverunt eos inimici eorum
et humiliati sunt sub manibus
eorum. Cum autem eos hereditatem
dei vocaverit manifestum est
quod non ad perditionem sed ad di
sciplinam eos abhominatus est
et tradidit in manus inimicorum.
Deinde sequitur: Sepe liberavit
eos. Ipsi autem exacerbaverunt eum
in consilio suo hoc est quod superius
ait non sustinuerunt consilium
eius. Perniciosum autem est con
silium hominis ipsi homini qui que
rit que sua sunt non que dei.
Sunt in magna hereditate quod ipse no
bis est cum ad fruendum se
prebere dignatur nullas patie
mur cum sanctis societatis
angustias dilectione rei inte
quasi privatae. Gloriosissima
quippe illa civitas adepta pro
missam hereditatem in qua nul
lus morietur nullus orietur non
habebit cives qui singuli gau
deant suis rebus quia deus
erit omnia in omnibus. Cuius
societatem quisquis in hac
peregrinatione fideliter et flagranter
desideraverit assuescit privatae
preferre communia non sua que
rendo sed que ihesu christi ne
sibi sapiens et sibi consulens
exacerbet deum consilio suo
sed sperans quod non videt non
festinet fieri deceptus que videntur
beatus atque illud etiam quod
non videtur patienter expectans
eius in promissionibus sequatur

consilium cuius in temptationibus
precatur auxilium. Ita erit et
humilis in confessionibus suis ne
fiat similis istorum de quibus dicitur
et humiliati sunt in iniquitatibus
suis. Deus tamen plenus miseri
cordia non neglexit eos. Et vidit
cum tribularentur cum audiret
orationem eorum. Et memor fuit
testamenti sui et penituit eum
secundum multitudinem misericordie sue.
Penituit dixit quia mutavit
quod eos perditurus videbatur. Et
apud deum quidem disposita
et fixa sunt omnia nec aliud
facit quasi consilio repentino
quod non ex eternitate se esse facturum
presciuit sed in creatura temporalibus
motibus quam gubernat im
mutabiliter ipse non temporaliter motus
quasi repentina voluntate
facere dicitur quod ordinatis
rerum causis consilii sui certis
sime in mutabilitate dispo
suit qua suis queque temporibus ag
ita et presentia facit et futura iam
fecit. Et adhuc quis idoneus
Audiamus itaque scripturam hu
militer excelsa dicentem cum
et parvulis nutriendis commo
da porrigit et maioribus
exercendis prestruendo proponit.
Et vidit cum tribularentur cum
audiret orationem eorum. Et me
mor fuit testamenti sui utique
testamenti eterni quod disposuit
ad abraham non veteris quod abo
letur sed novi quod etiam in vetere
absconditur. Et penituit eum
secundum multitudinem misericordie sue
hoc fecit quod disposuerat sed
contribulatis et orantibus
se id concessurum esse presciuerat

quod et ipsa ord eorum cum ad
huc non esset sed futura esset
dum procul dubio Et dedit eos
in manus ut essent in vasa ire
sed vasa irae Ideo autem puto
pluraliter manus dictas in quas
eos dedit quia unusquisque
proprium est donum ex deo Alius
sic Alius autem sic dedit autem
eos in manus Intende in conspectu omnium
qui ceperant eos age nunc quibus
quibus haec legis et gratiam dei
qua inestimabilem virtutem per dominum
nostrum ihesum christum redimimur
legendo legendo in apostolicas
litteras propheticas autem scrutando
do agnoscis et vetus testamentum
in novo revelatum in vetere
novum velatum vides recole
quem dixit apostolus paulus
principem potestatis aeris qui
operatur in filiis infidelitatis
et illud ubi ait de quibusdam
ut resipiscant de diaboli laqueis
captivati ab ipso secundum ipsius
voluntatem et verba domini ihesu
christi ubi enim expellens de fi
delium cordibus ait nunc princeps
huius mundi missus est foras
et ipsius eiusdem apostoli dicentis
Qui eruit nos de potestate tene
brarum et transtulit in regnum fi
lii claritatis suae Hec atque hui
rocinatus intende animum
et in illas veteris testamenti
et inde quid cantatur in eo psalmo
cuius est titulus quando domus
edificabatur post captivitatem
Ibi enim dicitur Cantate domino
canticum novum et ne existimes
ad iudeorum populum tantummodo pertinere
Cantate inquit domino omnis terra
cantate domino benedicite nomini
eius annunciate vel potius bene
nunciate primo ut ipsum verbum
quod in greco positum est
transferam evangelizate diem ex
die salutare eius hinc enim
evangelium nuncupatum est in quo
annunciatur dies ex die dominus vel
lumen ex lumine filius ex patre
hoc est enim et salutare eius
qui salutare dei christus est sicut
superius iam demonstravimus Ad
nunciate in gentibus gloriam eius
in omnibus populis mirabilia eius
quoniam magnus dominus et lauda
bilis nimis vel valde terribilis
est super omnes deos quoniam omnes
dii gentium demonia Isti ergo
inimici cum rege suo dyabolo
captivum tenebant populum dei
de qua captivitate ad redimi
mur et princeps huius mundi
foras et edificatur domus
post captivitatem cuius lapis
angularis est christus qui duos
condidit in se in unum novum
hominem faciens pacem qua
dies ex die veniens evange
lizavit eis qui erant prope et
eis qui erant longe faciens
utraque unum et adducens alias
oves que non erant ex hoc ovili ut
sit unus grex et unus pastor
Ita dedit deus in manus prede
stinatos suos quia non volentis
neque currentis sed miserentis
est dei Intende in conspectu omnium qui
ceperant eos Hii ergo inimici diaboli
et angeli eius captivaverunt
predestinatos in dei regnum et
gloriam A redemptore autem no
stro foras missi qui dudum
infidelibus solebant intrinsecus
eius fideles oppugnant extrinsecus

Sed oppugnant non expugnant
eos qui apprehendunt tunc virtutem
fortitudinis a facie inimici
Et autem oppugnent sentiunt
in nobis esse infirmitatis
reliquias propter quas dicimus
ne nos inferas in temptationem
sed libera nos a malo Hiis ita
quasi inimicis eiectis perficiat dominus
operibus sanitates in corpore cuius
caput est ipse salvator corporis
ut in eo ipso corpore suo
compleverit Sic enim dixit Ecce
eicio demonia et sanitates
perficio hodie et cras et tercia
consummor id est perficior occur-
rentibus omnibus nobis in virum
perfectum in mensuram etatis ple-
nitudinis christi Itaque eiectis
demoniis a quibus captivi
tenebantur perficit sanitates
Ideo et hic cum dixisset Et
dedit eos in iras inimicorum spiritualium eorum
eorum qui ceperant eos tamquam
eiectis demoniis qui ceperant
fit oratio ut perficiat sanitates
Salvos fac nos domine deus noster
et congrega nos de nationibus
vel sicut alii codices habent
de gentibus Ut confiteamur
nomini sancto tuo et gloriamur
in laude tua Deinde breviter
subiecit ipsam laudem Benedic-
tus dominus deus israel a seculo
et usque in seculum Quod intel-
ligimus ab eterno et usque in eternum
quia sine fine laudabitur
a beis de quibus dicitur Beati
qui habitant in domo tua in
secula seculorum laudabunt
te Ipsa est etiam consummacio
corporis christi eiectis demo-
niis et perfectis sanitatibus
usque ad ipsius corporis immor-
talitatem regnum sempiternum
perfecte laudancium quia perfecte
amancium quia facie ad faciem
contemplancium Tunc enim
perficietur quod in primordio
psalmi huius oratum est Memen-
to nostri domine in beneplacito
populi tui visita nos in salutari
tuo ad videndum in bonitate
electorum tuorum ad letandum in le-
ticia gentis tue ut lauderis
cum hereditate tua Non enim
de gentibus solas congregat
oves que perierunt domus israel
sed illas etiam que non sunt
de illo ovili ut sit unus grex
ut dictum est et unus pastor
Iudei non computant ad summum
regnum invisibile ista pertinere
presciam quia spe in visibilium
bonorum gaudere in
laqueos illius ruituri sunt
de quo dominus ait Ego veni in
nomine patris mei et non
suscepistis me Alius veniet
in nomine suo hunc suscipietis
de quo paulus apostolus dicit
quia revelabitur homo peccati
filius interitus qui adversatur
et extollitur supra omne quod
dicitur deus aut quod colitur
ita ut in templo dei sedeat
ostendens se tamquam sit deus
Et paulo post Tunc revela-
bitur inquit iniquus quem dominus
ihesus interficiet spiritu oris sui
et evacuabit illuminatione presen-
cie sue eum cuius est presencia secundum
operacionem sathane in omni
virtute et signis et prodigiis
mendacibus et omni seduc-
cione iniquitatis hiis qui pereunt

pro eo quod dilectionem veritatis
non receperunt ut salvi fierent
et ideo mittet illis deus ope-
rationem erroris ut credant
mendacio et iudicentur omnes
qui non crediderunt veritati sed
sed consenserunt iniquitati
pristinam refugam pristinam qui
se extollet super omne quod dici-
tur deus et quod colitur videtur
michi populum israhelitarum carna-
lium putatorum impleri istam
prophetiam qua dictum est salvos
nos fac domine deus noster et con-
grega nos de gentibus quod
illo duce velint in conspectu
inimicorum suorum visibilium qui
eos visibiliter captivaverunt
situm sunt visibile gloriam Di-
credant mendacio quia dilec-
tionem veritatis non receperunt
Non bona carnalia sed spiritua-
lia concupiscent Sic enim
a dyabolo decepti sunt ut
occiderent christum quando dixe-
runt Si dimittemus eum sic
omnes credent in eum et venient
romani et tollent nostrum locum
et gentem quando cayphas huius
operis cum esset pontifex anni
illius dixit eis vos nescitis
quidquam nec cogitatis quia
expedit vobis ut unus homo
moriatur pro populo et non tota
gens pereat Hoc autem sicut ewan-
gelista intellexit non a se ipso
dixit sed cum esset pontifex
anni illius prophetavit quod ihesus
moriturus erat pro gente et
non tantum pro gente idest pro omnibus
que perierant domus israhel
sed ut filios dei qui erant
dispersi congregaret in unum habe-
bant enim alias oves que non
erant de illo ovili Istas dixi
alias istas oves ecclesie israhelitas
et de gentibus dyabolus et eius
angeli captivaverat Expul-
so itaque ab eis dyabolo ...
in conspectu malignorum spirituum
qui eas captivaverat ut sal-
ventur et proficiant ... nunc
earum est in prophetia Salvos nos fac
domine deus noster et congrega
nos de gentibus Non sicut per
antichristum complere existimant
iudei sed per christum dominum nostrum
Benedicite in nomine patris sui
diem ex die salutare eius de
quo et hic dictum est visita nos
in salutari tuo Et dicet omnis
iste populus predestinatorum dei
canticum et ... gentis
sancta populus mali operatione
fiat fiat Amen Explicit
de psalmo centesimo quinto
Incipit tractatus de psalmo
centesimo sexto ...
Psalmus iste misericordias
... dei commendat nobis
probatas in nobis et ideo
... est dulcior et mirum
... potius suavius esse cuilibet
... illi qui quod in isto can-
dit ... Non tamen
anni ... de duobus sed
populo dei conscriptus est et ad
se agnoscendum tamquam
in speculo propositus cuius titu-
lus nunc tractandus est Est
enim alleluia et bis alleluia quod
nobis cantare isto tempore
sollempniter mos est secundum
antiquam ecclesie traditionem
neque enim et hic prius ... certis
certis diebus cantamus

alla Certis quid diebus cantamus sed omni die cogitamus Si cum hoc vbo significatur laus dei et si illo in ore tamus certe in ore cordis semp laus eius in ore meo Quod aut non semel sed bis sit alla titulus iste non huic psalmo p̄fixum est sed et alius superior sic habet et quantum apparet ex eius textu tantatus est ille de populo isrl̄ Cantatur aut iste de vniūsa ecc̄a dei diffusa toto orbe terraȝ forte non in nullo bis habet alla propter quod clamamus abba pr̄ tum aliud nichil sit abba quam pater non tamen frustra dixit aplus in quo clamamus abba pater nisi quia vnus quid pariens venientis ad lapidem angularē clamat abba alius ex alio latere clamat pr̄ In illo vtique lapide angulari qui est pax nr̄a qui fecit vtraque vnum videamus ergo hic quid amone amur et vnde confitemur et vnde gemamus et vnde auxilium postulemus vnde despēamus et vnde nobis subveniat quid sumus p nos quid p gratiaȝ dei quo mitt superbia contrā ut illius gratia glorificemur Dimittis hom qd dicturus sum si fieri pt occurrat in spe loquor aut hominibus qui ambulant viam dei et constituti sunt in aliquo pfectu spūali vnde si qui forte propter hoc minime intelligunt subveniant vbi sunt et proficiendo ad intellectum festinent Non aute

arbitror desitur demum conatum meum ut ad omnes pveniat qd loquimur siue cooptes siue incooptes ut pti qui habent me xpi desiderent et omnis suauis sit disputatio mea que pt dominum suauis erit si dicta erit dicta aut erit si non in aure sed ab illo erit Incepit psalmus 106 psalmus

Confitemini dn̄o quoniam suauis est quoniam in sclm̄ mia eius hoc confitemini quoniam suauis ē Si gustastis confitemini Non pt aut confiteri qui gustare noluit vnde cum dicturus est suaue esse q nescit vos aut si gustastis quoniam suauis est dominus Confitemini domino quoniam suauis ȝ Si gustast' amicitate confessione victate Insclm cum mia eius id ȝ in eternum hic enim ita positum ȝ secundum quia et in nr̄is nullis scripture locis in sclm̄ idest q grece Eycaiwa dicit' in eternum intelligit' Neque enim mia eius ad tempus est et non in eternum tamen ideo sit sup homines hec eius mia ut viuant cum angelis in eternum Dicant qui redempti sunt a dn̄o Redemptus quid videtur et populus isrl̄ de terra egipti de manu inimici seruitutis ex laboribus infructuos et operibus litteris videamus videamus tamen vtrum ipsi sunt qui hec dicunt qui ab egipto liberati sunt a dn̄o Non ita est Sed qui sunt quos redemit de manu inimicoȝ ad huc pt quosque et illos accipe redemptos de manu inimicoȝ

hoc est egipciorum ipsa comprimat
quam sint ipsi quos hec vult
psalmus iste cantari De re-
gionibus congregauit eos Pos
sunt adhuc esse regiones
egipti multe cum eciam regio
nes diuerse prouincie sunt apte
dicatur Ab oriente et occasu
et ab aquilone et mari Istos
ergo iam redemptos intelligimus
in toto orbe terrarum populus
hic dei de magna eclata
egipto liberatus tamquam
per mare rubrum ducitur ut in
baptismo finiat inimicos
Sacramento enim tamquam
rubri maris baptismo salutis
xpi sanguine consecrato inse-
quentes egipcij peccata deleantur
et te euadente nullus qui
te premebat remanet inimicus
Isti ergo dicant hec et audiamus
iam fires quod dicatur iste populus
dei quod hic agatur in con
gregacione omnium gencium re
dempta per xpm nos quasi
finis contingunt hec que
cantantur in omnibus sed in sin
gulis quibusque credentibus
in populo aut illo aliter Totus
enim populus tota illa gens
ex semine abrahe secundum
carnem tota multitudo domus
israel semel educta est ex egip
to semel per rubrum mare duc
ta semel ad terram promissionis
perducta Simul enim omnes
erant in quibus hec contin
gebant hec autem in figura
contingebant in illis Scripta
sunt autem ad correpcionem
nostram in quos finis seculorum
obuenit Nos vero non simul
omnes sed paulatim sigillatim
qui credentes congregamur
in unam quandam ciuitatem et
in unum populum dei sed in uno
quoque nostrum eciam singula
contingunt hec que scripta sunt
contingunt in populo et enim
populus ex singulis hominibus
constat Unde quod ergo cum
loquitur agnoueris in mente quisquis
ex populo es noli cogitando
quasi remanere inter et putare
quod in populo te contingit
sed crede ista contingere aut
omnibus aut pre omnibus
que venit adhuc populum
et de manu inimicorum precio
suo sanguine redimuntur Repeti
turus est enim assidue quod
cantauimus modo Confite
antur domino misericordie
eius et mirabilia eius filijs
hominum Istos versus quantam ani
aduertere potui quod potestis
et nos quater repetistis In
quo nunc quantum deus adiu
uante sufficit valuimus signi
nobis quatuor quasdam tep
taciones ex quibus nos libe
rat cui confitentur sue mise
raciones Fac enim hominem
primo nichil querentem scil
vitam veterem seductoria
securitate viuentem nichil
putantem aliud esse post hanc
vitam quamque sumendam negli
gentem et socordem obriutam
torpentem illecebris mundi
et mortiferis delectacionibus
consopitum ut excitetur Iste
ad querendam graciam dei ut
fiat sollicitus ut tamquam
de sompnio emigret nomine

temptaciones [illegible]

manus dei cotetat cum Et
tamen a quo fit cotetatus ig-
norat Incipit autem iam esse
dei cum cognovit veritatis
fidem sed antequam cogno-
scat dolet civitatem suam Iube-
bit eum se mereri Vult cog-
noscere veritatem pulsat ubi
potest temptat quod potest
vagatur quia per famem car-
patur ipsius veritatis Prima
ergo temptacio est erroris et
famis ubi in hac temptacione
fatigatus coclamavit ad deum
perducatur ad viam fidei unde
incipiat pergere ad civitatem
quietis perducatur ergo ad christum
qui dixit Ego sum via Cum
ibi fuerit iam sciens quid
observare non nichil multum
sibi tribuendo et quasi de
suis viribus presumendo in-
cipit confligere velle contra
peccata et propter superbiam super-
Invenit ergo se religatum diffi-
cultatibus cupiditatum et non
posse viam propter compedes
ambulare Inclusum se sen-
tit difficultate viciorum et tam-
quam muro impossibilitatis erectis
portis et clausis qua evadat
ut recte vivat non invenit
Iam scit quomodo vivere debeat
Prius enim in errore erat et
fame veritatis paciebatur
Accepit autem iam cibum veritatis
et positus est in via Audit
nunc bene secundum quod nosti duca
eum in noveras quemadmodum
vinceres modo accepisti et non
sit Conatur non potest ligatum
se sentit et clamat ad deum
2 Secunda ergo temptacio est difficul-
tas in bene operando Prius illa
prima erroris et famis Secunda
nunc et in hac ad deum liberat
deus de necessitatibus et rumpit
vincula difficultatum et statuit
in operacione equitatis Incipit
ei iam facile esse quod difficile
fuerit abstinere a malis non
adulterare non adulterare non
furtum facere non homicidium
non sacrilegium non alienum con-
cupiscere facta est facilitas que
fuerat antea difficultas Po-
tuit dominus hoc sine difficul-
tate prestare Sed si hoc sine
difficultate sciremus largitorem
huius boni non agnosceremus Si
enim primitus cum vellet posset
et non sentiret adversus se
obnitentes cupiditates nec
vinculis suis gravata anima
colliderentur suis viribus tri-
bueret quod se posse sentiret et
non confiteretur dona miseracionis
eius post has duas temptaciones
primam erroris atque inopie
veritatis Secundam difficultatis
bene operandi tercia temptacio oc- 3
cupat hominem Et loquor qui
iam vicit has duas viam iste
dare fateor multis note sunt
Quibus enim negat se ab ignoran-
cia venisse ad veritatem ab erro-
re ad viam a fame sapiencie ad
verbum fidei Deinde multi
luctantur cum difficultatibus
viciorum suorum et adhuc consue-
tudine colligati gemunt tamquam
in clausura et compedibus
agnoscunt et istam temptacionem
quamvis iam dicant si forte
dicant Infelix homo quis me
liberabit de corpore mortis huius

Nam inde acerrima lucta.
Caro inquit concupiscit ad-
versus spiritum spiritus autem adversus
carnem ut non ea que vultis
faciatis. Inde qui iam est
adiutus gratia ut quemadmodum
voluit esse adulter et non
sit, quomodo noluit esse fur et non
sit et cetera illa omnia que
volunt homines vincere et sepe
implexi superantur ut clament
ad dominum et de necessitatibus
eorum eruat eos et inde libera-
ti confiteantur domino miseratio-
nes eius. Cumque quis ergo talis
est et evicit illas difficultates
et comprobabilis iam esse incipit
inter homines sine ulla querela
malorum morum, incipit tempta-
tione tercia tedii cuiusdam
in mora huius vite ita ut ali-
quem nec legere nec orare
delectet. Tercia temptatio
periculosior contraria. Prius enim
periclitabat fame postea fa-
stidio. Unde et hoc nisi de
quodam languore anime? Sa-
nus te adulterii nec
tamen delectat dei verbum.
Iam post periculum imperitie et
concupiscentie de quibus duobus
te evasisse letaris inde ne
tedium fastidiumque te necet.
Non est et ista levis temptatio.
Agnosce te in illa, conclama
ad dominum ut de necessitatibus tuis
et hic liberet te et de hac temp-
tatione liberatus cum fueris
confiteantur illi miserationes
eius. Liberatus autem ab errore,
liberatus a difficultate bene
operandi, liberatus tedio fasti-
dioque verbi dei fortassis dig-
natus eris cui prius committatur
constituaris in gubernaculis na-
vis rectorum ecclesiam ibi quarta
temptatio. Tempestates maris
quatientes ecclesiam turbant
gubernatorem. Denique tres illas
temptationes experiri potest
omnis prius fidelis in populo dei.
Quarta ista nostra est. Quanto enim
plus honoremur tanto plus peri-
clitamur. Metuendum est ne
vincat aliquem nostrum periculum
erroris. Metuendum est ne vin-
cat unumquemque cupiditas
sua, eligat eam sequi quam
cum difficultatibus conclamare
ad dominum. Metuendum est ne
unusquisque nostrum minime sapiat
verbum dei et fastidio moriatur.
Temptatio vero gubernandi,
temptatio periculorum in regenda
ecclesia nos potissimum tangit.
Sed quod et vos aliquando, si enim
navis tota periclitabatur.
Quod ideo dixi ne hac quarta
temptatione tamquam nostra propria
minus solliciti sitis et prius
minus oretis. Quid enim fit si
quia ad eadem gubernacula non
sedetis, non in eadem navi navi-
gatis? Nam nos primo naviga-
tis. Post has quatuor temp-
tationes, quatuor conclama-
tiones, quatuor liberationes,
quatuor miserationum divinarum
confessiones generaliter in hac
consequenter ipsa commendatur
ecclesia ut evidentissime noverimus
de qua psalmus ab exordio
loquebatur. Commendat autem
ita ut nobis in omnibus dei
gratia predicetur qui superbis re-
sistit humilibus autem dat gratiam

Quia ideo ille venit ut qui
non vident videant et qui vi-
dent ceci fiant quia omnis val-
lis implebitur et omnis mons et
collis humiliabitur. Hec commen-
data dicit aliquid quod etiam de
heresibus intelligatur quibus tan-
quam civilibus bellis quatitur ecclesia
et concludit psalmus quem
iam exposui brevius fortasse
quam putabatis. Verum tamen
adeo me istum totum psalmum
aliquantum plenius exposuisse
arbitror ut iam officium ame
non expectetis disputatoris sed
pene lectoris si teneatis que
dixi posita enim sunt ante
vestros oculos constituta. Sed
ut melius commendentur breviter
replicentur. Prima temptatio
erroris ex   Ubi Secunda
difficultas vincendarum con-
cupiarum. Tercia tedii atque fasti-
dii. Quarta tempestatis et
periculorum in gubernandis ecclesiis.
Et ex hiis omnibus exclama-
tiones liberationes et mise-
rationum dei confessiones ad
extremum ipsius ecclesie fit co-
mmendatio que sterilis facta est
per gratiam dei non penitus sine
et commemoratur inimicorum afflic-
tio propter superbiam. Quibus
extinctis erecta est ecclesia
et propter insidias quasdam di-
minutionis abiectionis et de-
trimentorum quodammodo do-
mesticorum et ex hiis tota ecclesia
Divina beneficia et psalmi con-
clusio legamus magis quam
disseramus. Dicant qui redemp-
ti sunt a domino quos redemit
de manu inimicorum de regionibus

congregavit eos ab oriente
et occasu et aquilone et mari.
Erraverunt in solitudine in sic-
citate viam civitatis habitacio-
nis non invenerunt. Errorem mira-
bilem audivimus. Quid de in-
opia? Esurientes et sicientes
anima eorum in ipsis defecit. Sed
quare defecit? Cum bono ideo
est crudelis est deus sed se
commendat quod expedit nobis
ut nobis deficientibus roget
et subveniens ametur. Et ideo
post hunc errorem et famem
et sitim. Et clamaverunt ad do-
minum cum tribularentur et de
necessitatibus eorum eruit eos.
Et quid illis prestitit quia er-
rabant? Et duxit in viam rec-
tam viam civitatis habitationis
non inveniebant et fame et
siti estuabant et deficiebant.
Et deduxit eos in viam recta
ut irent in civitatem habitationis.
Quomodo subvenerit fame et siti
nondum dicit. Sed et hoc ex-
pectate. Confiteantur domino
miserationes eius et mirabilia
eius filiis hominum. Dicite
experti inopes iam in via po-
sita iam ad civitatem invenien-
dam directa iam de inopia fa-
me et siti liberata. Quia satia-
vit inanem et animam esuri-
entem implevit bonis. Vide
ergo hec iam in via posita
iam audisti quid agere debeat
quid sperare. Quid aliud ex-
tipis quam conari et sperare.
Sedentes in tenebris et um-
bra mortis compeditos in
mendicitate et inferro. Unde
hoc nisi quia tibi tenebas

quia gratiam dei non agnoscebas
quia consilium domini circa te
reprobabas Iram inde quid ad
iungat ¶ Quia amaricaverunt elo
quia domini per superbiam iusticiam
dei nescientes et suam volen
tes eorum statuere Et consilium
altissimi exacerbaverunt et humilia
tum est in laboribus cor eorum
sume pugnam contra concupis
centias desistente ab adiutorio
laborare potes vincere non
potes Et cum fueris pressus
consuetudine tua prava
humiliabitur cor tuum in laboribus
ut iam humiliato corde di
cas clamare Infelix homo
quis me liberabit de corpore
mortis huius Humiliatum ergo
est in laboribus cor eorum
Infirmati sunt nec fuit qui
adiuvaret eos Quid ergo re
stat nisi quaerere sic Si enim
data esset lex que posset vi
vificare omnino ex lege esset
iusticia Sed conclusit scriptura
omnia sub peccato ut promissio
ex fide ihesu christi daretur creden
tibus lex subintravit ut
habundaret delictum accepisti
verbum accepisti preceptum nec
desinis facere quod malefacie
bas et accepto precepto auges
peccata per prevaricationem super
bie Si te ignorabas vel despe
te humiliatus clamabis a
necessitate liberaberis liberatus
miserationes domini confiteberis
¶ Et exclamaverunt ad dominum
cum tribularentur de neces
sitatibus eorum salvos fecit eos
liberati sunt de secunda tempta
tione Restat tedium atque fastidium

Sed primo quid istis prestitit
liberator inde ¶ Et eduxit eos
de tenebris et umbra mortis
et vincula eorum disrupit Con
fiteantur domino misericordie eius
et mirabilia eius filiis homi
num Quare Quas difficultates
vicit quia contrivit portas
ereas et vectes ferreos con
fregit Suscepit eos de via
iniquitatis eorum propter iniusti
cias enim suas humiliati sunt
quia sibi tribuebant non deo
quia suam iusticiam consti
tuebant ignorantes dei
iusticiam humiliati sunt ut vide
rent se non posse sine eius
adiutorio qui de suis solis
viribus presumebant Sed quod
aliud genus restat ¶ Omnem
escam abhominata est anima
eorum Iam fastidium patiuntur
fastidio periclitantur nisi for
te putas occidi eos fame
potuisse et non posse fastidio
inde quid sequatur Cum di
xisset omnem escam abho
minata est anima eorum
ne quasi eos putares de
sanctitate securos non magis
caderes de fastidio morien
tes ¶ Et appropinquaverunt
usque ad portas mortis Quid
ergo restat ut et quod te de
lectat verbum dei non tibi
tribuas neque hinc aliquando
inflaris de arrogancia et
invidus tibi in eos qui fa
stidio periclitantur superbe insul
tes Intellige etiam tibi presti
tum esse hoc non a te tibi esse
Quid enim habes quod non
accepisti hic ergo intelligens

et hoc inicio atque langore pericli-
tantis fac quod sequitur. Et cla-
clamauerunt ad dominum cum tribu-
larentur et de necessitatibus
eorum liberauit eos. Et quia
langor erat non delectari,
Misit verbum suum et sanauit
eos. Vide quid mali habeat
fastidium vide unde liberat
ille ad quem clamat fastidiens
Misit verbum suum et sanauit
eos et eripuit. Unde errore
non de fame non de difficul-
tate comedendi peccata sed de
corruptela eorum. Unde autem
corruptela mentis est fastidi-
re quod dulce est ergo et de
hoc vicio sicut de ceteris
superioribus. Confiteantur
domino miseraciones eius et
mirabilia eius filiis hominum
Et sacrificent sacrificium lau-
dis iam enim ut laudetur in-
spiatus est dominus. Et annunciat
opera eius in exultatione, non
cum tedio non cum errore non
cum anxietate non cum fa-
stidio sed in exultatione. Cer-
ta illa restat in qua omnes
periclitantur. Omnes enim in na-
ui sumus. Alii operantur alii por-
tantur simul tamen omnes et
in tempestate periclitantur et
in portu saluantur. Post hec
enim omnia sequitur. Qui de-
scendunt mare in nauibus
facientes in aquis multis
idest in populis multis aquas
sepe pro populis ponit. Testis est
apocalipsis Johannis ubi cum dixit
Johannes quid ille aque essent
et responsum est ei populi sunt. Qui
ergo faciunt operacionem in aquis

Ipsi viderunt opera domini et mi-
rabilia eius in profundo. Quid
enim profundius cordibus huma-
nis. Inde plerumque venti erum-
punt tempestates sedicionum
et dissensionum nauem pertur-
bant et quid agitur? Numquid
nolens deus ut ad eum cla-
ment et hii qui gubernant
et hii qui portantur. Dixit
et stetit spiritus procelle. Quid
est stetit permansit perdurat
adhuc turbat dum iactat
fuit et non transit. Dixit et
stetit spiritus procelle. Et quid
egit iste spiritus procelle. Exal-
tati sunt fluctus eius ascen-
dunt usque ad celos et descen-
dunt usque in abyssos. Foris
pugne intus timores. Anima
eorum in malis tabescebat. Tur-
bati sunt et moti sunt sicut
ebrius. Qui sedent ad guber-
nacula et qui fideliter nauem
amant senciunt quod dico tur-
bati sunt et moti sunt sicut
ebrius. Certe qui locuntur
qui legunt quando tractant
sapientes apparent ne a tempe-
state. Et omnis inquit sapiencia
eorum absorpta est. Aliquando defi-
ciunt omnia humana consilia
quocumque se quisque conuerterit
fluctus fremunt tempestas
seuit brachia deficiunt. Quis
ura impingat? Cui fluctui
latus non detur quo nauis
impulsa non dimittatur aquis
saxis ne pereat ne referiret
omnis artificibus non videtur.
Et quid restat nisi quod sequitur.
Et clamauerunt ad dominum cum
tribularentur et de necessitatibus

corum eduxit eos et imperavit
procelle et stetit in auram. Non
stetit in tempestate sed in aura
et siluerunt fluctus eius. Au-
dite de hac re cuiusdam vocem
gubernatoris periclitati humiliati
liberati. Nolo, inquit, vos
ignorare fratres de pressura nostra
que facta est in Asia, quia
supra vires et supra modum gra-
vati sumus. Vide omnem sapientiam
eius absorptam, ita ut crederet
nos, inquit, esse victuros. Et quia
ille ita deficientes desperaverant
aut non sperabant, illi defecerunt
ut ille apud eos gloriam repe-
riret. Denique quid sequitur:
Sed ipsi in nobismetipsis re-
sponsum mortis habuimus, ut non fi-
dentes in nobis simus sed
in deo qui suscitat mortuos.
Et imperavit procelle et stetit
in auram. Iam illi desperaverant, apud
se responsum mortis habuerant,
quorum omnis sapientia absorpta
erat. Et siluerunt fluctus
eius et iocundati sunt quia
siluerunt et deduxit eos in
portum voluntatis eorum.
Confiteantur domino misericordie
eius. Ubique omnia ubique
confiteantur domino, non merita
non vires mee, non prospera
merita, sed misericordie eius.
Ubique omnia ubique confiteantur
domino. Ille auctor in omni tri-
bulatione nostra qui est adiu-
torius in omni nostra tribulatione.
Confiteantur domino misericordie
eius et mirabilia eius filiis
hominum. Et videte unde dicat,
unde ista omnia probatus sit
et unde hec omnia mirantur

ubi agantur hec. Et exaltent
eum in ecclesia plebis et in cathedra
seniorum laudent eum. Exaltent
eum, hoc est laudent eum, et
laudent eum, hoc est exaltent
eum. Exaltent laudent plebs
et seniores, negotiatores et
gubernatores. Unde eam fecit
in ecclesia, quid constituit, unde
illa meruit. Unde ei prestitit.
Quemadmodum resistat superbis,
humilibus autem gratiam dedit. Super-
bis filiis, primo populo iudeorum
arrogante et extollente se
de genere abrahe, et quia illi credita
sunt credita eloquia dei non
enim hec valebant ad sanitatem
sed ad exaltationem cordis,
ad tumorem potius quam ad
magnitudinem. Unde ergo fecit
deus superbis resistens humili-
bus dans gratiam, ramos na-
turales propter superbiam amputat,
oleastrum propter humilitatem inse-
rens. Unde fecit deus, audite
hec duo. Deus primo quemad-
modum superbis resistat, deinde
quemadmodum humilibus det
gratiam. Posuit flumina in desertum.
Currebant aque, currebant
prophetie. Queris nunc apud iudeos
prophetam, non invenimus. Posuit
ergo flumina in desertum et exitus
aquarum in sitim. Posuit flumina
in desertum. Dicant iam non
est propheta et nos non cognos-
cet amplius. Posuit flumina
in desertum et exitus aquarum
in sitim. Terram fructiferam
in salsuginem. Queris ibi fidem
Christi, non invenimus. Queris prophetam
et non invenimus. Queris sacerdo-
tem, non invenimus. Queris sacrificium

nō inuenis. Queris templum
nō inuenis. Queris altare hic crima
posuit flumina in desertum et exi
tus aquarum in sitim terram fruc
tiferam in salsuginem. Queris multo
uide amalicia inhabitancium
in ea. Ecce quomodo superbis resistit
Audi quomodo humilibus dat graciam.
Posuit desertum in stagna a
quarum et terram sine aqua
et habitare fecit illic esurien
tes. Scitum illi deum et tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem
melchisedech. Queris enim
sacrificium apud iudeos nō
habes secundum ordinem aaron qui
posuit flumina in desertum. Que
ris secundum ordinem melchise
dech apud illos nō inuenis
sed per totum orbem celebratur
in ecclesia a solis ortu usque ad
occasum laudatur nomen domini.
Et dicit illis deus quorum flu
mina posuit in desertum. Non
est michi voluntas in vobis
dicit dominus nec accipiam sacri
ficium de manibus vestris. Quia
ab ortu solis usque ad occasum
sacrificium mundum offertur
nomini meo. Ubi erant omnia
inmunda sacrificia quasi deserta
erant quando squalebant. Quando
salme erant omnes gentes
ibi nunc fontes ibi nunc flumina
ibi nunc stagna aquarum et exi
tus aquarum. Ergo superbis resi
stit humilibus autem dat graciam.
Et habitare fecit illic esurientes
quia edent pauperes et satura
buntur. Et constituerunt ciuita
tem habitacionis. Ipsum habitacu
lum ipse. Quomodo qui me audit
inquit habitabit in spe. Et con

stituerunt ciuitatem habitacionis.
Et seminauerunt agros et plan
tauerunt vineas et fecerunt fruc
tum frumenti. Atque grandis
operarius ille qui dicit Non
quia quero datum sed quero
fructum. Et benedixit eos et
multiplicati sunt nimis et iu
menta eorum nō sunt minorata.
Hoc stat firmum cum fundamentum
dei stat quia nouit dominus qui
sunt eius. Iumenta et pecora
dicuntur in ecclesia simpliciter ambu
lancia sed utilia nō multum
docta sed fide plena. Ergo
et spirituales et carnales benedi
xit eos et multiplicati sunt
nimis et iumenta eorum nō sunt
diminuta. Et pauci facti sunt
unde hoc decursis prius de
intus. Et cum pauci fierent
ex nobis exierunt sed nō erant
ex nobis. Ideo autem tamquam
de his dicit de quibus antea
loquebatur. Verum intellectu
distinguuntur quia tamquam de hiis
loquitur propter quemnam sacrificia
ad apostolum enim dei pertinent et
si nō peruenerunt certe profecerunt
pietatis. De illis enim audimus
apostolum. In nouissimis temporibus
instabunt tempora periculosa. Erunt
enim homines seipsos amantes.
Primum malum seipsos amantes
utique sibi placentes. Utinam
nō sibi placerent et deo pla
cerent. Utinam in difficultatibus unitas
exclamarent et angustiis
liberarentur. Sed multum de
se presumentes pauci facti sunt.
Manifestum est fratres quomodo se
diuidunt ab unitate pauci fi
unt. Multi cum sunt in unitate

dum non sunt separati abscondi-
te. Cum enim cepit ad eos non
pertinere multitudo civitatis
inhesit et insinuare pauci
sunt. Et pauci facti sunt et ve-
xati sunt a tribulacione malorum
et dolore. Effusus est contemptus
super principes. Vexati enim sunt
a gracia dei et magis quia
principes esse volunt. Ideo con-
tempti sunt et facti sunt sal
infatuatum et proiectum foras.
Ideo conculcatur ab hominibus.
Effusus est contemptus super prin-
cipes. Et seduxit eos in invio
et non in via. Illi superbi via
illi ad civitatem ducti denique
ducti non seducti. Isti autem
in inviis seducti. Quid est se-
duxit eos? Tradidit eos in
concupiscentia cordis eorum. Hoc est
enim seduxit donavit illos
sibi. Iram apostoli si queritis ipse
se seducit. Qui enim putat
se aliquid seipsum seducit. Quid
est ergo seduxit eos? Dimisit
eos in inviis et non in via. Quis
enim sunt invia? homines qui
preceptum tenent et totum religionis.
Quis in via? Que est enim via
aut ubi agnoscitur via? Deus
inquit misereatur nostri et bene-
dicat nos illuminet vultum suum
super nos ut cognoscamus in terra
viam tuam. Propria terra? In omnibus
gentibus salutare tuum. Usque
tales ut minuantur ut pauci
fiant. Hinc exeunt a multitu-
dine civitatis omnis exierunt. Sicut
et paulo ante commemoravi
dictum de illis: Ex nobis exierunt
sed non fuerunt ex nobis. Si enim
ex nobis fuissent permansissent

utique nobiscum. Sed si forte e-
tiam sunt in occulta providencia di-
vine est ut redeant. Quam
multi non nostri adhuc quasi
intus et quam multi nostri ad-
huc quasi foris. Novit dominus
qui sunt eius. Et illi non nostri
qui sunt intus quando occasio-
nes invenerint exeunt et illi
nostri qui foris sunt quando occa-
siones invenerint redeunt.
Illud quod accipite quod novit deus
solum. Hoc seduxit eos in inviis
et non in via. Et quid de illis
fecit quod dixi separavit quod attente
audiatis. Potuit illos pati
intus semper sed nos de illis
non perficeremus. Cum autem separati
sunt et per questiones malignas
inquietant nos, propositum est
nobis ex illis et inquisicionis
studium et timoris exemplum.
Unusquisque tremit cum alterum
videt ex ipso tamquam ex illis
exitu dicatur illi. Quapropter
qui se putat stare videat
ne cadat. Prosunt ergo qui exeu-
nt. Nam si intus essent et
tam mali essent nichil de
illis proficeret. Quid de illis
dictum est in quodam psalmo?
Congregacio taurorum id est doc-
torum et superborum. Congregacio
taurorum in vaccis populorum. Vac-
cas dicit seductiles animas
que facile cum sequuntur sedu-
cuntur tanti? Sed quare hoc
ut excludant eos qui probati
sunt argento. Quid est ut
excludantur ut appareant ut
emineant illi qui sunt probati
eloquio dei. Cum enim viderit
hereticos ex veritate edificantur.

catholica cum utilitate. Nam
quam plane paulus compressit
Oportet inquit hereses esse ut
qui probati sunt manifesti fiant
in nobis. Oportet et tirannos
se dicentes esse ut qui probati
sunt argento manifesti fiant
hoc est concludantur. Quid est
argento probati? eloquia domini
eloquia casta argentum igne
examinatum probatum terre pur
gatum septuplum. Quicunque sunt
probati in hoc argento id est
in eloquio quod dum non possunt
plene exire hoc argentum
inter questionibus inquietati
hereticorum. Et hic attendite quia
non permissum est. Ecce effusus
est contemptus est super principes
super illos tirannos. Scilicet con
tempti sunt aliud annunciantes
quod sunt contempti anathema.
Cumque ipsius eum annunciant nobis
preter quam quod accepistis ana
thema sit. Quid tam contemptum
quam sal infatuatum quod
foras proiectum conculcatur. Vide
te si non principes sunt ipsi.
paulum audite licet si nos aut
angelus de celo evangeliza
verit nobis preter quam quod
accepistis anathema sit. Prin
cipes sunt docti sunt lapides
preciosi sunt. Quid ad hoc dic
turus est? Utique angeli
sunt et fame. Et si angelus
de celo nobis annunciaverit preter
quam quod accepistis anathema
sit. Nam et ipse diabolus
angelus de celo lapsus est.
Effusus est contemptus super
principes. ¶ Et adiuvit pauperem
a mendicitate. Quid est fines

Contempti sunt principes et
adiutus est pauperem. Abiecti
sunt superbi et instructus est
humilis. Hoc fecit et hoc facit
et hoc faciendo adiuvit pa
uperem a mendicitate. Mendicus
ille est nichil sibi tribuens
totum de misericordia dei expectans
ante ianuam dominicam cottidie
clamat pulsans et aperiatur
ei nudus et tremens ut ve
stiatur oculos ad terram demitt
ens et pectus tundens. Istum
humilem hunc pauperem hunc
mendicum adiuvit deus plu
rimum etiam de ipsa separatione
hereticorum qui pauci facti sunt
et vexati sunt et seducti sunt
in invio et non in via. Denique
quid postea de illis de minimo
reductis paucis factis vexatis
et adiuto paupere quid fit.
¶ Et posuit sicut oves familias.
quasi unum pauperem et unum
mendicum intelligebat de quo
dixit. Et adiuvit pauperem
a mendicitate. pauper iste multe
familie sunt. pauper iste mul
te plebes sunt. multe ecclesie
una ecclesia una plebs una
familia una ovis est. Et po
suit sicut oves familias aug.
insita ista magna sancta
ecclesia fecunda plena iustorum
quam dulcis inventa quam
diu latentia. Ergo videbunt
recti et letabuntur et omnis
iniquitas oppilabit os suum.
Iniquitas illa garriens contra
veritatem et cogens manife
stari veritatem convicta oppilabit
os suum. ¶ Quis sapiens et cu
stodiet hec et intelliget misericordias

dni Videte quis sine clamat
Quis sapiens et custodiens
hec / qui custodit dictus est
sapiens id est qui pauper fit
custodit si non sit dives id est
non sit superbus non sit inflatus
custodit hec Quare cum custo-
dit hec quia intelliget mi-
serationes dni non vita sua
non dives suas non potencia
suam sed miserationes dni
qui errantem et gementem
in viam deduxit et pavit
qui pugnantem adversus diffi-
cultatem peccatorum et colli-
gatum vinculis consuetudinibus
solvit et liberavit qui fasti-
dientem verbum dei et tedio
quodam pene morientem mis-
sa medicina ubi sua revoca-
vit qui periclitantem inter
naufragia et procellosa dis- dissencia
sidia mare placato ad portum
perduxit qui cum denique con-
fiterant in eo populo ubi humilibus
dat graciam non in illo ubi
superbis resistit et fecit cum
fidem ut intus manens mul-
tiplicaret non ut foras con-
cius innumeret hoc videt
recti et iocundantur Omnis
ergo iniquitas oppilabit os suum
et sapiens qui est custodiet
hec Unde custodiet perfecti-
tatem intelligendo misera-
tiones dni quia ubique dum
est confiteantur dno misera-
tiones eius et mirabilia eius
filiis hominum Explicit de psalmo
centesimo sexto Incipit trac-
tatus de psalmo centesimo vii
Psalmum centesimum septimum
exponendum quia iam ex-

posui cum in psalmo quinqua-
gesimo sexto et in psalmo quin-
quagesimo nono ex quorum
posterioribus partibus iste constat
Nam posterior pars quinqua-
gesimi sexti prima est huius
usque ad eum versum ubi dicitur
Et super omnem terram gloria tua
hinc autem usque ad finem poste-
rior pars est quinquagesimi no-
ni sicut posterior pars cen-
tesimi quinti eadem est que cen-
tesimi tercii decimi ab eo versu
ubi dicitur Simulacra gencium
argentum et aurum Sicut tercii
decimi et quinquagesimi secundi
mutatis aliquibus in medio eadem
sunt omnia a principio usque in
finem Quecumque ergo in hoc psalmo
centesimo septimo aliquibus
aliter posita sunt quam in illis
duobus ex quorum partibus constat
non sunt intellectum difficilem
sicut in quinquagesimo sexto di-
citur Cantabo et psallam exurge
gloria mea Isto autem cantabo
et psallam in gloria mea Ideo
hoc cum dixisset et illic exurge
ut in illa cantaret et psal-
leret Item ibi Quoniam magni-
ficata est usque ad celos misericordia
tua vel sicut alii interpretati
sunt elevata est hic autem
hic autem quam magna est super
celos misericordia tua Ideo enim mag-
nificata est usque ad celos ut
magna sit in celis hoc enim
voluit dicere super celos Item
in quinquagesimo nono letabor
et dividam sicimam hic non
exultabo et dividam sicimam
ubi ostendit quod de dividenda
sicima significatum est per David

exaltacionem predictam futuram
ut illam leticiam ad hanc
exaltacionem pertinere ut ideo
letetur quia exaltatur Unde alibi
dicit Convertisti luctum meum
in gaudium michi concidisti
saccum meum et accinxisti
me leticia Ibi Et effra-
im fortitudo capitis mei
Suscipiendo cum sit forti-
tudo idem suscipiendo
fortes facit sanctificans
in nobis Interpretatur enim
effraym fructificacio Susce-
pcio eius ad utrumque referri potest sive
cum suscipimus xpm sive cum
ipse nos suscipit qui est caput
ecclesie et ibi ait tribulantes
hic ait inimicos nostros utique
idem ipsi sunt Admonemur
sane isto psalmo eos titu-
los qui tamquam de hystoria
positi sunt rectissime fieri
ut secundum prophetiam intelligamus
secundum quod videmus psalmos
esse conscriptos Quod enim
tam diversum secundum hystoriam
quam id quod est in titulo quin-
quagesimi sexti in fine ne
corrumpas ipsi david in tituli
inscripcione cum fugeret a facie
saul in speluncam et in titu-
lo quinquagesimi noni in fine
hys qui immutabuntur in tituli
inscripcione ipsi david in doctrina
cum succendit mesopotamiam
syriam et syriam sobal et vo-
luit Joab et percussit in valle
salinarum duodecim milia Ista
preter id quod positum est in ti-
tuli inscripcione et ipsi david
et in fine cetera ita diversa sunt
ut ille habeat humilitatem david

iste fortitudinem Ille fugam
iste victorias Et tamen ex
istorum duorum posterioribus partibus
quorum tam diversitatibus sunt
psalmus iste componitur Ubi
sufficitur ad unum aliquid utrumque
convenire non superficie hysto-
rie sed altitudine prophetie co-
pulatis utriusque finibus inter
unus eius est titulus canticum
psalmi ipsi david ne ultra
lecti titulo similis preter quod
etiam hic positum est ipsi david
Cum multis partibus et multis
modis sicut ad hebreos epistola
loquitur olim deus locutus
est patribus nostris in prophetis
in eo tamen locutus est quod
misit postea ut complerentur
eloquia prophetarum Quod eum
promissiones dei in illo eciam
Explicat de psalmo centesimo
vii° Incipit tractatus de psalmo
centesimo octavo et cetera
Psalmum istum de xpo ha-
bere prophetiam quisquis
actus apostolorum fideliter legit
agnoscit Ibi de xpi traditore
iuda prophetatum esse quod hic
scriptum est Fiant dies eius
pauci et episcopatum eius acci-
piat alter et quod mathias in
locum iude ordinatus unus
apostolorum duodecimus adiunctus
est evidenter apparet Sed
si de illo uno homine omnia
que hic in illo que dicta
sunt intelligere conemur
exposicionis non omnino de-
aut vix valebit occurrere
Si autem de tali genere hominum
malorum id est inimicorum xpi
iudeorum ac iudeorum omnia in ichi

videntur posse clarius aperiri. Sicut enim quedam dicuntur que ad apostolum Petrum proprie pertinere videantur, nec tamen habent illustrem intellectum nisi cum referuntur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gestasse personam propter primatum quem in discipulis habuit, sicut est: Tibi dabo claves regni celorum, et si qua huiusmodi; ita iudas personam quodammodo sustinet inimicorum Christi iudeorum, qui et tunc oderunt Christum et nunc per successionem perseverante genere ipsius impietatis oderunt. De quibus hominibus et de quo ipso possunt non inconvenienter intelligi, non solum ea que apertius de ipsis in hoc psalmo legimus, verum etiam illa que proprie de ipso iuda dicuntur expressius, sicut est: Fiant dies eius pauci et episcopatum eius accipiet alter. Quod apparebit in manifesto cum ad eos versus tractandi ordine venerimus. psalmus

Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Non unde apparet et falsam esse vituperationem quam non tacet peccator et dolosus, et veram esse laudem quam non tacet deus. Deus enim verax, omnis autem homo mendax, quia non est homo verax nisi in quo loquitur deus. Laus autem maxima est unigeniti filii dei, quia hoc ipsum quod est unigenitus dei filius predicatur. Hoc autem non apparebat, sed apparente infirmitate eius latebat, cum os peccatoris et os dolosi super eum apertum est, quia eius virtutibus apta sunt. Ideo autem dicit apertum os dolosi quia odium quod dolo tegebat erupit in vocem. Hoc enim in consequentibus versibus planius dicitur. Locuti sunt adversum me lingua dolosa. Tunc utique quando eum tamquam magistrum bonum captiosa adulatione laudabant. Unde alibi dicitur: Et qui laudabant me adversum me iurabant. Deinde quia erupit clamantes crucifige crucifige, sequitur: Et sermonibus odii circumdederunt me. Illi qui lingua dolosa quasi non odii sed dilectionis verba locuti sunt, idem adversus me cum hoc insidiando faciebant, postea sermonibus non false dilectionis sed aperti odii circumdederunt me, et expugnaverunt me gratis. Sicut autem pii gratis amant Christum, sic impii gratis oderunt. Talia sicut veritas in illis que causa posita quoniam propter se ipsam expetitur ab optimis, ita iniquitas a pessimis. Unde et apud auctores secularium litterarum dictum est de quodam pessimo: gratuito potius malus atque crudelis erat. Pro eo inquit ut diligerent me detrahebant mihi. Sex sunt in isto genere differentie que commemoratione animadverti facillime possunt. Reddere bona pro

malis reddere mala pro malis
reddere bona pro bonis reddere
mala pro malis Non reddere
bona pro bonis reddere mala
pro bonis. horum duo prima bonorum
sunt et eorum duorum prius me-
lius postrema duo malorum
et eorum posterius deterius
Duo media quodammodo me-
liora sed eorum prius primum
quam bonis potius pertinet
malis. hec in scripturis sanctis
oportet attendere Reddit bona
pro malis ipse dominus qui iusti-
ficat impium Considerans mag-
luculentie dixit Pater ignosce
illis quia nesciunt quid faciunt
Cuius vestigia secutus sanctus
Stephanus flexo genu oravit
pro lapidantibus dicens Domine
ne statuas illis hoc peccatum
Ad quam rem preceptum pertinet
Diligite inimicos vestros benefa-
cite eis qui oderunt vos et
orate pro eis qui vos persequuntur
Mala pro malis non esse redden-
da Paulus apostolus dicit Nulli
malum pro malo reddentes Et
apostolus Petrus Non reddentes
malum pro malo vel maledictum
pro maledicto Unde etiam in psalmo
legitur Si reddidi retribuen-
tibus michi mala Duorum po-
steriorum illud nimius ad novem
leprosos pertinet qui cum mun-
dati essent a Christo gratias non
egerunt Illud vero ultimum
quo nichil est peius ad Iudeos
pertinet de quibus in isto psalmo
dicitur Pro eo ut diligerent me de-
trahebant michi Dilectionem
quippe debebant tantis domini
beneficiis quam non solum minime
reddebant verum etiam pro illo
bono irrogabant malum Duo
vero media que diximus ho-
minum quodam modo esse me-
liora ita se habent ut eorum
prius quod est reddere bona
pro bonis habeant et boni et me-
diocriter boni vel mediocriter
mali Ideo dominus hoc non re-
prehendit sed non vult in eo po-
pulos suos discipulos permanere
quos vult ad maiora proficere
quibus dicit Si dilexeritis eos
qui vos diligunt id est reddi-
deritis bona pro bonis quam
mercedem habebitis id est quam
magnum facietis Nonne pub-
licani hoc faciunt Vult autem
illos hoc facere et longe am-
plius id est ut non solum
amicos sed etiam inimicos
diligant Posterius autem quod
est malum reddere pro malis
habent et mali et mediocriter
mali vel mediocriter boni usque
adeo ut lex eis dedit vin-
dicandi modum oculum pro
oculo dentem pro dente Que
si dici potest iniustorum iustitia
est Non quia iniquum est ut
recipiat quisque quod fecit alioquin
lex nequaquam id consti-
tueret Sed quia vindicandi
libido viciosa est magisque
ad iudicem pertinet inter alios
hoc discernere quam bonum
hominem sibi expetere Quasi
impii ex illa benignitate sum-
mitate delapsi ubi reddunt
bona pro malis ad quantam ma-
lignitatem profunditatem veniunt
retribuendo mala pro bonis
Cum quanto precipicio tot gradus

inexpertos cupierunt Nec parum
aliquid putari debet quia non
ait pro eo ut me diligerent infi-
ciebant me sed detrahebant
mihi Deo quippe interfecerunt
quia detraxerunt negantes
filium dei et dicentes quod in prin-
cipe demoniorum eiciat demonia
et demonium habet et insanit Que-
dem audistis et certa talia
Qua detractione ab illo aute-
bant eos quorum conversionem
ille querebat Et ideo propheta
hoc dixit ut ostenderet magis
eos nocere qui christo detrahunt
eo quod plures animas interfici-
unt quam qui eius mortalem
carnem mox postmodum resurrec-
turam seviendo peremerunt Et
cum dixisset pro eo ut me dilige-
rent detrahebant mihi Sed
ait Ego autem orabam Non
dixit quid oraret sed quid
melius intelligere debemus quam
pro eis ipsis Crucifixo cum de-
trahebant qui velud hominem
quem quasi vicerant illude-
bant De qua cruce ille dixit
Pater ignosce illis quia nesciunt
quid faciunt Ut qui in profundo
malignitatis reddebant ipsi
mala pro bonis Ille in summo
benignitatis redderet bona
pro malis Quamquam bene
intelligatur eum pro discipulis
suis orasse quod etiam ante pas-
sionem suam dixit ne de-
ficeret fides eorum quando ipse pe-
deret in ligno ut concideret et
pacienciam non ondebat pote-
nciam in verba detrahencium
quos posset divina potestate dele-
Sed nobis utilius erat quod
paciencia prebebat exemplum
quam si suos inimicos sine di-
latione perdendo ad hoc nos edi-
ficaret ut impacienter festina-
remus de hiis quos malos
patimur vindicare cum scrip-
tum sit melior est paciens quam
fortis Docebant igitur nos
divina eloquia divinumque exemplum
cum audimus pro eo ut diligerent
me detrahebant mihi Ego
autem orabam ut quando aliquos
sentimus ingratos non solum
non reddentes bona sed insuper
reddentes mala pro bonis nos
oremus et ipse quidem pro aliis
vel sevientibus vel dolentibus
et in fide periclitantibus nos vero
in nobis primitus ut animum
nostrum deo miserante atque opi-
tulante vincamus quo ferimur
in ulciscendi cupiditate
cum detrahitur sive presentibus sive
absentibus nobis Deinde
cum christi paciencia recordamur
tamquam ipso excitato sicut
fecit cum dormiret
Qui perturbatione cordis nostri
tempestatem quasi tranquillat animo
sedato atque placato oremus
eciam pro ipsis detractoribus
nostris ut securi dicamus dimitte
nobis sicut et nos dimittimus
Sed ille dimittebat qui peccatum
quod ei dimitteretur utique non habebat
Sequitur autem Et posuerunt ad-
versum me mala pro bonis Et qui
cognoverimus que mala pro bo-
bonis Et odium inquit pro dilec-
tione mea Hic est omnis et ma-
gnus reatus illorum Nam quid
nocere potuit persequentes vo-
luntate non veritate monere

Sed ipsum odium est tamen ma-
ximum persequentes quam iussit
voluntaria pena persequentis
Satis autem exposuit quemadmo-
dum supra dixit pro eo ut dili-
gerent me quia dilectione non
ut tamquam pro dilectionem ei de-
bebant tamen hic addidit pro
dilectione mea. Hanc dilectionem
increpans commemorat ubi dicit
Jerusalem quotiens volui col-
ligere filios tuos tamquam galli-
na pullos suos sub alas suas
et noluisti. Deinde que pro
ipsa impietate recipiant inci-
pit prophetare. Eo modo illa dicit
tamquam vlastendi cupiditate
optet ut fiat cum divinatione
futura certissima veritate et
per Dei iusticiam super tales dig-
ne ventura. Quemadmodum ista
predicendi velut speciem male
optandi quidam intelligen-
tes putant odium odio et ma-
lo animo malum animum reddi
quum ueneta paucorum est dino-
scere quomodo placeat pena in-
quorum accusatori inimicicias
saciare cupienti et quam
longe aliomodo placeat iu-
dici recta voluntate peccata
punienti. Ille quippe reddit
malum pro malo. Iste autem
etiam cum iudicat non reddit
malum pro malo quia iustum
reddit iniusto. Quod autem iu-
stum est utique bonum. Punit
ergo non delectatione aliene
miserie quod est malum pro malo
sed dilectione iusticie quod est
bonum pro malo. Itaque ne lumina
scripturarum calumnientur certi
opinantes quod deus peccata
non puniat neque malum pro
malo reddat sibi blandiantur
iniusta iudicantes. Deinde
quod divinus sermo contexat
et in verbis quasi mala optantis
intelligamus predicta prophetantis
et deum iusta retribuente sol-
lenatam eius etiam legem
mente teneamus. ¶ Constitue
super eum peccatorem et dyabolus
stet a dextris eius. Cum superius
querela de pluribus fuerit
nunc de uno loquitur psalmus.
Superius autem dixerat locuti
sunt adversum me lingua do-
losa et sermonibus odii circum-
dederunt me et expugnaverunt
gratis. Pro eo ut me diligerent
detrahebant michi. Ego autem
orabam. Et posuerunt adver-
sus me mala pro bonis et odium
pro dilectione mea. Omnia de plu-
ribus. Nunc vero quid digni
essent pro hiis iniquitatibus
suis et quid de eo divino iudi-
cio futurus esset prenuncians
constitue inquit super eum
peccatorem tamquam intendens
in eum qui se tradidit ta-
libus de qualibus supra in-
imicis superius loquebatur. Cu-
ius igitur hic iudam traditorem
sicut scriptura actuum apostolorum
suppliciis debito puniciet
punientes quid est constitue
super eum peccatorem nisi eum
quem sequente versu indicat
cum dicit Et dyabolus stet
a dextris eius. Hoc ita me-
ruit ut super se haberet dyabolum
id est dyabolo subditus sit
qui Christo subditus esse noluit.
Stet autem a dextris eius dyabolus

qui opera dyaboli preposuit operibus dei. Hoc enim cumque non in nomine dextrum dicatur. Quod preponit sicut sinistre dextra preponitur. Deo et de illis qui seculi huius gaudia preponentes deo beatum dixerunt populum cui hec sunt rectissime dampnum est dextera eorum dextera iniquitatis. Unde quod dixerunt beatum populum cui hec sunt os eorum locutum est vanitatem quod de filiis supra dictum est. Cum autem loquitur veritatem contra illud quod dixerunt isti populum beatum cui hec sunt debet etiam ipse dicere quod in eodem psalmo sequitur beatus populus cuius dominus deus ipsorum. Hec enim iis dyabolus est ad dexteris sed dominus sicut alibi dicit providebam dominum in conspectu meo semper quoniam a dextris est michi ne commovear. Dyabolus ergo stetit a dextris eius quando preposuit avariciam sapientie et pecuniam saluti sue ut eum traderet a quo debuit possideri ne ab illo possideretur tamquam opera ipse christus voluit a quo noluit possideri. Cum iudicatur exeat condempnatus noluit enim talis esse cui dicetur intra in gaudium domini tui sed talis de quo dicatur proicite eum in tenebras exteriores. Et oratio eius fiat in peccatum. Cum non est iusta oratio que nisi per christum quem vendidit immanente peti. Oratio autem que non fit per christum non solum potest delere peccatum etiam ipsa fit in peccatum. Quando autem iudas ita orare potuit ut oratio

eius fieret in peccatum. Queri potest si ordo unquam dum traderet et de illo tradendo iam cogitaret. Veram enim iam poterat orare per christum veniam postea quam eum tradidit eum quia penituit super christum oraret indulgentiam rogaret spe haberet. Si spem haberet veniam speraret. Si veniam speraret non sibi desperatione collum ligaret. Proinde cum dixisset cum iudicatur exeat condempnatus ne ab innocente condempnatione putaretur se potuisse oratione liberare quam dederat eum cum discipulis suis ubi dicitur dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et oratio inquit eius fiat in peccatum quia non per christum quem noluit sequi sed persequi. Fiant dies eius dies eius dixit dies apostolatus eius dum pauca fuerunt qui ante domini passionem scelere ipsius et morte consumpta sunt et tamquam decurrunt. Quod ergo fit de numero sacratissimo duodenario inquit non frustra dominus duodecim habere apostolos voluit. Continuo subicit. Et episcopatum eius accipiet alter. Tamquam diceret et ipse pro suo merito puniat et ille numerus suppleatur. Quod si quis quamadmodum factum sit scire desiderat actus apostolorum. Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua utique ipso mortuo et filii eius orbati et uxor viduata est. Nutantes transferantur filii eius et mendicent. Nutantes

datum metu quo erunt de presidio destituti. Eiciantur de habitacionibus suis. Exposuit quod supra dixerit eiciantur. hoc autem totum quod uxori eius filiisque contigerunt sequentes indicant versus Scrutetur fenerator omnem substanciam eius et diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor. Adiuvandam dicit eius paupertatem. Ideo sequitur Nec sit qui misereatur pupillis eius. Sed quia possunt eciam pupilli sine adiutore et sine tutore incrementis et egestate tamen crescere et generis propagacionis fructu consequitur et dicit Fiant nati eius in interitum in generacione una deleatur nomen eius id est quod de illo generatum est iam non generet et cito tabescat. Sed quid est deinde subiungit In memoria redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini et peccatum matris eius non deleatur. Hic intelligendum est ut reddantur ei peccata et parentum suorum. Ei quibus non reddentur qui fuerunt imitatus in vero et legitur esse non filius iniquorum non imitatus mores eorum. Nam illud verum sane scriptum est Reddam peccata Et illud quod per prophetam dicit Et anima patris mea est et anima filii mea est et anima que peccaverit ipsa morietur. Hoc ipse dictum est de hiis qui convertuntur ad deum et non imitantur mala parentum suorum. Quod ipse propheta evidenter ostendit Dicit enim paternas iniquitates non eis obesse qui iusticiam faciendo dissimiles fuerint. Illud autem quod dictum reddam peccata patrum in filios additum est qui oderunt me hoc est sicut me oderunt parentes eorum. Ut quemadmodum bonorum imitacio facit ut eciam peccata propria deleantur sic malorum imitacio faciat ut non solum sua sed eciam eorum quos imitati sunt mala sorciantur. Ergo iudas tenuit illud ad quod vocatus est nullomodo ad eum vel sua propria vel parentum iniquitas pertineret. Nam ergo non tenuit adopcionem in familia dei sed iniquitate vetusti generis potius elegit redit iniquitas patrum eius in conspectu domini ut deus eciam ipsa puniret et peccatum matris eius non deleretur. Fiat contra dominum semper id est pater eius et mater eius fiant contra dominum semper. Non vult dominus adiscere sed ut mala eorum peccata non obliviscatur in isto dominum illi et illa retribuunt. Contra dominum enim dixit In conspectu domini. Nam et alii interpretes sic posuerunt fiant in conspectu domini semper. Alii non fiant contra dominum semper. Sicut alibi dictum est. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. Semper autem dicit ut sine remissione sit tam illud seculum et hic et in futuro seculo. Disperreat de terra memoria eorum patris scilicet et matris eius. Memoriam dicit eorum que in propagine generacionis custoditur. Hac prosapiam de terra viventium quia et ipse iudas et filii eius qui

erant tamquam memoria pa-
trum et matris eius sine suc-
cessione prolis Dicit Augustinus dic-
tum est in breuitate unius
generacionis extincti sunt Dicet
aliquis eciam ut hoc ad penam
inde pertinere credendum est
quod post mortem eius ad
mendicitatem uxor eius et fi-
lii peruenerunt et translati sunt
eiecti de habitacionibus suis scru-
tante feneratore omnem sub-
stanciam eius et diripientibus
alienis omnes labores eius nec
ullo adiuuante et miserante
pupillis eius et quod cito sunt
sine posteris mortui Utrumque
eciam de hiis que in ipsis post
mortem eiusque contingunt
ullus mortuos tangit dolor
aut hec saltem scire putandi
sunt quorum sensus alibi est pro
meritis seu bene seu male
Cum uideo magnam quidem esse
questionem nec in presencia disse-
rendam quod sit operis prolixio-
ris utrum uel quatinus uel
quomodo ea que circa nos agun-
tur norunt spiritus mortuorum Dum
tamen quod dixerunt dicam prout
Si nulla illis esset cura de
nobis non diceret dominus dixisse
illum diuitem qui tormenta
apud inferos paciebatur habeo
quinque fratres ne et ipsi ueniant
in hunc locum tormentorum Sed
quomodolibet intelligat qui
hoc aliter intelligere conantur
et quia fatendum est non esse con-
sequens ut si sunt mortui
suos uidere qui non in locis
penarum eos uident ubi diues
ille erat nec in requie beatorum

ubi lazarus et abraham quia
uix longe agnoscebat Ideo
illos eciam illa que circa eo-
rum caros aguntur uel leta uel tri-
stia scire necesse sit hoc dico
uanos esse eius animum hominis
qui post mortem suam quid
suis boni mali ne contingat
saltem dum uiuunt negligant
atque omnino contempnant Multos
aut quod indicat eciam tanta
cura commendande ultime uo-
luntatis et qualiacumque eciam
testamentorum satis agere ut
cum defuncti fuerint suis ...
sint sit Permansione uero po-
steritatis sue per successiones
generacionum soli laudabiliter
spernunt qui seipsos absciderunt
propter regnum celorum et filios
suos hoc facere cupiunt uel co-
optant uel maritis coniugari ita
ut illius eorum in terra remaneat
Ceteri autem homines aut pene
felices omnes nolunt suos esse
in hac uita post mortem suam
et proprium genus interire nolunt
Credat ergo quod uidua tam in-
feliciter mortuo ita uxor
uidua et filii eius orphani
remanserunt in feneratore
scrutante omnem substanciam eius
et diripientibus alienis la-
bores eius de suis habitacionibus
eiecti nec aliqua pupilli
eius miserante inuenerunt
et in bona generacione sine poste-
ris interierunt Si hoc senciunt
mortui cumulus malorum est
Si non senciunt formido uiuorum
Si autem mouet quos potuerit
habere substanciam quam feneratores
scrutaretur alienique diripient

quando iam cum alys vndecim
dnm sequebatur crederet cum
omnia que habebat ita dimisi
sse filys et vxori ut non inde
sinceriter nil pseuerant Vin
culum cupiditatis arripuerit
Nunc etiam si ea velit vende
videtur distribuenda pauperib9
pfecto faciet quod ananias
post dni ascensionem Neque enim
metuerit ne hoc dns diuinitate
cognosceret quem falli putabat
quando ea que mittebantur de
loculis auferebat Sed iam
videamus si possumus quantum
dns adiuuat quomodo ista con
venire possunt etiam in ppl'm
iudeorum cuius inimicicie contra
xpm pualuerunt dm pmaserunt
Cuius ppli diximus iudam
figuram gessisse pronde sicut
ecclesie gessit apostolus petrus
Constitue sup eum peccatorem et
dyabolus stet adextris eius
Quemadmodum in iuda sic in
isto pplo intelligendum est Cum
repulso a se xpo factus est sub
ditus dyabolo cuius persuasiones
in omnibus peccatis et erroris
cupiditatibus opponit et nunc
saluti Cum iudicatur exeat con
dempnatus quia in nequicia
et infidelitate psistens
thezaurizat sibi iram in die
ire et reuelacionis iusti iudicii
dei qui reddet vnicuique iuxta
opera eius et oro eius fiat
in peccatum quia non fit p mediatorem
torem dei et hominum hominem
ihm xpm et sacerdotem inet
num secundum ordinem melchise
dech Fiant dies eius pauci
secundum regnum accipiendum est quia

non diu potuit ea pseuerare regnum
iudeorum Et episcopatum eius acci
piat alter ipm dnm xpm non
incongruenter intelligi existimo
episcopatum ppli iudeorum quia de
tribu iuda factus est secundum car
nem Et apostolus ait Dico enim
ihm xpm ministrum fuisse cir
cumcisionis pter veritatem dei ad
confirmandas pmissiones pa
trum Et ipse ait Non sum
missus nisi ad oues que perierunt
domus isrl quia et illis ex
hibuit presenciam in carne et magi
qui ab oriente venerunt hoc di
xerunt ubi est qui natus est rex
iudeorum Et hoc in titulo scriptum
erat sup crucifixum unde illud
mutare volentibus non frustra
respondit pylatus quod scripsi scripsi Hunc
ergo episcopatum ppli iudeorum id est
dnm xpm accepit alter id est
pplus gencium Fiant filii eius
orphani de quibus dicitur filii
aut regni eicientur in tenebras
exteriores facti sunt aut orphani
amisso ipso regno quasi patre
pdito quamquam et deum
patrem hunc intelligunt ami
sisse Cum enim filium non habet
aut veritas nec patrem habet
Et vxor eius vidua vxor regni
intelligi potest cui reges subditi
erant Vidua vero facta est ami
sso ipso regno Nutantes trans
ferantur filii eius et mendicent
Nutauerunt periculis vrgentibus
hostibus translati sunt debel
lati filii regem iudeorum Quid
est aut mendicare nisi ad
hominum manum viuere sicut
viuunt subeani gencium regibus
iniquas translati sunt Eiciantur

de habitacionibus suis Ita factum
est Scrutetur fenerator omnem
substanciam eius idest populi eius ubi
nichil melius intelligitur quam
debita eorum non dimittuntur
quem respuerunt qui eciam dicere
docuit dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris Omnem autem
substanciam eius dicam est omnem vitam
eius ut ei nulla debita idest
nulla peccata dominentur Et diripi
ant alieni labores eius dyabolus
et angeli eius quia non thezau
rizant in celis qui non habent xpistum
Non sit illi adiutor Cuius adiu
tor eciam xpisto non est nec sit qui
misereatur pupillis eius Cum
patre perdito idest regno sic re
manserunt aut amisso deo cuius
filium persecuti sunt et oderunt
non est qui misereatur eorum
non ad temporalem vitam sumi
dam vel sustentandam sed ad ve
ram vitam idest eternam Fiat
nati eius in interitum utique inim
ticum sempiternum In generacione
una zelantur nomen eius Qua
generacio non regnati ideo in una
generacione deleantur Nam malicia
idest in regnacione si eam cog
noscerent et vincerent non delerentur
In memoriam redeat iniquitas
patrum eius in conspectu domini
Et reddat eis populus dominus perse
verantibus in malicia patrum eius
iniquitatem Sic enim eis dicit
Testimonium estis vobismetipsis
quia filii estis eorum qui prophetas
occiderunt Et paulo post ait
Ut veniat super vos omnis sanguis
iustus qui effusus est super terram
a sanguine abel iusti usque ad sanguinem
zacharie Et peccatum matris
eius non deleatur peccatum in filiis quae
sunt cum filiis que interfecit
prophetas et lapidat missos ad se
fiant contra iniquitas et peccatum
eorum idest ut a conspectu domini
non aboleantur deos metuendo dum
ditante et dispereat de terra
memoria eorum Terra dei agri
dei eccla dei est De qua terra
perit memoria eorum qui cum
essent rami naturales propter infide
litatem fracti sunt Pro eo quod
non est recordatus vel ille in
das vel ipse populus facere misericordiam
Sed melius de populo accipitur
quod ait non est recordatus
Nam et si xpistum occidit salua
recordaretur penitendo et fa
ceret misericordiam super membra eius
que persecutissime persecutus
est hominem inopem et men
dicum sic quod accipi debeat
quia non est dedignatus dominus
pauper fieri cum dives esset
ut illius paupertate nos dita
remur Mendicum autem quo
intelligamus nisi forte quia
dixit mulieri samaritane da
michi bibere et in cruce ait sicio
sed quid sequitur quo acci
piatur cum ipso capite nostro
idest sui corporis quem iudas
persecutus est non iudeus Cum
enim dixisset Et persecutus est
hominem inopem et mendicum
adiecit atque ait Et compunctum
corde mortificare idest ut
mortificaret Nam quidam
eciam sic sunt interpretati Com
punctus autem corde non solet
dici nisi stimulis peccatorum mo
lore penitendi sicut de illis

dem est Cum autem audissent
aplos post dni ascensionem
compuncti sunt qui occiderunt
dominum Quos allocutus est
beatus petrus aplus dicens pe-
nitentiam agite unusquisque et baptizetur
unusquisque vestrum in nomine dni
nri ihu xpi et dimittentur vobis
peccata vestra Sed qui idem ipsi
membra eius facti sunt tunc
in ligno membra fixerunt ipsius
iudeorum non est recordatus
facere misericordiam persecutus est inopem
et mendicum sed in membris
suis de quibus dicturus est
quod autem fecistis uni ex his minimis mea
erat vobis Quamdiu non fecistis uni ex minimis meis non
fecistis nec michi fecistis Et com-
punctum corde mortificare pla-
ne compunctum corde sed in membris
suis Deinde autem qui persecuti
sunt ut compunctum corde mor-
tificarent erat et paulus con-
sentiens in mortem stephani
compuncti corde quia et ipse
stephanus de illis erat qui
compuncti sunt corde Sed pau-
lus recordatus est facere misericordiam
et qui mane rapiebat ad vesperum
divisit escas et ipse compunctus
corde ut etiam in nos illi per-
sequerentur inopem volentes
mortificare compunctum corde
hoc quippe oderant in paulo
aplo quia compunctus corde
predicabat quod que fuerat ante
persecutus inopem quippe et
mendicum et compunctum corde
in membris suis et ipse ut mor-
tificaret persequens audivit
de celo Saule saule quid me
persequeris Et factus compunctus
corde cepit talia pati qualia

faciebat compunctus corde De-
inde sequitur psalmus Et dile-
xit maledictionem et veniet ei
Quamquam et iudas maledictionem
dilexerit et furando de loculis
et dnm vendendo atque tradendo
do tamen apertius populus ille
dilexit maledictionem qui dixit
sanguis eius super nos et super
filios nostros Et noluit benedic-
tionem et elongabitur ab eo
Et iudas quidem quia noluit
xpm magno est eterna benedictio
Sed apertius noluit benedictionem
populus iudeorum cum dixit ille
Il..atus ad eos Quid et
vos vultis discipuli eius fieri
Et noluit benedictionem et pro
maledictione sunt et vidit tan-
tis discipulis eius Elonga-
ta est ab eo benedictio quia
transitum fecit ad gentes Et
induit maledictionem sicut ve-
stimentum sive iudas sive ille
populus Et intravit sicut aqua
in interiora eius Ergo et for-
ventibus foris sicut vestimen-
intus sicut aqua Cum incius
invadit iudicium qui potest et
corpus et animam occidere in
gehennam Corpus foris animam
intus Et sicut oleum in ossi-
bus eius Audit enim cum
delectatione male facere et
comparare sibi maledictionem
hoc est penam eternam quia
benedictionis vita eterna est quomodo
quippe mala facta delectat
sicut aqua in interiora sicut
oleum in ossibus Sed ideo ma-
ledictio vocatur quia deus
talibus tormenta predixit Ta-
quam autem oleum in ossibus

Sed ideo maledictio vocatur
quia deus talibus tormenta
predixit Tamquam autem oleum
in ossibus est maledictio cum
homines inde se fortes putant
quia liceat eis mala tamquam
impune committere / Fiat ei sicut
vestimentum quo operitur Cum
superius iam dixit Et vestivit
to quid est quod repetit ait qui
dixerat induet maledictionem
sicut vestimentum differt ab eo
vestimento quo non induitur
sed operitur / Induitur enim quisque
tunica operitur pallio et quid
est hoc nisi etiam in conspectu
hominum denigrantem gloriam /
Et sicut zona inquit qua
semper precingitur Maxime homines
ideo precinguntur ut ad operandum
sint aptiores ne vestis sinibus
prepediantur Ergo maledictione
se precingit qui malum non
repentinum sed dispositum
aggreditur et ita disponit ma-
le facere ut semper paratus sit
unde et hic ait Et sicut zo-
na qua semper precingitur / Hoc
opus eorum qui detrahunt
michi apud deum / Non dixit
merces eorum sed opus eorum
manifestum est enim quod indu-
mento et operitorio et aqua
et oleo et zona ipsa opera
describebat a quibus etiam
maledictio operaliter Non est
ergo unus iudas sed multi
de quibus dicitur Hoc opus eorum
qui detrahunt michi apud
deum Quamquam pluralis numerus
poni potuit pro numero singulari
sicut herode mortuo dictum est
ab angelo mortui sunt qui que-
rebant animam pueri Sed qui
magis detrahunt christo apud
deum nisi illi qui in ipsis verbis
deo detrahunt dicentes non
esse illum quem lex dei et pro-
phete prenuntiaverunt Et qui lo-
quuntur inquit mala adversus
animam meam negantes
eum cum noluisset potuisse
resurgere cum dicat / Potestatem
habeo ponendi animam meam
et iterum sumendi eam / Et tu
domine fac mecum misericordiam Quidam
subaudiendam putaverunt
misericordiam quidam vero et ad-
diderunt Sed emendatiores
codices sic habent Et tu domine
domine fac mecum propter nomen
tuum Unde satis clarior non
est premittendus ita dixisse
filium patri fac mecum quia
eadem opera sunt patris
et filii Ubi etiam si humanam
intelligamus sequitur enim
Quia suavis est misericordia tua
et patri quia non dixit fac
in me vel fac super me vel ali-
quid huiusmodi sed ait fac mecum
sic intelligimus patrem et fi-
lium simul facere misericordiam in assu-
mptione per hoc etiam sic in-
telligi fac mecum id est ad-
iuva me quod in cotidiana lo-
quendi consuetudine habemus
cum de aliqua re que pro partibus
nostris est dicimus nobiscum fecit
Proinde adiuvat filium
inquantum deus hominem propter
formam servi Cum homo deus
et tamen forme servi etiam dominus
est pater / Nam in forma dei
filius adiutorio non indiget
equaliter enim cum patre operatur est

cognus et ipse adiutor est hominis
Sicut enim pater suscitat mor-
tuos et vivificat Sic et filius
quos vult vivificat Nec alios
pater alios filius aut aliter
pater aliter filius quia et eadem
facit et similiter Unde inquantum
homo est filius dei deus illum
suscitavit a mortuis hoc est
pater cui dicit in psalmis et
suscita me et reddam illis
Inquantum autem deus est et
ipse se suscitavit propter quod
dicit Solvite templum hoc
et in tribus diebus suscitabo illud
Quod etiam hic significavit
Si quis diligenter attendat
Veritati enim insistit spiritus
que testimonium perhibent de
illo non ipsum fiat prefigu-
ratione cum tamen modo ait Do-
mine fiat mecum sed ait
et tu Quod est et tu mecum
et ego Quod autem non semel
domine sed repetens ait do-
mine habet hoc divinus affec-
tus scita est deus deus meus
Quod vero cum dixisset
fiat mecum addidit propter
nomen tuum gratiam commenda-
vit Similis enim operum virtutibus
precedentibus in tantam celsitu-
dinem sublimata est humana
natura ut tota simul verbum
et caro hoc est deus et homo
unigenitus dei filius dicatur
Hoc autem factum est ut ab illo
qui creavit pro eo quod non periret
operaretur Unde et hic sequitur
Quia pauperis est una tua
liberatione quia egenus
et pauper ego sum Egestas
et paupertas infirmitas est quo-

quia crucifixus est Et cor-
meum conturbatum est intra
me hoc ad illud refertur quod
ait appropinquante passione tri-
stis est anima mea usque ad mortem
Sicut umbra cum declinat
ablatus sum hoc est per mortem
significavit Sicut enim cum
umbra declinante fit nox
sic in carnali carne fit mors
Excussus sum sicut locuste
Iam hoc in membris eius hoc
est fidelibus eius convenientius
intelligi existimo Quod ut
aliquanto apertius exponet ma-
lui dicere sicut locuste quam
ut sicut locusta quamvis et
numero singulari possent acci-
pi etiam multe Sicut illud
dixit et venit locusta Sed
esset obscurius Excussi sunt
ergo id est fugati a persecuto-
ribus fideles eius quorum
vel multitudinem significare
voluit nomine locustarum
vel quod transilierit de loco
in locum Genua mea infir-
mata sunt a ieiunio Legimus
dominum Christum quadraginta dierum
habuisse ieiunium Sed tamen
mea valuit inedia ut ge-
nua eius infirmarentur et
hoc in membris eius hoc est sanctis
apertius intelligitur Et caro
mea immutata est propter oleum
propter gratiam spiritualem Unde
et Christus appellatur a crismate
Crisma autem est unctio Caro
ergo propter oleum non in deterius
sed in melius immutata est
hoc est a mortis corruptela
in gloria immortalitatis resur-
gens Cum itaque dixisset

et genua mea infirmata sunt
a ieiunio. Ubi significatum esse
arbitror eos qui in membris
eius fortes esse videbantur
tanquam pinguia penitus quo
sustentabantur abstracta in
eius passione defecisse usque
ad negacionem que apparuit
in petro tanquam ad eos
confirmandos ne ieiunan-
do penitus caderent. Et
caro mea immutata est propter
oleum. Ut eos a mea mor-
te deficientes mea resurrec-
tione firmaret et misso spiritu
sancto ungeret. Qui scilicet ad
eos venisset nisi ego abissem
hoc enim dixerat non enim ille
veniret nisi ego abiero. Et
ewangelista dixit Nondum
erat spiritus datus quia ihesus
nondum fuerat glorificatus.
Nondum erat immutata
caro eius. Hinc autem pagina
propter ablucionem vel irrigacionem
sive pollen consultacionem et
inflammacionem caritatis significatur
spiritus sanctus non ideo est a se
ipso divisus quia signa diver-
sa sunt. Multum enim diversa
sunt etiam leo et agnus et
tamen utroque significatus est
christus leo propter aliud agnus
propter aliud. Non tamen alius
quia nec fortis est agnus
nec innocens leo. Christus autem
et innocens est ut agnus
et fortis ut leo. Dicitur autem
aput ysaiam ihesus christus Spiritus
domini super me eo quod unxit me.
Et ego factus sum obprobrium
illis in mortem crucis. Christus
enim nos redemit de maledicto
legis factus pro nobis maledictus.
Viderunt me et moverunt ca-
pita sua. Quia viderunt pepen-
disse non viderunt resurrexisse.
Viderunt quando eius genua
infirmata sunt non viderunt
quando caro est immutata.
Adiuva me domine deus meus
et salvum me fac secundum miseri-
cordiam tuam. Hoc ad totum refer-
tur id est et ad caput et ad
corpus. Ad caput propter formam
servi. Ad corpus propter ipsos
servos. Potuit enim et verbis
dicere deo Adiuva me et sal-
vum me fac. In quibus paulo
ante dixit orando me persequentur.
Quod autem addidit Secundum
misericordiam tuam gratuitam gratiam
commemorat non ex operi-
bus. Et sciant quia manus
tua hec et tu domine fecisti eam.
De his dixit sciant pro quibus
sevientibus et dicant Animae
meae quibus factus sum obprobrium
moventibus in eis illam propter
capita sua. Capita sua erat
etiam hii qui in eum postea
crediderunt. Discant autem qui
qui formam humanam corporis
deo attribuunt quo habeat
deus manum vel eum qui facit
manum [illegible] et ipse ma-
num suam manu facit. Quis
ergo hic deum est. Et sciant
quia manus tua hec et tu
domine fecisti eam. Intelliga-
mus itaque manum dei esse
christum unde alibi dicit Et
brachium domini cui revelatum
est. Hec manus erat et fe-
cit eam quia in principio erat
verbum et verbum caro factum

et erat sine tempore secundum
divinitatem et factus est ex se-
mine david secundum carnem
¶ Maledicent illi et tu benedices
Vana est ergo et falsa maledic-
tio filiorum hominum diligencium
vanitatem et querencium menda-
cium Deus autem cum benedicit
facit quod dicit Qui insur-
gunt in me confundantur
Ut cum insurgunt aliquid
et adversus me proficere arbitrantur
Sed cum exaltatus fuero super
celos et esse cepit super omnem
terram gloria mea confundentur
Servus autem tuus letabitur Sive
in dextra patris sive in membris
suis letantibus et temptacio-
nes in se et post temptacio-
nes mercedem Induantur qui de-
trahebant michi pudorem
id est peniteat eos detraxi-
sse michi Sed sic et in bonis
accipi debet cum corriguntur ¶ Et
operiantur sicut diploide confu-
sione sua Diplois duplex pal-
lium est Iram quidam etiam
sic interpretati sunt istum viri[illegible]
Et operiantur sicut pallium dupli-
ci confusione sua Intelligitur
autem confundantur intus et foris
id est et coram deo et coram
hominibus Confitebor domino
nimis in ore meo Nimis dici
solet in consuetudine sermonis
latini quod plus est quam debet
Sic contra est parum quod minus
est quam debet Sed nimis
grece agan dicitur Iste autem versus
non habet agan sed sphodra
Quod quidam nostri interpretati
sunt ut vero ponerent aliquando
nimis aliquando valde Sed si

nimis vero quod est valde
intelligatur sic et in laude po-
niam et ista confessio laud[em]
significat Ita enim et sequitur
¶ Et in medio multorum laudabo
eum Dicit etiam et in alio
psalmo In medio ecclesie lauda-
bo te Sed cum ipsa cantat
ecclesia que corpus est christi
Christus in medio ecclesie cantat
ecclesia ita et hic multi eum sunt
membra christi Si enim ipsi laudant
ille laudat quia membra sunt
eius Christus in medio multorum
laudat quando ipsis multis lau-
dantibus dicitur ipse laudare
Sed ideo laudat in medio mul-
torum quia cum ecclesia sua est hic
usque ad consummacionem seculi
Vel quod ait In medio multorum
hoc accipiamus quod ab eisdem
multis honoratur In medio quippe
esse dicitur cui honor pre ceteris
exhibetur Si autem cor est tam-
quam hominis medium nichil
melius intelligitur dicens quia
in cordibus multorum laudabo
eum habitat enim christus per fidem
in cordibus nostris Et ideo ait
in ore meo id est in ore corporis
mei quod est ecclesia Corde
enim creditur ad iusticiam ore
autem confessio fit ad salutem
¶ Qui astitit a dextris pauperis
Deinde dictum erat Et dyabolus
stet a dextris eius quia suas
divicias augere voluit christo
vendito Hic autem dominus astitit
a dextris pauperis ut divicie
pauperis sint ipse dominus astitit
quippe a dextris pauperis non
ut ei multiplicaret annos vi-
te quandoque finiende neque ut eius

auget pecuniam aut cum faceret corporis viribus forte vel ad tempus incolumem. Hinc: Ut salvam faceret inquit a persequentibus animam meam. Salva fit autem a persequentibus anima mea si non eis consentiatur ad malum. Non autem eis consentitur cum assistit dominus ad dexteris pauperis ne ipsa paupertate id est infirmitate succumbat. Hoc adiutorium prestitum corpori Christi est in sanctis martiribus omnibus.

Explicit de psalmo centesimo octavo. Incipit tractatus de psalmo centesimo ix°.

Quantum dominus donat qui nos constituit ministros verbi et sacramenti sui fruere nobis in adipe anime vestre suscipias psalmum istum quem modo cantavimus brevem numero verborum magnum pondere sententiarum adiuvante illo qui nos fecit intentos ut et nos faciat ydoneos sit ut possimus considerare atque tractare. Vivat anima nostra et vigilet in eodem. Tempus enim constituit deus promissis suis et tempus eis que promisit implendis. Promissionum tempus erat tempore prophetarum usque ad Iohannem baptistam. Ab illo autem et deinceps usque in finem tempus est implendi que promissa sunt. Fidelis deus qui se nostrum debitorem fecit non aliquid a nobis accipiendo sed tanta nobis promittendo. Parum erat promissio. Etiam scripto se teneri voluit veluti faciens nobis cirographum promissorum suorum ut cum ea que promisit solvere inciperet in scriptura promissorum consideraremus ordinem solvendorum. Tempus itaque prophetie predicatio erat ut sepe iam diximus promissionum. Promisit salutem eternam et beatam vitam cum angelis sine fine et hereditatem immarcescibilem gloriam sempiternam dulcedinem vultus sui domum sanctificationis sue in celis ex resurrectione a mortuis nullum deinceps moriendi metum. Hoc est promissum eius tamquam finale quo decurrit nostra omnis intentio quo cum venerimus nichil amplius requiremus nichil amplius exigemus. Sed ad illud quod erit in fine quo ordine veniatur neque hoc tacuit promittendo et prenunciando. Promisit enim hominibus divinitatem mortalibus immortalitatem peccatoribus iustificationem abiectis glorificationem. Verumtamen quidquid promisit indignis promisit ut non quasi operibus merces promitteretur sed gratia a nomine suo gratis daretur. Quia et hoc ipsum quod iuste vivitur in quantum homo potest iuste vivere non meritum est humanum sed beneficium est divinum. Nemo enim iuste vivit nisi iustificatus id est iustus effectus ab illo autem fit homo iustus qui numquam potest esse iniustus. Sicut enim lucerna non accipit accenditur ita nec anima humana sibi prestat lucem sed clamat ad deum: Tu illuminabis lucernam meam domine. Cum ergo peccatoribus promissum sit regnum celorum

nō peccato pmanentibus sed
a peccato liberatis et iusticie ſ-
mentibus quod ipm̄ ut posset
gr̄a ut diximus adiuuant
et abeo qui semp est iustus
iustificant incredibile videba
tamen dm̄ curam gere pro
hominibus Hodieq; qui degnā
diuina desperant atq; a pessi
moribus noluit se conuer ad
deum ut abillo iustificentur
et penis indulgenciam deletis
omnibus pctīs suis nullo incipiāt
viuere iuste qui iniquā viuit
iniuste hanc habent pmacionem
cogitacōnis sue in superbos ut di
cunt dm̄ humanas nō curare
nec inde posset cogitare mundi
huius artificem atq; rectorem
quemadmodum quisq; mortalis
interra viuat Ita nec cōputan
se homo putat adeo qui factus
est adeo Talem hominem p alio
qui possimus p adiuuat nos
prius adaures suas deinde
ad cor sum p nō repellat rep
stendo querentem se et pacat
pditus inuenire se possimus
ei dic O homo quo te deus
factū nō cōputabit qui ut fies
ante curauit Cur te in ordine
rerum conditaz innuari nō pu
tas noli credē seductori Capilli
tui innumerati sunt conditori
deniq; et dn̄s in ewangelio discipu
lis ait Ne mortem timent ne
aliquid suū in morte pituriam
putarent Illi in morte dī ana
sua ptimescebant Ille illis ia
securitate de capillis dabat
Ita ne nō aīa perit cuius capillus
nō perit vincaūe qua incre-

dibile videbat hominibus quod
pmittebat deus ex hac morta
litate corrupcōne abiectōe infir
mitate pulue et cinere futuros
homines equales angelis dei
nō solum scriptura cum hominibus
fecit ut crederent sed et fidi
sue posuit mediatorem non
quelibet principem aut quelib;
angelum uel archangelū sed
unicum filiū suū Et quia nos
pducturus esset adillum finē
quem pmisit pemn ipm̄ filiū
suū et ondet et pbet parū
erat deo ut filiū facet de
monstratorem uie enim ipm̄ uiā
fecit ut pillum ires regente
te ambulante pse pmisit g°
quia venturi essemus adeum
id est adillam ineffabilem
in mortalitatē et cum angelis
eius equalitatē Quam longe
quam illi sursum quam nos
deorsum Quam illi t summo
quam nos in imo Desperati iace
bamus sine expectacōne salutis
egrotabamus inspis est me
dicus quem nō cognouit egro
tus Qui cum cognouisset iniquā
dum glie crucifixisset Sed hic
quoq; valuit et egroti medica
mentū qd medicum occidit eg°
tus Venit ut visitaret occisus
est ut sanaret In simauit se
credentibus dm̄ et hominem
deum p quem facti sumus homines
p quem recreati sumus Aliud
in illo apparebat aliud latebat
et quod latebat multo erat p
stancius quia id qd apparebat
sed qd erat pstancius videri
nō poterat Curabat eger pid

quod videri potuit ut postea
capax fieret visiones eius que
latendo differebat non negando
confitebatur. Veniens itaque filius
dei venturus ad homines assump
turus hominem et pro quo surrexit
futurus homo moriturus re
surrecturus ascensurus in celum
sessurus ad dexteram patris et
impleturus in gentibus que pro
misit et post impletionem pro
missorum suorum in gentibus etiam
hoc impleturus ut veniat et quod
erogavit exigat discernat
vasa ire a vasis misericordie reddat
impiis quod minatus est iustis
quod pollicitus. Hoc ergo totum
prophetandum fuit prenunciandum
fuit venturum commendandum
fuit ut non subito veniens hor
reretur sed credendo expectaretur.
Ex hiis promissionibus est psalmus
iste dominum et salvatorem no
strum ihesum christum certe apteque
prophetans ut omnino dubitare
non possimus christum annunciari
in psalmo hoc. Credo quidem
vobiscum simul et evangelio
iam credimus et cum ipse domi
nus et salvator ihesus christus que
reret a iudeis cuius filium dicerent
esse christum et dixissent david
ille continuo retulit respon
dentibus et ait. Quomodo ergo david
in spiritu dicit eum dominum dixit
dominus domino meo sede a dextris
meis donec ponam inimicos
tuos subpedibus tuis. Si ergo
in spiritu inquit vocat eum dominum
quomodo filius eius est [illegible]
psalmus iste incipit. Explicit
prefacio incipit exposicio psalmi

Dixit dominus domino
meo sede a dextris
meis donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. Hanc ergo questionem iudeis
propositam a domino in ipso ingressu
psalmi pertractare debemus.
Si enim quod viderunt iudei inter
rogati a nobis verum confite
antur et nos an negemus absit
ut negemus. Si dicatur nobis
christus filius est david an non
est. Si dixerimus non contradicimus
evangelio. Nam et matheus scribe
re sic incipit evangelium liber
generationis ihesu christi filii david.
Evangelista dicit librum se
scribere generationis ihesu christi
filii david. Recte ergo iudei inter
rogati cuius esse crederent
filium christum responderunt david.
Responsioni eorum congruit
evangelium. Hic hoc non solum
suspicio iudeorum sed et fides
christianorum. Adhuc alia sumamus
conspicia. Dicit apostolus qui factus
est ei ex semine david secundum car
nem. Dicit etiam ad thimotheum
Memor esto ihesum christum resur
rexisse a mortuis ex semine david
secundum evangelium meum et
de ipso evangelio quid dicat
in quo laboro usque in vincula
tamquam male faciens sermo
dei non est alligatus. Laborat
ergo usque ad vincula [illegible]
apostolus idest pro dispensatione
evangelica quam plus predi
cabat quam plus impende
bat. Ille qui mane rapuerat
cum etas ad vesperum dividebat
Laborabat ergo usque ad vincula

per ewangelium ihesum xpm resur-
rexisse a mortuis qui ex semine da-
uid predicabat per hoc ewangelio
Apostolus laborabat et tamen de
hoc xpus interrogabat et in-
dentibus iudeis quod predica-
bat apostolus retulit voce tamquam
contradictionis et ait Quomodo ergo
dauid in spiritu dicit eum dominum
Et interposuit testimonium de
de hoc psalmo Dixit dominus
domino meo Si ergo in spiritu ille dicit
eum dominum quomodo filius eius est
Iudei sub hac interrogacione ta-
cuerunt quid respondent deinceps
non inuenerunt Nec tamen eum
dominum quesierunt quia et ipsum
esse illum filium dauid non
agnouit Nos autem fratres cre-
damus corde enim creditur
ad iusticiam ore autem confessio
fit ad salutem Credamus inquit
et dicamus et filium dauid
et dominum dauid Non erubescamus
de filio dauid ne irati inue-
niamus dominum dauid Sic enim
nomine illum rectissime transeun-
tem appellantes ceci illuminari
meruerunt Transibat enim
ihesus et audito illo sonitu tran-
seuntis turbe aure iam cog-
noscentes quod non dum pote-
rant oculis acclamare voce
magna Et dixerunt miserere
nostri fili dauid Turbe autem
increpabant illos ut tacerent
Et illi nichilominus suas desperde-
ris turbarum contradictionem
vincentes inclamando perseue-
rauerunt transeuntem tenuerunt
a tangente illuminari meruerunt
Dicebant ergo transeunti miserere

nostri fili dauid Stetit ergo ille
et victo ab eis clamore conuen-
tu dicencium quid inquit vultis
ut faciam vobis Et illi domine
ut videamus Tetigit et aperuit
oculos eorum viderunt presente
quem senserunt transeuntem Ali-
quid ergo transitorium dominus fecit est
aut aliud quod stat Aliud est
inquam transitorium domini Aliud
stabile domini Transitorium domini
virginis partus vbi incarna-
cio etatum gradacio miraculorum
exhibicio passionum perpessio mors
resurreccio ascensio in celo
hoc totum transitorium fuit non
enim adhuc xpus nascitur aut
adhuc moritur aut adhuc
resurgit aut adhuc ascendit
in celum Nonne videtis ista
facta per tempora cucurrisse preterita
exhibuisse viatoribus quedam
transitorium ne in via remane-
rent sed ad patriam peruenirent
denique et illi ceci ad viam se-
debant Ibi transeuntem senserunt
et clamando tenuerunt Subiacet
ergo seculi huius hoc transitorium
sed dominus operatus est et hoc
transitorium pertinet ad filium
dauid Ideo illi duo transeunti
clamauerunt miserere nostri fili da-
uid Tamquam dicerent filium
dauid in transeunte cognoscimus
filium dauid factum in transitu
dicimus Agnoscamus ergo et
nos et filium dauid confitea-
mur ut illuminari mereamur
Sentiamus enim transeuntem filium
dauid et illuminemur a domino
dauid Ecce ergo quia magi sunt
non interrogauit iudeos et id

Fides huius transeuntis
illuminacionem

non responderunt quia discipuli esse
noluerunt. Ecce si nos interrogaret
quid responderemus. Defecerunt in
hac interrogatione iudei perscrutantes
vani non perturbentur sed eru-
diantur. Non enim dominus interro-
gat discere volens sed tamen
doctor interrogati docuit impe-
ri iudei. Tu dic nobis. Quanto melius
erit inflata taciturnitate discu-
pli quam humili confessione edo-
ceri. Dicat ergo nobis magister veni-
et videamus quid interrogavit
iudeos. Quid vobis videtur
de christo cuius filius est? Iudeis
quod iudei sed nos rema-
neamus. Ubi iudei recolamus
ewangelium quod credimus.
Liber generationis ihesu christi filii
david. Non quia interrogamur
concedat nobis christum esse filium
david quod memorie commendat
apostolus. Etiam hanc memor esto
christum ihesum resurrexisse a mor-
tuis ex semine david. Ergo in-
terrogemus et respondeamus. Quid
nobis videtur de christo cuius est
filius? Dicamus concordancia ea
vana david. Referat et doc-
tor et renovet nobis. Quid
ergo david in spiritu dicit eum
dominum: Dixit dominus domino meo
sede a dextris meis donec
ponam inimicos tuos sub pe-
dibus tuis. Quid nos dice-
mus? A te dicemus. Sunt autem
quia dicimus dicamus. In princi-
pio erat verbum et verbum erat apud
deum et deus erat verbum.
Omnia per ipsum facta sunt. Ecce domi-
nus david. Sed propter infirmitatem
nostram quia caro desperata iace-

bamus verbum caro factum est
ut habitaret in nobis. Ecce fi-
lius david. Certe tu in forma
dei cum esses non rapinam ar-
bitratus es esse equalis deo
ideo dominus david. Sed tamen
ipsum exinanivisti formam servi
accipiens inde filius david.
Deinque et in ipsa interrogatione
tua dicens: Quomodo filius eius
est? Non te negasti filium eius
sed modum quo id fiet inqui-
sisti. Dicis enim inquit david
dominum quomodo filius eius est? Non
rogo sed dic quomodo. Illi ergo ex
litteris quas legebant et non
intelligebant si in ista interro-
gatione recolerent modo re-
derent. Quid interrogas? Ecce vir-
go in utero concipiet et pariet
filium et vocabunt nomen
eius emanuel quod est inter-
pretatum nobiscum deus. Con-
cipiet virgo in utero. Virgo de do-
mo david pariet filium ut
sit filius david. Erant enim
ioseph et maria de domo et
patria david. Peperit ergo virgo
illa ut esset filius david. Et
illius quem peperit vocabunt
nomen eius emanuel nobiscum
deus. Ecce habes et dominum da-
vid. Aliquid nobis fortassis
exhibet re quomodo christus et filius
sit david et dominus david et
psalmus ipse intimabit. Audia-
mus ergo et percurremus cum pul-
semus pietatem ex torqueamus
caritate. David ergo ipse dicat.
Neque enim dominus contradicere licet
david inquit in spiritu dicat eum
dominum. Ipse ergo david de christo

quid dicat Iterum ipsi David psalmus
et ipse est notus titulus simpliciter
sine signo questionis sine
ullomodo difficultatis. Quid
ergo dicat David. Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis
donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum. Quid
est scabellum pedum tuorum
hoc est subpedibus scabellum
enim pedum subpedibus est.
Dixit inquit dominus domino meo.
Audivit hoc David. Audivit
in spiritu ubi nos quidem audivit
non audivimus sed loquentem
quod audivit et scribentem ac-
cepimus. Audivit ergo prius
audivit in quodam secretario
veritatis in quodam misterii
sacrario ubi prophete in occulto
audierunt quod in aperto predi-
caverunt. Ubi audivit David
qui cum fiducia magna dicit
Dixit dominus domino meo sede a
dextris meis donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. Videmus Christum sedere
ad dexteram patris post resur-
rectionem a mortuis et in celis
ascensione sua. Iam nec vi-
dimus sed credimus. In libris
legimus predicatum. Audimus
fide retinemus. Unde et ipse qui
erat filius David Christus factus
est dominus David. Illud enim quod
natum est ex semine David ita
honoratum est ut esset et dominus
David. Ita admiraris hoc
quasi et in rebus humanis ista
non fiant. Si enim contingat
filium eius quam regem fieri
patre privato nonne erit dominus
patris. Admirabilius est quod
potest contingere ut non solum rex
factus privati filius sit dominus pa-
tris sui sed et episcopus factus laici
filius sit patri pater sui. Ergo
et ipse quod carnem accepit
Christus quod in carne mortuus
est quod in eadem carne resur-
rexit quod in eadem ascendit
in celum et sedet ad dexteram
patris et in eadem ipsa carne sic
honorata sic clarificata dicitur
celestem habitum inmutata et
filius est David et dominus est
David. Videns enim hanc dispen-
sationem iusticie Christi co id
ab apostolo dicit propter quod exaltavit
eum a mortuis et donavit
illi nomen quod est super omne
nomen ut in nomine Ihesu omne
genu flectatur celestium terrestrium
et infernorum. Donavit inquit
nomen quod est super omne
nomen. Christo secundum hominem
Christo secundum carnem mortuo
resurgenti ascendenti donatur
nomen quod est super omne nomen
ut in nomine Ihesu omne genu
flectatur celestium terrestrium
et infernorum. Ubi erit David et
nos sit ei dominus in celo sit
in terra sit in infernis sit dominus
eius erit qui est dominus celestium
terrestrium et infernorum. Gaudeat
ergo nobiscum et David filii sui
nativitate honoratus domi-
natu liberatus et gaudens
dicat ut cum gaudentibus au-
diatur Dixit dominus domino meo
sede a dextris meis donec
ponam inimicos tuos scabel-
lum pedum tuorum. Sedens solum

in altis sed in occultis excellens ut
honorificis latens ut credatur
Quae enim esset merces fidei
nisi lateret quod credimus Merces
autem fidei est videre quod credidimus
antequam videremus Dicit autem
scriptura proclamat Iustus ex fide
vivit Non ergo esset iusticia
fidei nisi esset absconditum
quod praedicatum credimus et cre-
dendo ad videndum pervenimus
Quam enim multa multitudo dul-
cedinis tue domine quam ab-
scondisti timentibus te Ergo
abscondisti tu et remanserit
absit perfecisti autem sperantibus
in te Mirabile ergo ministerium Christi
sedentis ad dexteram dei sabl-
latum est ut credatur subtrac-
tum est ut speraretur Spe enim
salvi facti sumus Spes autem que
videtur non est spes Quod
enim videt quis quid sperat
Apostoli verba sunt recognoscitis
quidem sed ipse videns est mundo
Quod ergo ait apostolus spe inquit
salvi facti sumus Spes autem que
videtur non est spes Quod enim
videt quis quid sperat Si autem
quod non videmus speramus
per patientiam expectamus Quia
ergo videtur non est spes abscon-
disti dulcedinem timentibus
te Quia quod non videmus spe-
ramus et per patientiam expectamus
perfecisti sperantibus in te Denique
karissimi intenti accipite quod dice-
re sumus quia iusticia nostra ex fide
est et fide mundantur corda
nostra ut quod credimus verbis
videre possimus Utrumque enim
positum est et beati mundo corde

quia ipsi deum videbunt et fi-
de mundans corda eorum Quia
ergo hec est iusticia fidei credere
quod non vides et ipso merito
fidei ad visionem suo tempore
pervenire dominus in evangelio
cum promitteret spiritum sanctum hic ait
Ipse arguet mundum de peccato
de iusticia de iudicio De quo
peccato de qua iusticia de quo
iudicio ipse sequitur et exponit
coniecturas hominum non ad-
mittat De peccato quidem inquit
quia non crediderunt in me Cun-
cta alia peccata iudeorum et tamen
quasi hoc unum sit ita dixit
De peccato quidem quia non cre-
diderunt in me hoc est illud
peccatum de quo alibi dicit
Si non venirem peccatum non habe-
rent Quid est hoc si non veni-
rem peccatum non haberent Ergo
ad iniustos venisti et eos pecca-
tores fecisti Sed exceptis aliis
peccatis que possent remitti
per fidem hoc unum peccatum
nominavit quod si non admit-
teretur omnia relaxarentur De
peccato quidem ait quia non cre-
diderunt in me Et alibi Si
non venirem peccatum non haberent
Eo et enim ipso quo non venit
et non crediderunt in eum in-
ciderunt in peccatum Quod si non
inciderent omnia peccata cetera di-
mitti possent per indulgenciam
hoc impetratam per fidem Ergo
de peccato quia non crediderunt
in me de iusticia quia ad patrem
vado et iam non videbitis me
Hec est iusticia quia ad patrem
vadis et iam non vident te

Hec iusticia que ex fide est. Iustus enim ex fide vivit. Et tamen qui ex fide vivit si non videat quod credit. Cum ergo ad iusticiam pertinet ex fide vivere et ex fide nemo vivit nisi non videndo quod credidit ut ipsam iusticiam faceret in hominibus id est ut crederent. De iusticia inquit quia ad patrem vado et iam non videbitis me. Hec inquit erit iusticia vestra ut credatis in eum quem non videtis et fide mundati eum in quem credidistis in die resurrectionis postea videatis. Sedet ergo a dextris dei xpus a dextris patris filius in occulto est. Credamus et cum duas res hic dicat quia et dixit dominus sede a dextris meis. Et addidit Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum hoc est subpedibus tuis non vides xpm sedentem ad dexteram patris nec hoc potes videre quomodo ponantur inimici eius scabellum pedum eius cum hoc impletur in aperto crede illum esse in occulto. Cum inimici ponuntur scabellum pedum eius quibus inania meditantibus dicitur. Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terre et principes convenerunt in unum adversus et adversus xpm eius et dixerunt dirumpamus vincula eorum et proiciamus a nobis iugum eorum. Ne nobis dominentur ne nos sibi subiugent. Qui habitat in celis irridebit eos

Inimicus erit subpedibus eius aut adoptatus aut victus. Elige ergo quem locum habeas sub pedibus domini tui. Nam necesse est ut habeas aut gratie aut pene. Sedet ergo a dextris dei donec ponantur inimici eius subpedibus eius hoc fit hoc agitur. Fremuerunt enim gentes et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terre et principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus xpm eius. Nunquid fremendo numquid inania meditando numquid in unum adversus xpm conveniendo effecerunt ut non impleatur Dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre. Implebitur omnino et illis frementibus et illis inania meditantibus. Dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre. Illi cum inania meditantur ut autem impleatur dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre non nescio quis inanis locutus est sed dominus dixit audi me. Sed et nos hoc pro possimus dicere. Dixit non quibusque non illi qui fremunt et meditantur inania. Sed dominus dixit domino meo sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum fremant meditentur inania perstrepant. Nunquid non implebitur. Periit memoria eorum cum strepitu loquitur et alius psalmus sed non alius spiritus

periit memoria eorum cum
strepitu et dominus in eternum perma
net. Illo ergo qui memoria
eorum periit cum strepitu
in eternum permanet ipse dixit
dominus meo sede a dextris meis
Sedet enim a dextris patris etc.
donec ponat omnes inimicos
eius scabellum pedum eius
Et quod sequitur. ¶ Virgam vir
tutis tue emittet dominus ex syon
Apparet fratres evidentissime appa
ret non de illo regno Christi pro
phetam loqui quo semper reg
nat apud patrem verbum domini
quo per illum creata sunt om
enim non regnat in principio
verbum deus apud deum dicitur
enim Regi autem seculorum immor
tali invisibili incorruptibili
soli deo honor et gloria in secula
seculorum. Cum regi seculorum immor
tali invisibili incorruptibili
Dices enim quod et Christus est
cum patre immortalis invisi
bilis et incorruptibilis quia
verbum eius est et virtus eius
et sapientia eius et deus apud
deum per quem facta sunt omnia
rex est seculorum. Sed tamen
illud dispensatorium et tempo
rale quo nos per incarnationem
carnis sue vocavit in clarita
tem Regnum eius incipit a ca
nibus Sed regni eius non erit
finis. Ponuntur ergo scabellum
pedum eius inimici eius se
dentis a dextris patris. Po
nuntur ut dictum est. Id agitur id
usque in finem omnis peragitur ne
mo dicat non posse impleri
quod ceptum est. Quod enim

finem cepit desperans omnipotens
cepit omnipotens se promisit imple
turum esse quod cepit. Unde
autem cepit virgam virtutis tue
emittet dominus ex syon. Tunc syon
ita est ubi audi ipsum dominum
Oportebat Christum pati et resur
gere a mortuis tercia die. Nunc
sedet a dextris patris respi
ciendo ubi fuit. Deinde illo
sedente ad dexteram patris quid
agitur ut ponantur inimici eius
scabellum pedum eius. Quid
agitur audi illum dicentem
et exponentem. Et predicabitur
in nomine eius penitencia et
remissio peccatorum per omnes gen
tes incipientibus ab ierusalem. Quia
virgam virtutis tue emittet
dominus ex syon virgam virtutis
tue hoc est regnum potencie
tue quia reges eos in virga
ferrea emittet dominus ex syon
quia incipientibus ab ierusalem.
Cum ergo miserit ex syon
virgam virtutis eius quid
fiet et dominare in medio ini
micorum suorum. Prius dominare
in medio inimicorum tuorum in
frementes gentes. Nunquid
enim postea cum acceperint
honorem suum sancti et pena
dampnationem impii in medio
inimicorum suorum dominabitur. Et
quid mirum si tunc dominabitur
secum in celo regnantibus
iustis et eternis penis ardenti
bus impiis. Quid mirum sunt
modo in medio inimicorum tuorum
nunc in isto tempore seculorum
in ista propagacione et successio
ne mortalitatis humane nunc

dum torrens temporum labitur
Ad hoc directa est virga virtu-
tis tue ex syon ut domineris in me-
dio inimicorum tuorum. Dominare do-
minare fili david. Domine david
dominare in medio paganorum
iudeorum hereticorum falsorum fratrum
dominare in medio inimicorum tuorum.
Hunc versum nos recte intelligi-
mus si nos fieri iam videmus.
Vide ergo adventus dei occulta-
re ut crederis donec impleat
tempora gentium. Ut enim resur-
geres mortuus es ut ascen-
deres resurrexisti ut sedes
ad dexteram patris ascendisti.
Ergo ut ad dexteram patris
sederes mortuus es. De morte
enim resurrectio de resurrectione
ascensio de ascensione ad dex-
teram sessio. Hoc totum ergo
a morte cepit excellencia hu-
militatis principium est humili-
tatis. Te itaque sedente ad dex-
teram patris implentur tempora
gencium ponuntur inimici omnes
scabellum pedum tuorum. Et
ad hoc ut predicatur per vos domina-
beris in medio inimicorum tuorum.
Ad hoc enim virgam virtutis
tue emittet dominus ex syon. Sit
ante moreris et per mortem
tuam deleretur cirographum
peccatorum et predicaretur penitencia et
remissio peccatorum per omnes gentes
incipientibus ab ierusalem cecitas
iudeorum fecit illuminandis aliorum
cecitas inhitauit. Cecitas ex
parte israel facta est ut pleni-
tudo gencium intraret et sic
et omnis israel saluus fieret.
Cecitas ex parte in israel facta occi-

det te ortus resurrexisti
sanguine tuo peccata gencium
diluisti ad dexteram patris se-
dens undique pacientes et ad
te confugientes collegisti. Facta
est ergo cecitas ex parte in israel facta
est ut plenitudo gencium intra-
ret et sic omnis israel saluus fiet
et omnis inimicia scabellum pedum
tuorum. Sed hec nunc postea quid
¶ Tecum principium in die virtutis
tue. Qualis iste dies est virtutis
eius quando tecum illo principium
vel quod principium vel quo tecum
illo principium quando quid et
ipse principium adiungit dominus
ut nec michi dicere pertinebit
nec nobis audire. Video enim
quod iam factum est et nobiscum
video oculis fidei. Oculis quidem
carnis video quod iam fit
nunc super oculis fidei nobiscum
spero quod futurum est. Quid
ergo factum est quid fit quid futurum
est. Christus passus est mortuus
resurrexit tercia die ascendit
in celum ut nominus quadra-
gesimo die sedet ad dexteram
patris hoc iam factum est hoc
non vidimus sed credimus.
Quid nunc fit dominatur in medio
inimicorum suorum emissa virga
virtutis eius ex syon fit hoc
id agitur forma servi presente tunc
viderunt servi et absente nunc
credunt servi. Hoc credimus
de forma servi quam possimus capere
dum adhuc sumus servi. Hoc
est enim illud lac paruulorum quod
temperauit panem tituciens
panem vitam panis ille
angelorum in principio erat verbum

Ut tamen panem angelorum manducaret homo creator angelorum factus est homo. Ita nobis verbum incarnatum factum est receptibile quod capere non valebamus si filius equalis deo non se exinaniret formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Ut ergo utrumque capere possemus, cum quod non posset capi a mortalibus mortalis factus est ad mortales ut pacata sua morte faceret immortales et aliquid daret inspiciendum aliquid credendum aliquid post videndum. Inspiciendum dedit formam servi patribus non solum oculis videndam sed etiam carnalibus manibus pertractandam. Cum eadem forma ascendit in celum credere nobis iussit quod illis videre concessit. Sed et nos habemus quod videamus. Illi enim viderunt virginem emissam ex- pon nos videmus dominam in medio inimicorum suorum. Hoc totum fides pertinet ad dispensationem formam servi que tolerabiliter capitur a servis sed amatur a futuris liberis. Veritas enim incommutabilis quod est verbum dei deus apud deum per quem facta sunt omnia in se manens innovat omnia. Hanc ut videamus magna et perfecta cordis mundicia necessaria est que fit per fidem. Demonstrata enim forma servi dilata est demonstranda forma dei. Idem quippe in forma servi loquens servis ait: Qui diligit me mandata mea custodit et qui diligit me dili-

getur a patre meo et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi. Videntibus se promisit demonstrandum se. Quid videbant, quid promittebat? Videbant formam servi, promittebat formam dei. Ostendam inquit me ipsum illi. Ipsa est claritas ad quam perducet regnum quod modo tradit seculi huius colligit. Ducet enim ad quandam visionem ineffabilem quam non videbunt impii. Ceterum forma servi cum sic esset visa est ab impiis. Viderunt eam qui crediderunt, viderunt et qui occiderunt. Nec aliquid magnum putes formam videre illam. Viderunt amici, viderunt inimici, et quidam videntes interfecerunt, quidam non videntes crediderunt. Hanc ergo formam servi quam hic iam in humilitate viderunt pii et impii videbunt eum in iudicio pii et impii. Cum enim dominus ante oculos discipulorum suorum ferretur in celis sonuit vox angelica intuentibus eum: Viri galilei quid statis intuentes in celum? Iste Ihesus sic veniet quomodo eum vidistis euntem in celum. Veniet ergo sic in eadem forma qua de impiis dampnatus est. Videbunt in quem pupugerunt, videbunt iudicaturum quem contempserunt iudicatum. Ipsa itaque forma servi in iudicio comparebit iustis et impiis fidelibus et infidelibus. Quid ergo impii non videbunt? Iram de quibus dictum est videbunt in quem pupugerunt

de ipsis in visum deum est. Tolla-
tur impius ut non videat claritatem
dei. Quid est hoc fratres distincti-
us dicamus. Excitatur impius ut
aliquid videat tollatur impius
ut aliquid non videat. Jam quid
sit visurus ostendimus formam
illam de qua dictum est sic ve-
niet. Quid ergo non est visurus
et ostendam me ipsum illi. Quid
est me ipsum non formam servi.
Quid est me ipsum forma dei
in qua non rapinam arbitra-
tus sum esse equalem deo. Quid
est me ipsum dilectissimi nunc
filii dei sumus et nondum appa-
ruit quod erimus. Scimus quia
cum apparuerit similes ei eri-
mus videbimus eum sicuti est.
Hec claritas dei est ineffabilis
lux fons lucis sine mutabi-
litate veritas sine defectu
sapientia in se ipsa manens inno-
vans omnia hec substantia dei est.
Itaque tolletur impius ut non
videat hunc honorem domini.
Videbunt enim mundi corde quia ipsi
deum videbunt. Videtur ergo
michi fratres quantum mee capa-
citati dominus impertiri dignatur
de ipso tempore si tamen dicendum
est tempore. Quodam enim tempore
venturi sumus ad non tempus
inde michi videtur dictum quod
sine preiudicio dicam si quis
intelligere aliquid melius ex-
pediens probabilius possit inde
michi videtur dictum Tecum principium
in die virtutis tue. Denique hoc
quantum puto versu subsequenti
satis explanat. Nunc enim et
hic dicta est virtus eius qua

subiciat gentes iugo suo quia
stravit populos non ferro sed ligno
et si in carne et si in humilitate
et si adhuc quamvis similis for-
capitur tamen magna virtus
est quia quod infirmum est dei
fortius est hominibus. Virga ergo
dicta est et hic virtus eius quam
commendavit dicendo virgam
virtutis tue emittet dominus
ex Syon et dominare in medio ini-
micorum tuorum. Virga enim virtutis
eius dominans in medio ini-
micorum suorum persequentium nichil
contra eum valentium cottidie
sibi dicentium quando morietur
et peribit nomen eius.

Gloria eius super populos et in no-
mine eius subiciantur gentes
cum peccata iudicat et vastat creden-
tibus suis fundat et liberat.
Una ergo est et hec virtus eius
nolens propheta aliter commendare
virtutem eius sicut est virtus
dei et sapientia dei Christus in hunc
profectus incommutabilis veritatis
ad quam visionem deficimur
ad quam visionem fide munda-
mur. Ad quam visionem tollitur
impius ne videat gloriam dei
sine honore domini. Hoc ergo volens
dicere vel ostendere Tecum inquit
principium in die virtutis tue.
Quid est tecum principium
quodlibet pone principium. Si ipsum
Christum potius diceretur tu es
principium quam tecum principium.
Respondit enim interrogantibus
Tu quis es et ait principium
qui et loquor vobis. Cum sit
principium et pater de quo
unigenitus filius in quo

in principio erat verbum quia ver-
bum erat apud deum. Quid ergo
si et pater principium et filius prin-
cipium duo principia? Absit. Sic-
ut pater deus et filius deus
pater autem et filius non duo dii
sed unus deus, sic pater principium
et filius principium, pater autem et
filius non duo sed unum principium.
Tecum principium. Tunc videbimus
quomodo tecum sit principium. Nonne enim
et hic non tecum principium? non
enim tunc dixisti Ecce ictis quisque
ad sua et me solum relinquetis.
Dixistis sed non sum solus quia pater
mecum est. Et hic ergo tecum
principium. Dixisti enim et alibi
pater autem in me manens facit
opera sua. Tecum principium nec
umquam a te separatus est pater.
Sed quando videbitur tecum esse
principium tunc manifestum erit
omnibus similibus iam tibi factis
qui videbunt te sicuti es. Et
enim hic phillippus te videbat
et patrem querebat. Tunc ergo
videbitur quod nunc creditur. Tunc
tecum principium videntibus
sanctis videntibus iustis sublatis
de medio impiis ne videant
honorem domini. Quomodo enim credamus
fixe quod tunc videamus? Nam
et phillippus obiurgatus est
quod querere videre patrem cum
in ipso filio non agnosceret patrem.
Tanto tempore vobiscum sum
et non cognovistis me phillip-
pe qui me videt videt et pa-
trem. Sed qui me videt non
qui formam servi in me videt.
Cui ergo me videt quale me
abscondi timentibus me quale

me videndum perfeci sperantibus
in me videt et patrem. Sed gratia
ista visio post erit in illa.
Quid habebimus videamus quod
dicat phillippo qui dicebat qui
me videt videt autem et patrem.
Quasi ei phillippus tacite respon-
deret et quomodo te video sed aliter
videns qui forma servi aut
quomodo video patrem invalidus
homo mortalis pulvis et cinis.
Compatiens ad eum differens vi-
sionem imperans fidem qui
dicebat qui me videt et patrem
quia multum erat ad phillippum
et longe ab eo erat videre. Non
credis inquit quia ego in patre
et pater in me. Quod videre
non dum potes crede ut videre
merearis. Cum ergo venerit fiat
ut videamus tunc apparebit
tecum principium in die virtutis
tue virtus virtutis tue non
virtus infirmitatis tue quia
ibi virtus habent nunc homines
in fide in spe in caritate in bo-
nis operibus virtutes suas sed
habent a virtutibus mortales.
Tecum ergo principium debebes
cum pater in patre ut pater
tecum principium in die virtutis
tue scilicet virtutis tue quam
impius non videbit iram et
hoc infirmum tuum foranis est
hominibus et enim virtutis tue
tecum principium. De qua virtu-
te dicas? Respondet quia et hic
ut dicam est nominata est virtus
virtutibus eius cum emittitur
virga virtutis eius ex sion
ut dominetur in medio inimicorum
tuorum. De qua virtute dicis

In splendoribus sanctorum. In splendore in-
quit sanctorum. De ipsa virtute dicat
quando erit in splendore sancti
non quando adhuc terrenam carnem
gestantes et in corpore mortali
atque incorruptibili gementes
quod aggravat animam et de-
primit terrena inhabitatio sensum
multa cogitantem. Cum ipse co-
gitationes invicem non videntur
non hoc est in splendore sanctorum.
Sed quando est in splendore sanctorum?
donec veniat dominus et illuminet
abscondita tenebrarum et ma-
nifestabit cogitationes cordis
et tunc laus erit unicuique a deo
hoc erit in splendore sanctorum quia
tunc iusti fulgebunt in regno
patris sui sicut sol. Audite
enim quid sit hoc in splendore
sanctorum. Veniet inquit messis
veniet finis seculi mittet pater-
familias angelos suos et
colligent de regno eius omnia
scandala et mittent in caminum
ignis ardentis. Tunc iusti ful-
gebunt sicut sol in regno pa-
tris. In quo regno videte si vi-
sio quedam sonat de qua no-
bis datum est. Tecum principium in
quo regno utique in vita eterna.
Nam ad dexteram positis hoc
dicturus est: Venite benedicti pa-
tris mei percipite regnum quod
vobis paratum est ab origine
mundi. Deinde dampnaturus im-
pios segregatis iustis atque lau-
datis quid sequitur qui dixerat
percipite regnum? Tunc ibunt im-
pii in combustionem eternam iusti
autem in vitam eternam. Quod di-
xerat regnum hoc dixit vitam
eternam quo non ibunt impii.
Videte si quedam visio est vita
eterna ut cognoscant te so-
lum verum deum quem misisti
Ihesum Christum. Quia tecum principium in die
virtutis tue. Ergo tecum princi-
pium in die virtutis tue in splendo-
ribus sanctorum. Sed hoc differtur
hoc postea debitur. Quid nunc?
Ex utero ante luciferum genui
te. Quid hic? Si deus filium habet
numquid et uterum? Sed sicut carnis
corpora non habet sic nec sinum.
Dictum est tamen qui est
in sinu patris ipse narravit.
Qui est autem sinus ipse est uterus
et si non et uterus pro secreto
positus est. Quid est ex utero?
ex secreto ex occulto de me ipso
de substancia mea hoc est ex utero
quia generationem eius quis
enarrabit. Accipiamus ergo
patrem dicentem ad filium Ex
utero ante luciferum genui
te. Quid est ergo ante luciferum?
lucifer pro sideribus positus
est tamquam a parte totum signi-
ficante scriptura et eminente
stella omnia sidera quos fecit
sunt ut sint in signis et tem-
poribus et in diebus et annis.
Si ergo in signis et in temporibus
posita sunt sidera et lucifer
nominatus est pro sideribus quid
est ante luciferum hoc est
ante sidera hoc est ante tempora.
Si ergo ante tempora ab eternitate
Noli querere quando eternitas non
habet quando et aliquando verba sunt
temporum. De patre non est natus
in tempore per quem facta sunt
tempora. Dictum est ergo ut dica

oportuit significare prophetice ut et
nosceretur procreatio et substancia
et lucifer pro temporibus ponitur
ambas et ipsum david respiciens
qui dominum suum dixit filium suum
ut cum hoc diceret audivit a do-
mino suo ab illo audivit a quo
falli non potuit Et dixit iam
dominum suum quia dixit inquit
dominus domino meo sede a dextris
meis Et ipse loquitur ipsumque
sermo contextus est Si ergo ipse
loquitur forte ipse potuit dicere
Ex utero ante luciferum genui
te Ex utero virginali ex utero
ante luciferum genui te Si
cum illa verba dicens propagine
declarare david quod illo utero
natus christus tamquam ex utero
genitus ad illud Ex utero quo
masculus non accessit Ex utero
pro quibus viris ex utero quod solus
ex solo utero Ergo ex utero
inquit ille qui eum dominum suum
dixerat Ex utero ante luciferum
genui te Et hoc ipsum ante lu-
ciferum signat te diem et prae
diem et sic impletum Noctu
enim natus est dominus ex utero
virginis matre Indicant
testimonia pastorum qui vigi-
lias custodiebant super gregem suum
Ex utero ante luciferum genui
te Dixit dominus deus meus
sedens ad dexteram domini mei
unde et filius meus nunc quia
ex utero ante luciferum genui
te et quia natus es Iuravit
dominus et non penitebit eum
tu es sacerdos in eternum secundum or-
dinem melchisedech Si na-
tum ex utero de virgine intelli-
gimus ante luciferum noctu si-
cut ewangelia contestantur
procul dubio inde ex utero ante
luciferum ut esset sacerdos in
eternum secundum ordinem mel-
chisedech Nam secundum id quod
natus est de patre deus apud
deum coeternus gignenti non
sacerdos sed sacerdos propter carnem
assumptam propter victimam quam
pro nobis offerret a nobis acceptam
Iuravit ergo dominus Quid est iu-
ravit dominus ergo dominus iurat
qui hominem prohibet iurando
an forte ideo magis hominem
prohibet iurando ne in periurium
prolabatur Et ideo magis deus
iurat quia non potest esse periurus
homo enim qui per consuetudinem
iurandi potest lingua in periurium
prolabi bene prohibetur iurare Tan-
to enim longius erit a periurio
quanto erit longe a iurando
Deum enim iurat homo falsum
et verum iurare potest Deum autem
non iurat falsum iurare non
potest quia omnis non mentit Er-
go non iuret dominus cui deum
iuramentum promissionis est
firmamentum iuret omnino
Quid enim tu facis cum iuras
testaris deum hoc est iurare
deum testari Et ideo in mole-
stiam ne ad aliquam falsitatem
testem adhibeas deum Si
ergo tu iurando testaris deum
Cur ergo non et deus iurando
testetur se ipsum Vivo ego dicit
dominus iuratio est dei Sic iura-
vit de semine abrahe Vivo
ego dicit dominus quia audisti
vocem meam et non pepercisti

filio tuo unico propter me nisi benedicens benedicam te et implens implebo semen tuum sicut stellas celi et sicut harenam que est ad labium maris. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes et semen abrahe quod est xpistus. Ille semen abrahe accipiens carnem de semine abrahe erit sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. De sacerdocio ergo secundum ordinem melchisedech iuravit dominus et non penitebit eum. Quid de sacerdocio secundum ordinem aaron? Numquid penitet deum sicut hominem aut nolens cadit in aliquid ut faciat aut imprudens prolabitur ut postea eum de suo prolapsu peniteat? Scit quid agatur, scit quo adusque quid progrediatur. Unde in aliquantum in potestate rectorum est. Sed penitencia mutacio rerum significatur. Quando enim tu cum aliquid te penitet doles factum quod fecisti. Sic quando aliquid deus preter spem hominum, id est preter quam sperant homines, mutat, malum penitere se dicit usque adeo ut et de pena nostra peniteat eum si nos de vita nostra mala penituerit. Iuravit ergo dominus et iuramento firmavit. Non enim penitebit, non mutabit. Quid? Tu es sacerdos in eternum. Ideo in eternum quia non penitebit eum. Sed sacerdos secundum quid? Non quid erit ille hostie victime oblate a patriarchis, are sanguinibus et tabernaculum et illa veteris testamenti

sacramenta absit. Iam illa sublata sunt. Eius iam templo remoto illo sacerdocio perierunt et victime eorum et sacrificia. Hec nec iudei habent. Vident ipsi iam sacerdocium secundum ordinem melchisedech. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Fidelibus loquor. Sed quod non intelligunt cathecumini auferant pigriciam, festinent ad noticiam. Non ergo opus est misteria prodere; scripture nobis intiment quid est sacerdocium secundum ordinem melchisedech. Dominus a dextris tuis. Dominus dicebat: Sede a dextris meis. Nunc dominus a dextris eius. Quasi mutaverunt sedes? An forte sic potius: Iuravit dominus et non penitebit eum: Tu es sacerdos in eternum. Ad ipsum dictum est: Tu es sacerdos in eternum. Iuravit dominus. Cuius domini qui dixit domino meo: Sede a dextris meis. Ipse iuravit: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Et ad ipsum dominum qui iuravit sermo directus est: Dominus a dextris tuis. O tu domine qui iurasti et dixisti: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech, ipse sacerdos in eternum dominus est a dextris tuis. Ipse inquam sacerdos in eternum de quo iurasti dominus est a dextris tuis quia eidem domino meo dixisti: Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Iste ergo dominus qui est a dextris tuis de quo iurasti et cum iurasti

dicens Tu es sacerdos ineternum
secundum ordinem melchisedech
**Conquassavit in die ire sue
reges** Ipse utique xpistus dominus
a dextris tuis tu iurasti et
non penitebit te Quid agit sa
cerdos ineternum quid agit qui
est ad dexteram dei et interpellat
pro nobis tamquam sacerdos intrans
in interiora veli in sancta sanctorum in
secreta celorum ille solus non
habens peccatum et ideo faciliter
mundans a peccatis Ille ergo a dex
tris tuis conquassavit in die
ire sue reges Quos reges
quos reges queris excidit
tibi Astiterunt reges terre et
principes convenerunt in unum
adversus dominum et adversus xpistum
eius hos reges conquassavit
gloria sua et pondere nominis
sui infirmos reddidit reges
ut non possent efficere quod vo
lebant Conati enim sunt multum
delere nomen xpisti de terra
et non potuerunt quia qui offen
derit in lapidem illum con
quassabitur Offenderunt ergo
in lapidem offensionis et ideo
conquassati sunt reges Cum
dicunt quis est xpistus cum
dicunt nescio quis iudeus
nescio quis galileus sic con
temptus sic mortuus lapis est
ante pedes tuos quasi vilis
et humiliter conquassabit reges
Iudicabit in gentibus Quo
audi quid sequitur **Implebit
ruinas** Modo sic iudicat inge
tibus ut repleat ruinas ruina
qui in fine iudicabit dampna
bit ruinas Replent ruinas

Quas ruinas Quicumque quis ano
(?)ne eius timuerit cadet Qui
ceciderit curetur quod erat
ut edificetur quod non erat Iu
dicabit in gentibus replebit
ruinas Cumque quis contumax
es in xpistum capiunt turrem
in altum erexisti Bonum est
ut ipsam deiciat humilis red
dans sedens ad dexteram pa
tris pedibus proximam ut fi
at in te ruina construenda
Nam si permanes in mala al
titudine tunc deiceris quando
non edificaberis Et enim de ta
libus alio loco dicit scriptura
destrue eos et non edificab
eos procul dubio non diceret
de quibusdam destrues eos
et non edificabis eos nisi quos
dam ita destrueret ut edifi
caret Quod fit hoc tempore
quo xpistus in gentibus ita iudi
cat ut repleat ruinas Con
quassabit capita super terram
multa Hic super terram in hac
vita conquassavit capita
multa de superbis humiles facit
Et audeo dicere fratres mei uti
le est capite quassato sic hu
militer ambulare quam capite
erecto in iudicium eterne mortis
incidere Multa capita con
quassavit ruinas faciendo
sed replendo edificavit **De
torrente in via bibet propterea
exaltavit caput** Videamus
et in via bibentem de torrente
primus quis est torrens pro
fluxio mortalitatis humane
Dicitur enim torrens fluvialibus
aquis colligitur perstrepit currit

et currendo decurrit id est
cursum finit Sic enim omnis
iste cursus mortalibus nascuntur
homines vivunt moriuntur et alii
morientibus alii nascuntur
rursusque illis morientibus
alii oriuntur Succedunt acce-
dunt decedunt nec manebunt
Quid hic manet quid non
currit quid non quasi de plu-
via collectum it in abyssum
Quid enim fluvius repente
collectus de pluvia de guttis
imbrium it in mare nec appa-
ret nec apparebat antequam
de pluvia colligeretur Sic hoc
genus humanum de occultis
colligitur et perfluit morte
rursum in occultum pergit
Medium hoc sonat et transit
De hoc torrente bibit ille
non est dedignatus bibere
de hoc torrente Bibere ei
de hoc torrente illi erat
nasci et mori Hoc habet tor-
rens iste nativitatem et mor-
tem Suscepit hanc Christus
natus est mortuus est et ita de
torrente in via bibit Ex-
ultavit enim ut gigas ad cur-
rendam viam De torrente
in via bibit quia in via pec-
catorum non stetit Quia ergo
de torrente in via bibit propterea
exaltavit caput id est quia
humiliatus est et factus est
subditus usque ad mortem
mortem autem crucis propterea enim
deus exaltavit a mortuis
et donavit ei nomen quod est
super omne nomen et super omnem
creaturam ut in nomine ihesu omne
genu flectatur celestium terrestium
et infernorum et omnis lingua
confiteatur quia dominus ihesus
christus in gloria est dei patris
Explicit de psalmo centesimo
nono Incipit tractatus de psalmo
centesimo decimo [illegible]
Venerunt dies ut cante-
mus alleluia Adestote ani-
mis fratres ad percipiendam ut dominus
suggerit exhortacionem nostram
et instruendam caritatem
quia nobis inherere deo bonum
est Adestote animo cantato-
res boni filii laudis et glorie
sempiterne veri et incorrupti
dei Adestote intenti qui nos-
tis cantare et psallere in cor-
dibus vestris domino gracias semper
agentes in omnibus et lauda-
te deum hoc est enim alleluia
et hii quidem dies veniunt
et transeunt qui venturi tran-
sierunt et significant diem qui
non venit et non transit Quia
nec hesterno die preterit ut veniat
nec crastino urgetur ut tran-
seat ad quem sane nos cum
pervenerimus inherentes
ei nec nos transibimus Et sicut
quodam loco cantatur deo
Beati qui habitant in domo
tua in secula seculorum lauda-
bunt te hoc erit ocium nostrum
negocium hoc opus vacan-
cium hec accio quietorum hec cura
securorum Sicut enim dies isti
presentis diebus quadragesime
quibus ante resurrexionem
domini corporis nostri hominis sig-
nificatur meror sollempniter grata
hilaritate precedunt Sed dies

ille qui post resurrectionem
dabitur plenario corpori dm̄
hoc est sancte eccl̄ie cunctis
vite huius erumpnis atq; do
loribus perpetua beatitudine
succedet Hec aut̄ vita de nob
exiget continenciā ut etiā
cum labore atq; luctamine
ingemiscentes grauati et ha
bitaculum nr̄m quod de celo
est superinduere cupientes a se
cularibus delectatōibus
temperemus et significat qua
dragenario nūo quo et moy
ses et helias et ipse dominus
ieiunauit precipitur enim no
bis et a lege et a prophetis et
ab ipso ewangelio quod testi
moniū hēt a lege et prophetis
Unde et iam in monte int̄
utramq; personam medius
saluator effulsit ut ab oībus
mundi illecebris homines ob
stineant decem auditate
mētem tamquam ieiunio
temperancie refrenemus quā
dm̄ perfectio decalogi legis
tamquā psalteriū decem
cordarum predicatur eiusdē
mundi partes id est toto orbe
predicatur ut decem quatuor
ducta quadragenariū nūm
efficiant Quinquagenario
vero nūo post resurrectionē
dm̄ quo cantamus alleluia nō
cuiusdam temporis finis et
transitus sed beata illa significat
eternitas Cuius denariis
additus quadragenariis la
borantibus in hac vita fideli
bus merces illa persoluitur quā
et primis et nouissimis prefa

milias pater statuit equalem An
diamus itaq; plenū diuina
laude pectus ipsi dei Ecce
persona in hoc psalmo quēdā
exultantem felici exultacione
prefigurat et saturiente cor
de in amore dei populum scilicet
corpus xp̄i ab omī malo
ereptum psalmus sequitur

Confitebor tibi domine do
in toto corde meo Uiox
enim confessio peccatorum est
sed et laus dei de vocione
confessionis exprimitur Illa
luget hec gaudet illa me
dico vulnus ostendit hec de
sanitate gracias agit hec cō
fessio quendam significat
nō solum ab omī malo libe
ratum sed etiam a malignis
omnibus separatum Et ideo
videamus ubi confiteatur
dn̄o in toto corde In consi
lio inquit rectorum et congre
gatione Credo qui sedebunt
super duodecim thronos iudi
cantes duodecim tribus israel
Nullus cū iam inter eos
iniquus nullus iude furta
tolerantur Nullus symon
magus baptisatur spiritum no
lens emere dum cogitat ve
dere Nullus allexander
erarius multa mala ostendes
Nullus pelleo ouina tectus
falsa fraternitate subrepit
Inter quales nunc iuste est
eccā gemat et quales tunc
oportet cum omnes iusti congre
gabuntur concludat Magna
magna opera dm̄ exquisita
in omnes voluntates eius

pquas nullum confitentem
deserit nulla nullius est iniq
tas impunita qui flagellat
etiam omnem filium quem re
cipit Sed si iustus vix salvus
erit peccator et impius ubi pare
bunt Eligat sibi homo quelibet
Non sic constituta sunt opera
dni ut creatura in arbitrio libero
constituta creatoris superet volun
tatem etiam si contra eius fa
ciat voluntatem Non vult deus
ut pecces cum prohibet Tamen
si peccaveris ne putes hominem
fecisse quod voluit Sicut enim
vult ut homo non peccet ita
vult peccanti parcere ut revertatur
et vivat Ita vult postremo in
peccato perseverantem punire
ut iusticie potenciam contumax
non evadat Ita quidquid ele
geris omnipotenti non erit
unde suam deerit compleat
voluntatem Magna enim opera
dni exquisita in omnes volun
tates eius Confessio et mag
nificencia opus eius Quid ma
gnificencius quam iustificare
impium sed opus fortasse ho
minis prevenit istam magnificen
ciam dei ut cum fuit peccata
confessus iustificetur Descen
dit de templo iustificatus
publicanus magis quam
phariseus quia neque oculos
audebat ad celum levare
sed percuciebat pectus suum di
cens Domine propicius esto mihi
peccatori Hec est magnificencia
dni iustificacio peccatoris Cum
qui se exaltat humiliabitur et
qui se humiliat exaltabitur

Hec est magnificencia dei qui
cum plurimum dimittit plurimum
diligit Hec magnificencia dei
qui ubi habundavit peccatum sup
habundavit et gracia Sed for
tasse ex operibus Non ex operibus
inquit ne forte quis extollatur
Ipsius enim sumus figmentum
creatorum operibus bonis Iusti
ciam enim homo non operatur ut
iustificatus Credens autem in
eum qui iustificat impium
a fide incipit ut bona opera
non precedencia quod meruit
sed consequencia quod accepit
ostendant Unde ergo illa confessio
nondum quidem est opus iusti
cie sed delicti improbacio Sed
quomodo se habeat licet ipsa
homo dere glorietur ut qui glo
riatur in domino glorietur Quid
enim habes quod non accepisti non
ergo sola magnificencia qua
iustificatur impius sed et con
fessio et magnificencia opus
eius Quid est dicemus quia
cui vult miseretur et quem vult
obdurat Nunquid iniquitas
apud deum absit Iusticia
eius manet in seculum seculi
Tu autem homo de hoc solo
quis es qui respondeas deo
Memoriam fecit mirabilium
suorum Hunc humilians et
hunc exaltans memoriam
fecit mirabilium suorum res
nans oportune insitata
prodigia que infirmitas ho
minis novitati intenta me
minerit cum sint eius mira
cula cottidiana maiora Tot
per universum terrarum orbem dat

et nemo miratur arescat verbo
suam et stupefacta sunt corda
mortalium Sed memoriam fecit
mirabilium suorum hoc enim mira
culum maxime attentis cordi
bus inherebit quod assiduitas
non vile fecit Quid autem per ista
miracula nisi ut tenerent quid
posset prodesset timor nisi mise
ricors et miserator dominus
escam daret timentibus se Escam
que non corrumpitur panem qui
de celo descendit quem nullis
meritis dedit Et enim patres
primi ipsius mortui sunt ¶ Nemo ergo
talem escam daret nisi mise
ricors et miserator dominus Quod
si tantum dedit hunc iter vi
vum carnem suam peccator
iustificandus accepit Quid
in futuro iustus glorificandus
accipiet ¶ Memor erit in seculum
testamenti sui Nec totum dedit
qui pignus dedit ¶ Fortitudinem
operum suorum annunciabit populo
suo ¶ Non contristentur isti sancti
qui dimiserunt omnia sua et
secuti sunt eum ¶ Non contristentur
dicentes Quis non potest salvus
fieri Facilius intrat camelus
per foramen acus quam dives
in regnum celorum Annunciavit enim
eis fortitudinem operum suorum
Que enim hominibus difficilia
sunt deo facilia ¶ Ut det illis
hereditatem gentium Dictum est
enim adolescentes et preceptum divi
tibus huius seculi non superbe sa
pere neque sperare in incerto divicia
rum sed in deo vivo tunc facile
est quod hominibus difficile Se
cum multi nocua sunt se secu
para est hereditas gentium Sic
factum est ut etiam plurimi qui non
dimiserunt omnia sua in hac vi
ta ut sequerentur eum vitam etiam
ipsam pro nomine eius confessione
contempnerent et tamquam cameli
humiliantes se ad portanda ho
nera per strictum intrarent etiam
sicut per foramen acus per compun
gentes passiones angustias
ipse fecit hec tum omnia possibilia
sunt ¶ Opera manuum eius ve
ritas et iudicium Teneatur veri
tas ab hiis qui iudicantur hic
iudicantur martires et ad iudi
cium perducuntur Cum non solum
eos a quibus iudicati sunt sed
etiam angelos iudicent adversus
quos eis erat colluctatio Et
cum ab hominibus iudicari videntur
non separet a christo tribulatio
angustia fames nuditas
gladius ¶ Fidelia enim omnia
mandata eius Non fallit ex
hibet quod promisit Non tamen
hic expectandum est non hic
sperandum sed confirmata sunt
in seculum seculi facta in veritate
et iusticia Hoc verum et iustum
ut hic laboret ibi requiescat
¶ Redemptionem misit dominus
populo suo Unde autem redimuntur
nisi captivitate huius Non
ergo requies nisi in celesti pa
tria requiratur Dedit quidem
deus israelitis carnalibus terre
nam ierusalem que fuit cum filiis
suis Sed hoc vetus testamentum
est ad vetustatem hominis pertinet
Cum autem ibi figuram intelle
xerunt heredes etiam tunc novi
testamenti extiterunt Nostra

que sursum est ierlm libera est
que est mater nra eterna in cel
dextre aut illa re ipa pbatu
est victoria puenisse. Man
dauit quippe in eternum testamtu
suu. Sed quid michi nouu aut
heres quisquis esse nolueris
nolo te fallas nec terra trahe
tem lac et mel carnalit cogi
tes. Non amena pdia nec or
tos fructiferos et opacos nec
tale aliquid mediteris adipi
sci quale solet hic oculus aua
ricie concupisce. Cum enim
sit radix omni malorum cupidi
tas pimenda est ut hic con
summatur non differenda est ut
ubi satiet. Prim penas fugit
gehennes debita anteq videas
desideres penitencie tanc in
nantem. Sanctum et terribile
nomen eius. Delicijs aut
omnibus huius seculi quales
vel corporibus vel auge sic incla
plicare cogitando potes i mor
talium delicias materie concu
piscere sapiam. Sed inicium sa
piencie timor dni. Delectabit
illa et ineffabilit pculdubio
delectabit castis atqz eternis
veritatis amplexibus. Sed pri
tibi donanda sunt debita q
prima flagitanda. Inicium go
sapie timor dni. Bonus est
intellectus. Omnis negat sed
intellige et non facere periculo
sum est. Bonus est go facie
tibus nec extollat mentem
in supbiam. Cuius eni timor
est inicium sapie. Laus eius
manet in sclm scli. Et hec erit
prim hic finis si sicias sedes

qz precia. Illic inueniunt man
data fidelia confirmata in sclm
seculi. Ipsa est hereditas noui
testamenti mandata in eternum
Unam peci inquit a dno hanc
requiram ut inhitem in domo
dni omnib dieb vite mee. Bea
ti qui habitant in domo dni
in sclm scli laudabunt eum
Quoniam laus eius manet
in seculum seculi. Explicit de
psalmo centesimo decimo. In
cipit tractatus de ps° C° xi°

Credo quod attendistis
fres huius titulu psalmi
Et memorie qz mandastis
Conuersio inquit aggei et za
charie non enim erat in pphe
qui ista cantata sunt namqz
int tempus dauid et transmig
racionem ppli isrl in babilonia
xiiij generaciones numerant
dicit diuina scriptura maxime
qz matheus ewangelista testat
Ulsi aut templi renouacio
Sedem sancti Ieremie pphetam ex
illa transmigracione post annos
septuaginta pabat. Cum eni
cpleret sub dario rege babi
lonis impleti sunt spu sco
hij duo pphe aggeus et zacha
rias et ambo post inbitem
pphare intra dnm eum cepe
runt quod ad renouacionem
templi sicut tanto an pdictu
est ptinere videtur. Sed quis
quis corpalit gestis oculum
cordis infigit neqz inde in
gradum spualis intellcus ex
tenditur habitat cogitacione
in lapidibus templi quibus vi
sibilis fabrica manibus hominum

instructa consurgit Nec ipse
lapis vivus efficitur templo illi
accomodatus atque aptus quod
in suo corpore primum dominus figu
ravit cum ait Solvite templum
hoc et in tribus diebus suscitabo illud
Est enim corpus domini plenius
ipsa sancta ecclesia cuius caput ascen
dit in celum qui est maxime
lapis vivus lapis angularis
De quo beatus petrus dicit Ad
quem accedentes vivum ab hominibus
reprobatum a deo autem electum
et honorificatum Et vos ergo
tamquam lapides vivi edifica
mini in domum spiritualem in sacerdo
cium sanctum offerentes spirituales vic
timas acceptas deo per ihesum
xpistum Quia continet scriptura
Ecce pono in syon lapidem
angularem electum preciosum
Et qui crediderit in illum non con
fundetur Ergo ut fiat quisque
lapis vivus ad talem fabri
cam ydoneus spiritualiter intelli
gat templi renovacionem Ro
ruina veteri que in adam facta
est reparacione novi populi secundum
novum hominem atque celestem
Ut sicut portavimus ymaginem
terreni portemus et ymaginem
eius qui de celo est quo possimus
post omnes seculi etates tamquam
septuaginta annos qui in ista
te perfectionis iure pugnantur
et tamquam post captivitatem
longique peregrinacionis non ruinam
mole construi sed eterna immor
talitate solidari Spiritualem quippe
urbem non magis in decorem quam
incitam esse deputet Sicut enim
dicit apostolus Iam non estis peregrini

et inquilini sed estis cives
sanctorum et domestici dei Super edi
ficati super fundamentum apostolorum
et prophetarum ipso summo angulari
lapide ihesu xpisto In quo omnis
edificacio compacta crescit
in templum sanctum in domino
in quo et vos coedificamini
in habitaculum dei in spiritu sancto
Hoc est templum dei ad quod
pertinet sacramentum prophetacionis
aggei et zacharie Unde rursus
idem apostolus dicit Templum enim
dei sanctum est quod estis
vos Quisquis igitur se ad opus
huius edificacionis et ad spe
ciem firmeque compaginis
tamquam lapidem vivum
absque mundi ruinosa labe
condidit intelligit tytulum
psalmi intelligit compositione
aggei et zacharie Cantet
ergo que sequuntur non tam lingue
voce quam vite Erit enim edi
ficii perfectio ineffabilis pax
illa sapiencia cuius inicium est ti
mor domini Inde ergo incipiat
quem edificat ista composicio

Beatus enim vir qui timet
dominum in mandatis eius
volet nimis Viderit deus
qui solus et veraciter et mise
ricorditer iudicat quantum pro
ficiat in mandatis eius quia
temptacio est vita humana
super terram sicut sanctus Iob
dixit Et item scriptum est Quia
corpus quod corrumpitur aggra
vat animam et deprimit ter
rena inhabitacio sensum multa
cogitantem Cum autem dicat
nobis dominus Nec ante tempus

iudicare debemus donec veniat
dominus et illuminet abscondita
tenebrarum et manifestabit
cogitationes cordis et tunc
laus erit unicuique a deo. Vi-
deat ergo ille quantumcumque pro-
ficiat in mandatis eius tamen
volet nimis qui pace illius
coedificationis admanerit
nec iam desperare debet qui
in mandatis eius volet nimis
et pax in terra hominibus bone
voluntatis. Unde potens
erit in terra semen eius. Se-
men future messis opera ce-
[illegible] apostolus testis est qui
dicit: Bonum autem facientes
non deficiamus tempore enim
suo metemus. Et item ut ante
inquit qui parce seminat parce
et metet. Quid autem fructuosius
potentius quam ut regnum
celorum non solum Zacheus
emat dimidio rerum suarum
sed et vidua duobus minutis
et tandem ibi usque possideat.
Quid potentius quam idem
regnum et res aut divitie et
et calix aque frigide pauperi
valeat. Sunt autem qui ista
faciant dum terrena concupiscunt
aut sic incedunt sperantes a
domino et hominibus placere cu-
pientes. Sed generatio rectorum
benedicetur idest opera eorum
quos deus bonus deus Israel
quia recto sunt corde. Rectum
autem cor est non resistere patri
emendanti et credere pollicenti
non eorum quibus commoventur
pedes et effunduntur gressus
atque labuntur sicut in malo pro-

tantur dum zelant in peccatoribus
pacem peccatorum videntes et pu-
tant perire opera sua quia non
eis merces redditur presens.
At iste vir qui timet dominum
et in templum sanctum dei con-
fessione recti cordis aptatur
nec gloriam hominum querit nec
terrenas divicias concupiscit
et tamen gloria et divicie in
domo eius. Domus enim eius
cor eius est. Ubi deo laudante
opulentius habitat cum spe vi-
te eterne quam hominibus habita-
tibus in marmoratis laqueatis
tectis cum timore mortis
eterne. Huius enim iusticia manet
in seculum seculi. Ipsa eius glo-
ria ipse divicie. Illius autem pur-
pura et byssus et epule sple-
ndide et cum presto sunt transeunt.
Et cum ad finem venerunt
aque guttam in digito stil-
lante desiderans ardens lin-
gua clamabat. Exortum est
in tenebris lumen rectis cor-
de. [illegible] dirigunt cor in do-
minum [illegible] ambulant cum deo
suo recti preponentes eius vo-
luntatem sibi neque de sua que-
[illegible] superbe presumentes opera
meminerunt enim fuisse se aliquando
tenebras nunc autem lux in domino.
Misericors et miserator et iustus
dominus deus. Delectat quod
misericors et miserator. Sed
terret fortasse quod iustus dominus.
Nulla desperatione formides
beatus vir qui times dominum et in
mandatis eius voles nimis.
Esto securus [illegible] incommoda
Ita enim iustus est dominus deus

ut iudicium illi sine misericordia fiat
qui non fecit misericordiam Iocundus
homo qui miseretur et commo-
dat Non enim eiecit deus ab
ore suo tamquam insipiens
Dimittite inquit et dimittetur
vobis date et dabitur vobis
In eo quod dimittis ne dimittaris
ibi misereri in eo quod das ut
detur tibi commendes Quamvis
enim generali nomine omnis misericordia
dicatur qua miseris subvenitur
interest tamen ubi non impen-
ditur nec sumptus pecunie nec
corporalis labor industriam
sed ignoscendo quod inter quisque
peccat et tuorum gratis compa-
res veniam peccatorum Hec duo
benignitatis officia ignoscendorum
peccatorum et beneficiorum eroga-
dorum sicut in ewangelio quod commemo-
ravimus est dimittite et dimit-
tetur vobis date et dabitur vobis
Hic iusto arbitror esse distincta
Quamvis homo qui miseretur et
commodat Ne pigri adhuc simus
fratres Clamat querit qui deprecatur
vindicari Sed attende quod
scriptum est Melior est qui vincat
iram quam qui capit civita-
tem Item divicias querit qui
non vult dare pauperibus Atten-
de quod scriptum est Habebis the-
zaurum in celo Non ergo eris inglo-
rius ignoscendo quia de ira
victa laudabilius triumphatur
Non egebis tribuendo quia
thezaurus celestis civibus pos-
sidetur Hunc ipsum parturiebat
illa superior gloria et divicie
in domo eius Cum hec ita
faciat disponit sermones suos

in iudicio Sed ipsa sermones sunt
quibus in iudicio defendetur
Quod ei non erit sine misericordia qui
ipse fecit misericordiam Eum metum
non commovebit In memoria
eterna erit iustus Cum ad dex-
teram segregatus audiet Ve-
nite benedicti patris mei perci-
pite quod vobis paratum est ab
origine mundi Neque enim aliquid
illic eorum nisi opera vite comme-
morantur Audient ergo Venite
benedicti patris mei quia generacio
rectorum benedicetur Hic in
memoria eterna erit iustus
et ab auditu malo non timebit
Quid dicet hijs qui a sinistris
sunt Ite in ignem eternum qui
paratus est dyabolo et ange-
lis eius Itaque qui hic non sua
querunt sed que Ihesu Christi labo-
res pacientissime sustinet
promissa fidenter expectat Para-
tum est cor eius sperare in domino
Neque illis temptacionibus
frangitur Confirmatum est cor
eius non commovebitur donec
videat super inimicos suos In-
imici eius hic videre bona no-
lunt et cum eis invisibilia
promittentur dicebant Quis
ostendit nobis bona Confirmetur
ergo cor nostrum nec commoveatur
donec videamus super inimicos
nostros Illi enim nolunt videre
bona hominum interiora nondum
Nos credimus videre bona domini
interiora nondum Sed magnum
est confirmatum habere cor et
non commoveri cum illi gau-
dent qui amant quod videtur
et insultant ei qui quod non

videt separat Et non commovebitur
donec videat et ipse non deor-
sum quod inimici eius sed sur-
sum super inimicos suos quod
oculus non vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascen-
dit que preparavit deus diligen-
tibus eum Quantum valet
hoc quod non videtur et emitur
tanto quantum quisque habere
potuerit propter hoc et ille spar-
sit dedit pauperibus non vide-
bat et emebat Sed ille the-
saurum servabat in celo quem
emere et scire in pauperibus
dignabatur interea non minor
est igitur si iusticia eius ma-
net in seculum seculi custode
illo qui condidit secula Cornu
eius exaltabitur in gloria Cuius
humilitas a superbis contempne-
batur Peccator videbit et
irascetur Sera illa sit atque in-
fructuosa penitencia iram irasce-
tur magis quam sibi cum dicet
Quid nobis profuit superbia et
diviciarum iactancia quid contulit
nobis videns cornu eius ex-
altari in gloria qui dispersit et
dedit pauperibus Dentibus
suis fremet et tabescet Ga-
lilee erit ploratus et stridor
dencium Non enim fremet
et remiscet sicut fiet si op-
timus eum tempore penitet Sed
tunc penitebit cum cum de-
siderium peccatorum peribit in illo suc-
cedente solacio peribit deside-
rium peccatorum peccator cum transierit
omnia tamquam umbra Cum
feno arescente flos decidet
Verbum autem domini quod manet

in eternum sicut flos vero vani-
tate decisum est sic eorundem
verborum inferiorum predicacioni super-
videbit etc. Explicit de psalmo
centesimo xi Incipit tractatus
de psalmo centesimo xii° etc.

Nostis fratres et sepissime
audistis in ewangelio
dominum dicentem Sinite parvulos ve-
nire ad me talium est enim
regnum celorum Et iterum Nisi
quis receperit regnum dei sicut
puer non intrabit in illud Et
multis aliis locis dominus noster
singularis humilitatis exemplum
superbiam vetere hominis ad
informandam humilem vitam
similitudine puerilis etatis
attingit Quapropter dilectissimi
cum cantari auditis in psal-
mis laudate pueri dominum
ne arbitremini ad vos istam
exhortacionem non pertinere iam
quia pueriam corporis super-
gressi vel iuvenili decore
virescatis vel senili honore
canescatis omnibus enim vobis
dicit apostolus Nolite pueri effi-
ci mentibus sed malicia par-
vuli estote ut mentibus
perfecti sitis Qua malicia
maxime nisi superbia Ipsa enim
de inani granditate presumens
non hominem ambulare per ar-
tam viam et intrare per angustam
portam Puer autem facile in-
trat per angustam Et ideo ne-
mo nisi ut puer intrat in regnum
celorum Quid autem superbie
malicia detinus que presentem
non vult habere nec dum iram
se ipsum e Inicium superbie hominis

apostotare adeo sicut se ad
versus precepta divina tuendis
cervicibus erigente et suam
virgo domini resistente dicite fra
gite comminute atque consumite
¶ Laudate pueri dominum laudate
nomen domini Illa enim prostrata
et contricta cohorte infancium
et lactancium perficit laus Illa
oppressa atque deleta qui gloriatur
in domino glorietur Non cantat
ista qui cognoscentes deum
non sicut deum glorificaverunt
aut gratias egerunt Hec laudant
illi et dominum Non enim pueri sunt
Nomen suum pocius predicari
volunt et non laudant nomen
domini Itaque evanuerunt in cogi
tacionibus suis et obscuratum
est insipiens cor eorum et di
centes se esse sapientes stulti
facti sunt Voluerunt nomen
suum altissime et dittissime
diffamari cito ipsi in angusta
ab trusi sunt Dominum enim decet
semper et ubique predicari Semp
er predicetur ¶ Sit nomen domini
benedictum ex hoc nunc et usque
in seculum Ubique predicetur A so
lis ortu usque ad occasum lau
date nomen domini Querat ex
me aliquis puerorum sanctorum
laudancium nomen domini et
dicat michi Ecce usque in seculum
accepis usque incetum Cum autem
ex hoc et non ab ante hec et
ante omnia secula sit nomen
domini benedictum in secula Vide
bo puerulo qui non estimacione
querit vobis di. domini capi
vobis di. laudate nomen domini
Sit nomen domini benedictum

Sit a nobis nomen domini benedic
tum ex hoc utique ex quo nobis
dicitur Incipitis enim laudare
sed sine fine laudate Ex hoc
ergo et usque in seculum sine fine
laudate ne dicatis incipimus
quidem laudare dominum quia
pueri sumus sed cum summus
magnique fuerimus nos ipsos
laudabimus Non sic pueri
non sic Propterea dicit dominus per ysa
yam Ego sum et usque dum
senectatis ego sum Ipse ipse
laudandus est qui est Laudate
pueri ex hoc laudate senes
et usque in seculum quia se
nectus vestra canescit quidem
canus scipie et albescit sed
incanus vetustate marcescet
aut quia hoc loco humilitate
videtur pocius significare
puericia cui contraria est
vana et falsa superbie magni
tudo et ideo dominum isti pueri
non laudant quia superbi eum
laudare non noverunt Sit
senectus vestra puerilis et pue
ricia senilis id est ut nec sa
piencia vestra sit cum superbia nec
humilitas sine sapiencia ut lau
detis dominum ex hoc nunc et usque
in seculum Quatinus in primi
tiis sanctis ecclesia Christi diffunditur
laudate nomen domini hoc est
cum apostolis ortu usque ad occa
sum ¶ Excelsus super omnes
gentes dominus Gentes homines
sunt quid mirum si super homines
excelsus est dominus Illi super
se excelsos quos colunt ocu
lis vident in celo fulgere so
lem et lunam et stellas cul

creature sunt deserentes
creatorem. Sed non solum est
excelsus super omnes gentes
dominus, verum eciam super celos
gloria eius. Celi super se suspiciunt
eum et similes eum secum ha-
bent constituti carne infra
celum. Quis enim sicut dominus
deus noster qui in altis habitat
et humilia respicit? Quisquam
putaverit quod in altis celis
habitet unde et humilia terrena
respiciat. Ad humilia respiciat
in celo et infra. In quibus ergo
altis habitat unde humilia respi-
ciat in celo et infra? An in qui-
bus altis habitat eciam ipsa
humilia respicit? Sic enim exal-
tat humiles ut non faciat super-
bos. Itaque et in altis habitat
quos exaltat facitque sibi
eos celum, hoc est sedem suam,
et eos tamen non superbos sed
semper subditos intuendo et
ipsos celos humilia respicit in
quibus excelsus habitat. Ysaias
enim propheta ita loquitur:
Hec dicit altissimus in excel-
sis habitans in eternum, nomen ei deus
altissimus in sanctis requiescens.
Exposuit quid dixerit
in excelsis habitans; hoc enim pla-
nius est locutus: In sanctis
inquit requiescens. Et qui
sunt sancti nisi humiles qui
pueri laudant dominum? Itaque ad-
iungat: Et pusillanimis dans
magnanimitatem et dans vi-
tam qui in humilitate cordis
sunt. In quibus sanctis requie-
scit humilis pusillanimis dat
magnanimitatem dans utique

magnanimitatem excelsos facit
in quibus requiescit in excel-
sis. Sed quia pusillanimis dat
magnanimitatem, eadem excelsa
in quibus habitat humilia respiciat.
Sed quia humilia inquit respi-
ciat in celo et infra, excitavit
nos eciam querere utrum est eadem
in celo que infra, an alia in
celo alia infra humilia respi-
ciat deus noster. Si enim eadem, indubie
quemadmodum hoc intelligam
secundum apostolum dicentem: In carne
enim ambulantes non secundum car-
nem militamus, arma enim
milicie sed potencia deo sunt.
Ergo potencia nisi quia spiritualia
deo. Cum itaque apostolus et in
carne ambulet et spiritualiter
militet, non mirum si humilitas
eius et in celo respiciatur per
spiritus libertatem et infra per
corporis servitutem. Idem quippe
alio loco dicit: Nostra enim con-
versacio in celis est. Ipse enim
dicit optimum sibi esse dissol-
vi et esse cum Christo, manere autem
in carne necessarium inquit propter vos.
Proinde qui intelligit et con-
versacione apostoli in celis et in car-
ne mansionem in terris simul,
oportet intelligat dominum deum nostrum
in excelsis sanctis habitantem quem-
admodum eosdem sanctos
humiles sibi et in celo respiciat
cum que sursum sunt sapiunt
qui spe resurrexerunt cum Christo,
et infra cum nondum soluti
sunt carnis vinculis ut tota
vita sua possint esse cum
Christo. Si vero alia dominus deus
noster humilia respicit in celo et

alia interra Credo quod in ce
lo iam respicit quos vocavit
et habitat in celis interra aut re
spicit et quos vocat ut ha
bitet Istos enim possidet cele
stia cogitantes illos excitat
terrestria sompniantes Sed
quia difficile optinemus ut
possint et ipsi iam similes qui
non sub pedum iugo diu pia
vincula innexerunt quod quid
similia isto loco ut sic intelli
gamus ptotum textum psal
dine admonent hic Est
alius intellectus quem incar
cantas vera considet Celos
nunc significari arbitror eos
qui sedebunt super duodecim
thronos et cum deo iudica
bunt Terre autem nomine cete
ram multitudinem benedictorum
qui constituentur ad dexteram
ut propera nunc collaudati
recipiantur a beis in tabernacula
eterna quos amicos sibi dema
mona iniquitatis nichilominus in te
mortalitate fecerunt Eis quippe
dicit apostolus Si nos vobis spiritua
lia seminavimus magnum est si
nos carnalia metamus Quod
etiam hiis verbis dici potest Si nos
nobis celestia seminamus magnum
est si terrena metamus
In celo ergo respicit celestia se
minantes interra aut terrena red
dentes Tamen similes et hos
et illos similia enim respicit
in celo et interra quia meminie
runt utrique qui fuerunt priam
maliciam quod sancti sunt per dei
graciam Neque enim illis tantum modo
dicit vas electionis Fuistis

enim aliquando tenebre nunc aut lux
in domino Et iterum gratia estis salva
ti per fidem et hoc non ex vobis
sed donum dei est non ex operibus
ne forte quis extollatur sed
etiam ipsum adiungit consequenter
dicens Ipsius enim sumus figmen
creati in operibus bonis dicit
etiam seorsum de ipsis qui re
spiciuntur in celo Fuimus enim et
nos inquit nature filii ire sicut
et ceteri Et iterum fuimus inquit
et nos stulti aliquando incredu li
errantes servientes desideriis
suis et voluptatibus variis
in malicia et invidia agen
tes abhominabiles invicem odio
habentes Cum autem benignitas
et humanitas illuxit salutaris
dei nostri non ex operibus iusticie
que nos fecimus sed secundum suam
misericordiam salvos nos fecit per la
vacrum regeneracionis Ecce hu
milia que respiciuntur in celo
Spirituales enim sunt omnia iudi
cant Sed tamen humiles ancemie
iudicantur Quod de ipso singula
riter non ne talia sunt que co
memorat qui dicit non sum magis
ydoneus vocari apostolus quia
persecutus sum ecclesiam dei sed
misericordiam consecutus sum quia
ignorans feci in incredulitate
Deinde post istos versus alibi
ait in psalmo Ipsius Quis
sicut dominus deus noster qui in altis
habitat et humilia respicit in ce
lo et interra volens docere nos
quam in celo humiliat cum iam
spirituales magni et iudicaturi
sedibus digni tali significent
eloquiis subiecit statim Cum

erigit activa inopem et de ster-
core erigit pauperem ut collo-
cet eum cum principibus cum prin-
cipibus populi sui. Hoc itaque di-
ligenter esse similiter capitula
cortellor inops sub Christi excel-
si cruciatus cum collocetur fide-
lis dominice pecunie dispensator
cum principibus populi sui. Cum
nos sessurus sit in duodecim
sedibus et angelos quoque iu-
dicaturus. Activa tunc inops
erigitur et de stercore pauper
exaltatur. An forte non est
exaltatus de stercore qui ser-
viebat desideriis et volupta-
tibus variis. Sed forte cum ista
iam dicet non erit inops non
erit pauper. Cum adhuc geme-
rit gravatus contemplativus quod
de celo est suspendium cupiet
cui ne forte se extollat cola-
phizat et sibi datur angelus sa-
thane stimulus carnis sue.
Altus est quidem habitante ipse
domino et lectus cum sponso in
summitate omnia et altitudinis
dei. Itaque in celo est. Sed et
in celo domus humilia respicit.
Quid ergo fratres si iam audivimus
humilia que in celo sunt exal-
tata de stercore ut ipsi collo-
carentur cum principibus nichil-
ne consequenter audiemus de hu-
milibus que in terra respicit
dominus pauciores enim sunt
illi anime iudicaturi cum domino
plures autem iste quas recipit
in tabernacula eterna. Cum enim
tota frumenti massa in compa-
racione semente palee paucos
habere videatur per se tamen conside-
rata copiosa est. Multi enim
deserte magis quam eius que ha-
bet virum. Multi filii eius que per
gratiam in senectute concepit quam
eius que ab ineunte etate legis
vinculo maritata est. Ego
quidem dico in senectute concepit
intuens sanctam matrem nostram
unde respicit que ponis gentes
nunc est fidelium. Nunc autem ipsa
est apud ysaiam videte quo-
modo iam maturis nec eius
que peperit aliquem et tamen
quid ei dicat. Dicent inquit in
auribus tuis filii tui quos ami-
seras. Angustia nobis est in
isto loco. Fac itaque nobis lo-
cum in quo commoremur. Dices
tu tecum in corde tuo. Quis ge-
neravit michi istos cum sciam
me esse sine filiis et viduam.
Quis ergo istos educavit me-
cum enim derelicta et sola, hii
autem michi ubi erant. Hoc
ergo parte ista dicat ecclesia
que videtur nichil parere in
istis turbis que non dimiserunt
omnia sua ut sequerentur dominum
ut sederent super duodecim thro-
nos. Sed quam multi in eadem
turba facientes sibi amicos
de mammona iniquitatis propa-
ne ad dexteram stabunt. Non
solum ergo erigit de stercore
quem collocet cum principibus
populi sui. Sed etiam habitare
facit sterilem in domo matrem
filiorum letantem. Qui in altis
habitat et humilia respicit in
celo et in terra. Semen abrahe
sicut stellas celi statuit sub
lune in supernis sedibus collocat

et sicut harenam in litora maris
misericordem atque in numera-
multitudinem a salsis fluctibus atque amaritudine impia
segregat. Explicit de psalmo centesimo xii. Incipit de psalmo centesimo decimo iii. recta

Legimus quod notissimum
quod retinemus dilectissimi
fratres quid narratur in libro
exodi populum israel liberatum ab illa
qua dominatione egyptiorum me-
divisos fluctus maris transisse
pedibus iordanem quoque flu-
vium cum terram intrarent pro-
missionis intrarent tractum
pedibus sacerdotum archam domini
portantium stetisse desuper
infrenato lapsu ab inferiore autem
parte defluxisse quo curre-
bat in mare donec in ipso
stantibus sacerdotibus transiret
populus universus. Quamvis hec
licet tamen arbitrari nos cum
hunc psalmum cum nunc illa
pronunciato cantatoque audimus
id agere spiritum sanctum ut preterita
illa gesta recolentes nequaquam
futura talia cogitemus. Illa
enim sicut dicit apostolus in figura
contingebant eis. Scripta autem
sunt propter nos ad correptionem
nostram in quos finis seculorum
obvenit. Cum igitur audimus
in psalmo In exitu israel de egyp-
to domus iacob de populo barbaro
facta est iudea sanctificatio
eius israel potestas eius. Mare vidit
et fugit iordanis conversus est
retrorsum. Ne arbitremur nobis
narrari preterita sed potius fu-
tura predici. Nam illa quoque

miracula cum in illo populo fie-
rent presentia quidem sed non sine
futurorum significatione gerebantur.
Ideoque ut videtur qui psallendo
ista predicebat eadem se vobis
agere que illic figuram agebatur.
Uno eodem quia spiritu operante et illa
facta et hec dicta sunt ut id
quod in fine seculorum manifestandum
res significabat figuram rerum atque ver-
borum precurrentibus nunciaret.
Non eo modo omnia dixit quo
gesta sunt. Sed aliter quedam
quam illic lecta didicimus
ne vere putaretur transacta reco-
lere cum ventura provideret. Primo
enim iordanem ipsum non retrorsum
esse retrorsum sed stetisse le-
gimus ab ea parte qua desuper
influebat cum populus illud tran-
siret. Deinde gestientes mon-
tes colles quod non legimus. Unde
sequitur ut etiam omnia ista re-
petat. Nam cum dixisset ma-
re vidit et fugit iordanis
conversus est retrorsum continuit
montes gestierunt velut arie-
tes et colles velut agni ovium.
Eadem quia rursus interrogat.
Quid est mare quod fugisti
et tu iordanis quare conversus
es retrorsum montes quia
gestistis velud arietes et col-
les velud agni ovium. Attendamus
ergo quid admoneamur quia
et illa facta figure nostre fue-
runt et hec dicta ut nos ipsos
recognoscamus hortantur. Si
enim gratiam dei que data est
nobis firmo corde retineamus
nos sumus israel semen abraha.
Hoc nobis dicit apostolus. Ergo

abrahe semen estis Quia sicut
alio loco dicit Non in circumcisio
ne sed in prepucio deputata est
abrahe fides ad iusticiam et
signum accepit circumcisionem sig-
naculum iusticie fidei que est
in prepucio ut deputetur et illis
ad iusticiam ut sit pater circumci
sionis hiis qui non solum ex circum
cisione sunt sed hiis qui sectantur
vestigia fidei que est in prepucio
patris nostri abrahe Vos enim non
enim carnaliter circumcise genti
tum modo fratribus est pater tam dauid
est patrem multarum gencium posui
te Multarum autem non quarundam
sed omnium Quod apte dicitur cum
adiungitur Et benedicentur in te
omnes gentes Nullus itaque va
norum se nomine ipsius arbitretur
extraneum Illis enim qui credi
derunt ex vndecim inquorum in
principaliter apostolos videmus in
angulari lapide copulamur
Sicut ait dominus alio loco Habeo
alias oves que non sunt de hoc
ovili oportet me et eas adducere
ut sit unus grex et unus pas
tor Plus ergo Esau magis
ipse quam iacob Illa non turba
iudeorum que in suo perfidie rep
lata est voluptate carnali
vendidit primogenita sua ut
non ad iacob sed ad esau potius
pertineret Dicens namque in hoc
in spiritu dominum esse quia maior
fuerit minori Egyptus autem qui
interpretatur afflictio vel affligen
te vel comprimente sepe ymagi
gine ponitur hinc scilicet aquo
spiritualiter recedendum est ne simus
dicentes iugum cum infidelibus

Sit enim quisque vir licet celestis
sit tamen ydoneus tamen primum
huic seculo renunciavit Quia ad
modum ille plus ultra promissio
nibus dici non potuit nisi prius ab
egypto recederet Sed sicut ille non
inde discessit nisi divino liberatus
auxilio Sic nemo corde ab hoc
seculo abiit nisi divino munere
adiutus Quod enim illic semel
prefiguratum est hoc in isto fine
seculi viget Sicut beatus iohannes
scribit hora novissima cottidianis
certe fratribus in vno quoque credente
complet Audite apostolum doctorem
gencium docentem et instruentem
volo enim vos inquit ignorare
fratres quia omnes patres nostri
sub nube fuerunt et omnes mare transi
erunt et omnes in moyse bap
tizati sunt in nube et in mari
et omnes eundem cibum spiritualem
manducaverunt Et omnes eundem
potum spiritualem biberunt
Biberunt autem de spirituali sequenti
eos petra Petra autem erat christus
Sed non in omnibus eorum illis bene com
placuit deus prostrati enim sunt
in deserto Hec autem figure nostre
facte sunt Quod multis amp
lius fratres karissimi certe manife
stum est non humana presumpcione
sed apostolica id est divino et divino
inspiracione Deus enim loquebatur
in eis et quamvis de carneis
nubibus tamen dominus intona
bat Certe ergo tanto testimonio
manifestum est illa omnia fi
gurate gesta in nostra salute
compleri Quia tunc futura
pronunciabant nunc preterita leguntur
et presencia cognoscuntur Audite

quod est mirabilius librorum
veterum sacramenta occultata
atque velata non nulla ex parte
a libris veteribus revelari. Nam
canticas prophetia ita loquitur: Secundum
dies inquit profectionis illorum
ex Egipto ostendam mirabilia
illis. Videbunt naciones et con
fundentur ab omni vigore eorum.
In manibus ora sua obstruent, au
res illis obsurdabuntur. Delinge
tes terram sicut serpentes trahe
tes terram conturbabuntur de con
clusionibus eorum. In dominum
deum nostrum accidunt mente
et timebunt a te. Quis deus tuus
simul auferens iniquitatem et
transgrediens impietatem reli
quiis hereditatis tue et non con
tinuit in testimonium iram suam
quoniam volumptarius et misericors
est. Ipse convertet et miserebi
tur nostri, demerget delicta nostra
in maris profundum omnes culpas
nostras. Tempore adventus fratres
manifestius hunc apud sacro
sancta misteria. Iugiter enim
in istis psalmi quamvis futura
intueatur mirabilis prophete spiritus
tamen videtur velut transacta
narrare: Facta est inquit in
dea sanctificatio eius; mare
vidit et fugit; et factum est et
vidit et fugit preteriti temporis
verba sunt. Et conversus est Ior
danis et gestierunt montes
et commota est terra eodem modo
preteritum sonat. Sine prejudicio
tamen intelligendi futura.
Alioquin contra evangelicum
testimonium cogimur etiam
illa non de futuro pronunciata

sed de preterito commemorata intel
ligere. Diviserunt sibi vestimenta
mea et super vestem meam mi
serunt sortem. Ecce quamvis
verbis preteriti temporis dicta sunt
id tamen prenunciaverunt quod tan
to post futurum in passione domini
complectitur. Sed tamen de
illis propheta iste que commemora
ni grossa corda limavit et
intelligenda de preteritis rebus
gestis futura innuitur. Quid
dicit. Ut non solum apostolica auc
toritate figuras nostras illas
fuisse credamus sed nec ab
ipsis prophetis hoc premissum esse
ut etiam eorum eloquio pan
deretur ut videntes atque gau
dentes certa ac secura de the
zauro dei et nova et vetera
concordia sibimet consentancia
proferamus. Cum enim tempus
egressum populi illius ex Egipto
et tanto ante ista esse tempora
ac que commemoratum teneret
tamen se futura predicere sine
ulla dubitatione testatur.
Secundum dies inquit profectionis
eorum ex Egipto ostendam
mirabilia illis. Videbunt na
ciones et confundentur. Hoc est
quod dictum est hic: Mare vidit
et fugit. Si enim hic per verba
preteriti temporis sicut est vidit
et fugit occulte futura predicantur,
videbunt certe et confundentur
quando futuri temporis verba sunt.
Quis audeat de rebus preteritis
cogitare et paulo plus nobis
hostes nostros qui nos fugien
tes ut inimicerent sequebantur
id est delicta nostra sicut Egipcios

in mari obrutos ita in baptismo mersa et extincta luce clarius intimat dicens: Christus voluntarius ait et misericors est ipse convertetur et miserebitur nostri. Demerget delicta demerget in maris profundum omnes culpas nostras. Quid est Christum qui vos cognoscitis israhelitas secundum semen abraham qui estis domus iacob secundum promissionem heredes cognoscite eciam vos exisse de populo barbaro qui confessione pietatis vos a blasphemiis gentium secrevistis. Non est enim lingua nostra sed barbara que deum laudare non novit. Tunc vos cantatis alla facta est enim iudea sanctificatio eius in nobis. Non enim qui in manifesto iudeus est neque que in manifesto in carne est circumcisio. Sed qui in occulto iudeus in circumcisione cordis. Interrogate ergo corda vestra si ea circumcidit fides si purgavit confessio in nobis facta est iudea sanctificatio eius in nobis ipsius potestas eius. Dedit enim nobis potestatem filios dei fieri. Iam nos recordetur unusquisque vestrum cum deo vellet cor applicare eius quod suave iugo recedens ab astimus ignorancie sue desideriis devotum animum subdere carnalibus quod huius mundi studiis relictis atque abiectis in quibus sine fructu laborabat tamquam in egipto lateres subdita dominacione diaboli facit audita voce domini dicentis Venite ad me omnes qui laborastis nunc et onerati estis et ego vos reficiam. Si posset hiis despectis atque abiectis sublevem Christi sarcinam currere. Recordetur ergo unusquisque vestrum quemadmodum omnia secularia impedimenta cesserunt dissuadencium voces aut cumpere non ause sunt aut considerato Christi nomine potestas exaltato et honorato tremefacte siluerunt. Ergo mare vidit et fugit ut tibi sine contradictione ad libertatem spiritualem panderetur via. Iordanis autem quemadmodum retrorsum conversus sit nolo contra nos queratis nobis aliud aliquid suspicemini. Increpat autem dominus quosdam qui dorsum ad eum posuerunt et non faciem. Et quicumque principium suum deserit et a suo creatore aufugit tamquam flumen in mare labitur huius seculi amaricantem maliciam. Bonum ergo illi est ut retrorsum convertatur fiatque deus illi facies redeunti quem sibi a tergo posuerat et fiat illi retro mare huius seculi ante faciem cum illuc labebatur effecerat et sic obliviscatur ea que retro sunt et in ea que ante sunt extendatur quod iam valde est e contrario. Nam quod antequam converteretur si ea que retro sunt obliviscebatur dominum obliviscebatur quia ipsum retro fecerat ad quem dorsum posuerat. Et si in ea que ante sunt extendebatur in seculum extenditur quia ipsum sibi ante faciem posuerat quo [illegible] vivebat. Iordanis ergo illos

significat quos gratiam baptismi
perceperunt Et sic iordanis con
uersus est retrorsum Cum illi conuer
tuntur ad dominum ut cum iam re
tro non habeant sed reuelata
facie gloriam domini speculantes
in eandem ymaginem transforme
mur a gloria in gloriam Montes
gestierunt velut arietes fide
les dispensatores verbi veritatis
sancti apostoli sancti ewangelii
predicatores Et colles velut agni
ouium Hii sunt quibus dicitur
in christo ihesu per ewangelium ego
uos genui Hii sunt quibus dicitur
non ut confundam uos scribo
sed ut filios meos carissimos
moneo Hii sunt de quibus dicitur
afferte domino filios arietum Atten
dite pontus terras qui nostis
ista uidemini et gaudete atque
cantate domino deo nostro Attendi
te ista compleri per omnes gentes
que ante tam longa tempora
figurate gesta atque predicta
sunt Interrogate et dicite
Quid est mare quod fugisti
et tu iordanis quia conuersus
es retrorsum Montes qui ge
stientes velut arietes et col
les velut agni ouium Quid
ostulimus quod tua impedimenta
gesserunt quid tot milia
toto orbe fidelium hunc mun
do renunciauerunt quod ad no
strum dominum conuersi sunt quid
quod gaudetis quibus in fi
ne dicitur Uenite benedicti pa
tris mei percipite regnum quod
uobis paratum est ab origine
mundi Respondebunt nobis
hec omnia nobisque ipsi responde
bitis nobis A facie domini commo
ta est terra a facie dei ia =

cob Quid est a facie domini ipsi
cius presentia qui dixit Ecce
ego uobiscum sum usque ad con
summationem seculi Commota est
enim terra Sed quia male pigra
remanserat commota est soli
dius firmaretur a facie domini
Qui conuertit petram in stagna
aquarum et rupes in fontes
aquarum Se ipsum enim et quandam
suam duriciam liquefecit
ad irrigandos fideles suos
ut fieret in eis fons aque
salientis in uitam eternam
Quia prius cum ignoraretur
durus uidebatur Unde illi
turbati sunt et non perpetua
uerunt donec spiritus apostolis
influeret atque inundaret in eos
qui dixerunt Durus est hic
sermo quis potest eum audire
Ista duricia ista petra con
uersa est in stagna aquarum
et ista rupes in fontes aquarum
cum resurgens exposuit
eis incipiens a moyse et omnibus
prophetis quia sic oportebat christum
pati Et misit spiritum sanctum de
quo dicebat Si quis sitit
ueniat et bibat Non nobis
domine non nobis sed nomi
ni tuo da gloriam Ista quippe
ista erumpentes aqua de petra
Petra autem erat christus non quasi
operibus precedentibus data est
sed miserante illo qui iustifi
cat impium Et enim christus pro
impiis mortuus est ne ullam
suam homines sed nominis dei
quererent gloriam Super misericordiam
inquit et ueritatem tuam Hec
duo misericordiam et ueritatem adduxit
in sanctis scripturis quam sibi
sepe iungantur Iusta quippe

nia vocavit iniquos et inbe
atitate indicat eos qui vocati
venire noluerunt Nequando dicant
gentes ubi est deus eorum
In novissimo enim apparebit
ira eius et veritas quando
apparebit signum filii hominis
in celo et tunc plangent omnes
tribus terre et dicent ubi
est deus eorum cum eis non ad
huc credendus predicatur sed iam
tremendus ostenditur. Deus
autem noster in celo sursum non in
celo quem solem et lunam vide
rit opera dei que colunt sed
in celo sursum quod transcendit
omnia corpora celestia et ter
restria nec sic est in celo deus
noster quasi subtracto celo rui
nam sine sede formidet
In celis enim et in terra omnia
quecumque voluit fecit nec in
diget operibus suis tamquam
in eis collocetur ut maneat
sed in sua eternitate persistit
in qua manens omnia que
cumque voluit fecit in celis et
in terra neque enim iam eum
portabant ut ab eo fieri pos
sent que ipse fecit enim por
tare non possent Ergo in quibus
est ipse tamquam indigenda
continet non ab eis tamquam
indigens continetur. Hinc sic
intelligatur in celis et in terra
omnia quecumque voluit fecit
vel in superioribus sive inferiori
bus ipsi sui voluntariam
gratiam suam constituit ne
quis de operum suorum initiis glo
rietur. Etenim sive montes ge
stiunt velut arietes sive col
les velut agni ovium a fa
cie domini commota est terra

nec tremens sordibus peccatorum re
manet Explicit sermo primus
Incipit sermo secundus 2o
Quamquam fortasse omnem
psalmorum sit una conte
xtio diligenter intuentibus
ita ut nullus sequatur qui non
superiori possit adiungi. Tamen
istum ita comprehendimus tamquam
utraque unus sit iste sed ac su
perior Nam et cum nullo dam
esset Non nobis domine non
nobis sed nomini tuo da gloriam
Super misericordiam tuam et verita
tem tuam nequando dicant gen
tes ubi est deus eorum. Etenim
invisibilem deum colimus
qui nullorum corporeis oculis
cordibus autem paucorum mundi
ssimis notus est tamquam non
possunt dicere gentes ubi est deus
eorum quia ipsi possunt ostendere
oculis deos suos primo amonitt
operibus sentire potentiam dei
nostri quia cum sit in celo sursum
in celo et in terra omnia quecumque
voluit fecit et quos si dicere
ostendent gentes deos suos
Simulacra inquit gentium
argentum et aurum opera
manuum hominum id est quamvis
deum nostrum carnalibus nostris
oculis non possimus ostendere
quem per opera intelligere debui
stis nolite tamen seduci a va
nitatibus vestris quia nos ea
que colitis digito potestis
ostendere multo quippe hone
stius non habetis quod posse
tis ostendere quam ut in ea
quod istis oculis a nobis osten
ditur vestri cordis cecitas osten
datur. Quid enim ostenditis nisi
aurum et argentum Habet

quid et aerea et lignea et sic
alia simulacra et huiusmodi
altius quam materie Sed preciosum
eorum maluit commemorare
spiritus sanctus quia tum eo quisque
quod illi carius est erubuerit
multo facilius auertitur a veneratione
tone melior Nam dictum est alio
loco scripturarum de simulacrorum
cultoribus dicentes ligno pater
meus es tu Et lapidi tu me
genuisti Sed ne sibi pruden
cior videatur qui hoc non ligno
et lapidi dixerit sed auro et
argento sic aspiciat hic au
rem cordis intendat Simula
cra gentium argentum et aurum
non abiectum aliquid et asper
nabile nominatum est et ei quod
animus qui terra non est terra est
et aurum et argentum Est spe
ciosior atque fulgencior non so
lidior atque firmior Noli ergo
addere manus hominis ut precioso
metallo quod fecit verus
deus velis facere falsum deum
immo falsum hominem quem
pro vero venereris deus Quem
quisquis pro vero homine tam
quam respicit insanivit Conat
enim et affectu quodam infirmo
rapit infirma corda fidelium
mortalium forme similitudo
et membrorum imitata compago
Sed sicut fabricata singula
ostendis sic ostende officia sin
gulorum quorum te effigies O
humana vanitas adorabit
Os enim habent et non loquentur
oculos habent et non videbunt
aures habent et non audient
nares habent et non odorabunt
manus habent et non palpa
bunt pedes habent et non am
bulabunt non clamabunt in fau
cibus suis Iam quo artifex
melior est eis qui ea potuit
membrorum motu atque officio
fabricari Quem tamen artifi
cem te utique pudet adorare
melior et tu quamvis ea non
feceris quia que illa non possunt
facis Melior et bestia adhuc
enim additum est non clamabunt
in gutture suo Nam cum
superius dixisset Os habent
et non loquentur quid opus erat
postquam a capite usque ad
pedes membra decursa sunt
de faucium clamore repetere
nisi credo quia illa que de
ceteris membris commemorabat
communia esse hominibus belui
sentimus Nam et vident et
audiunt et olfaciunt et am
bulant et quedam sicut simie
manibus contrectant illud
autem quod de ore dixerat proprium
est hominis quia bestie non lo
quuntur Nequit ad sola humano
membrorum opera referret que
dicta sunt et duo genera
solos homines ante poneret
post omnia subdidit dicens
Non clamabunt in faucibus
suis quod nisi hominibus
pecoribus quam commune est Quod
si primo dixisset tamen ab
ore cepit membra percurrere
Os habent et non loquentur
cuncta etiam sic ad naturam
hominis referrentur nec facile
ibi quidquam de communione fe
rarum sensus audientis auertet
Cum vero illud et
dixit quod hominis proprium est
et post enumerationem ceterorum
quam commemoratis pedibus

esse innasse videbatur adiungit
non clamabunt in faucibus
suis lectorem vel auditorem
fecit intentum Ut dum quid
tur additum sit admoniti se
inveniat simulacrorum gentium
non tantum homines sed et iam
beluas debere preponere Ut si pu
det adorare bestiam quam
fecit deus videntem audientem
adorantem contractantem
ambulantem clamantem in fau
cibus suis videret quam pu
dendum esset adorare mu
tum et caretismata sensuque
simulacrum tamen ad hoc similitudo
membrorum ut anima carnalibus
sensibus dedita quibus inveniatis
atque animate forme applica
ret affectum cum ea videret
que in suo corpore viva atque
animata Muta ergo melius
viventes atque serpentes et id ge
nus animancium colerent que
ceteris de simulacris gentium
si ita dicendum est quodammodo
indicavit In quibus quia non
senciunt humanam vitam non
curant humanam figuram
Itaque in hiis plerique nidificant
et nisi humanis motibus deterre
antur in illa sibi habitacula in
nuciora conquirunt Movet
ergo se homo et in mente bestia
ipso deo deterret et illum non
se movente quasi potentem
colit a quo meliorem deterruit
deterruit enim videntem ceco
audientem surdo clamantem
muto ambulantem ab inmobili
sencientem ab insensato viven
tem a mortuo plus deteriore
quam mortuo Mortuum qui
ppe sicut manifestum est

non vivere ita manifestum
non vivere ita manifestum
est aliquando vixisse Quapropter
deum qui nec vivit nec vixit
perfecto et mortuus cum cedit
omnibus hoc manifestum fratres
dilecti quid evidencius quibus
puer interrogatus non hoc etiam
esse videat quod simulacra
gencium os habent et non lo
quentur oculos habent et non vi
debunt et cetera que divinus
sermo contexuit Cur ergo tanto
opere spiritus sanctus curat scripturarum
plurimis locis hec insinuare
atque inculcare velut nescien
tibus quasi non omnibus apertissima
sint atque notissima nisi quia
speciem membrorum significat qua
naturaliter in animantibus in
venimus videre atque in nobismet
ipsis sentire consuevimus Qua
quam ut illi asserunt in signo
aliquo fabre facta atque emine
ti collocata suggestu cum
adorari atque honorari multi
tudine ceperit parit unius
cuiusque sordidissimum erroris
affectum ut quoniam in illo fig
mento non invenit vitalem motum
credat numen occultum Effi
giem tamen viventi corpori
similem seductus forma et
commotus auctoritate quasi
sapiencium institutorum obsequen
tiumque turbarum sine vivo aliquo
habitatore esse non putat Hinc
et mala demonia ad possiden
da gencium simulacra talis
hominum affectus invitat quorum
presencia varia fallacia et mor
tifera fermantur et multipli
cantur errores ab aliis atque
et contra ista divine littere

evigilant ne quisquam eum in ipsa fuerint simulacra non hoc visibile colo sed numen quod illic invisibiliter habitat. Ipsa quoque numina in alio psalmo eadem scriptura sic dampnat: Quoniam dii gencium inquit demonia. Dominus autem celos fecit. Dicit et apostolus: Non quod ydolum sit aliquid sed quoniam que immolant gentes demoniis immolant et non deo; nolo vos socios fieri demoniorum. Videntur autem sibi purgatioris esse religionis qui dicunt qui dicunt nec simulacrum nec demonium colo sed effigiem corporalem eius rei signum intueor quam colere debeo. Itaque interpretantur simulacra ut alii dicant significari terram unde templum solent appellare Telluris; alii mare sicut Neptuni simulacrum; alii aerem sicut Iunonis; alii ignem sicut Vulcani; alii luciferum sicut Veneris; alii solem, alii lunam, quorum simulacris eadem nomina sicut Telluris imponunt; alii illud alii illud vel illam aut illam creaturam, neque cuncta enumerare sufficiamus. De quibus rursus cum coagitari ceperint quod corpora colant maximeque terram et mare et aerem et ignem quorum nobis usus

nam de celestibus quia non modo ea corpore contrectare atque contingere nisi colorum radiis non valemus non ita erubescunt audent respondere non se ipsa corpora colere sed que illis regendis president numina. Itaque apostoli una sententia pena istorum

dampnacionemque testatur. Qui transmutaverunt inquit auctoritatem [veritatem] Dei in mendacio et coluerunt et servierunt creature potius quam creatori qui est benedictus in secula. Nam priore parte huius sententie simulacra dampnavit posteriore autem interpretaciones simulacrorum. Effigies enim a fabris factas appellando nominibus earum rerum quas fabricavit deus transmutant veritatem Dei in mendacium. Res autem ipsas pro diis habendo et venerando serviunt creature potius quam creatori qui est benedictus in secula. Quis autem adorat aut orat simulacrum intuens qui non sic afficiatur ut ab eo se exaudiri putet ab eo sibi prestari quod desiderat speret. Itaque homines talibus supersticionibus obligati plerumque ad ipsum solem dorsum ponunt et preces fundunt statue quam solem vocant et cum sonitu maris a tergo feriantur Neptuni statuam quam pro mari colunt quasi sencientem gemitibus feriunt. Hoc facit enim et quodammodo extorquet illa figura membrorum ut animus vivens in sensibus corporis magis arbitretur sentire corpus quod suo corpori simillimum videt quam rotundum solem undas quoque diffusas et quidquid non eisdem liniamentis formatum conspicit quibus illa formata sunt que viventia videre consuevit. Contra hunc affectum quo humana et carnalis infirmitas facile capi potest cantat scriptura Dei res valde

notissimas quibus commemo-
ret tamquam excitet mentes
hominum in consuetudine cor-
porum dormientes. Simulacra
inquit gentium argentum et au-
rum. Sed deus facit aurum
et argentum. Opera inquit ma-
nuum hominum. Hoc enim vene-
rantur quod ipsi ex auro argen-
toque fecerunt. Sed enim et nos
plerique instrumenta et vasa
ex huiuscemodi materia vel me-
tallo habemus in usum celebran-
dorum sacramentorum que ipso
ministerio consecrata sancta dicun-
tur in eius honore cui pro salute no-
stra inde servitur et sunt profec-
to etiam ista instrumenta
vel vasa quid aliud quam
opera manuum hominum. Verumptamen
numquid os habent et non loquentur.
numquid oculos et non videbunt.
numquid hiis supplicamus quia
per ea supplicamus deo. Illa ma-
xime causa est impietatis
insane quod plus valet in affec-
tibus miserorum inventi similis
forma que sibi efficit supp-
licari quam quod eam manifestum
est non esse viventem ut de-
beat a vivente contempni
plus enim valent simulacra
ad curvandam infelicem animam
quod os habent oculos habent
oculos habent aures habent
nares pedes manus habent
quam ad corrigendum (ad curvend*um*) quod non loquentur
non videbunt non audient
non odorabunt non contrectabunt

non ambulabunt. Itaque sequitur
ut illud quoque fiat quod est
in hoc psalmo sequitur nam similes
similes illis fiunt omnes qui fa-
ciunt ea et omnes qui confidunt
in eis. Videant ergo isti apertis
et sentientibus oculis adorant
clausis et mortuis mentibus
nec videntia nec adorantia
simulacra. Domus autem israel
speravit in domino. Spes enim que
videtur non est spes. Quod
enim videt quis quid sperat.
Si autem quod non videmus
speramus per patientiam expectamus.
Sed ut perducet usque in finem
ipsa patientia adiutor eorum et
protector eorum. An forte spirituales
a quibus carnales instruuntur
in spiritu mansuetudinis quia
ipsi tamquam superiores pro inferio-
ribus supplicant iam vident
et illis iam res est que adhuc
inferioribus spes est. Non est ita.
Nam et domus aaron speravit
in domino. Ergo etiam ut ipsi perseverant
currant donec apprehendant
in quo et a quo apprehensi sunt
et cognoscant sicut et cogniti
sunt adiutor eorum et protector
eorum est. Utrique enim timent do-
minum et speravit in dominum ad-
iutor eorum et protector eorum
est. Utique enim maioribus nostris
nos precurrimus manum dei. Sed
dominus memor fuit nostri et bene-
dixit nobis. Benedixit domui
israel benedixit domui aaron.
Utrosque autem benedicens benedixit

etiam timentes dominum. Querit
quos utrosque videret pusillos
cum magnis hoc est domum
israel cum domo aaron. Eos
utique qui ex ipsa gente credi
derunt in salvatorem dominum
quia non in omnibus illis bene
placuit deo. Sed si quidam
illorum non crediderunt numquid
incredulitas eorum fidem dei
evacuavit. Neque enim omnes
qui sunt ex israel hii sunt israel
neque qui sunt semen abra
ham omnes filii. Sed sicut scrip
tum est reliquie salve fac
te sunt. Secundum prophetam enim eorum qui
inde crediderunt dicitur. Nisi
dominus sabaoth reliquisset
nobis semen sicut sodoma
facti essemus et sicut gomor
ra similes fuissemus. Sed id
semen quia sparsum per eras
multiplicatum est. Dixerunt
enim magni de domo aaron.
Adiciat dominus super vos super
vos et super filios vestros. Et ita
factum est. Accesserunt enim etiam
de lapidibus suscitati filii ab
raham. Accesserunt oves que
non erant de hoc ovili ut fiet
unus grex et unus pastor.
Accessit fides omnium gentium
et crevit numerus non solum sa
pientium antistitum sed etiam
obedientium populorum. Adiciente
domino non solum super patres
qui ad illum in christo tetendes
imitatores fuerunt sed etiam

super filios eorum qui patrum
via vestigia sequerentur. Ita
sicut ait ille. Hiis quos per evangelium
in christo genuerat imitatores
mei estote sicut et ego christi.
Adiciat itaque dominus non solum
super montes gestientes sicut
arietes sed etiam super colles
gestientes sicut agni ovium.
Unde hiis utrisque magnis et
pusillis montibus et collibus
arietibus et agnis dicit propheta
quod sequitur. Benedicti vos
domino qui fecit celum et terram.
Tamquam diceret benedicti vos
domino qui vos fecit celum in
magnis terram in pusillis.
Sed celum non istud visibile
plenum luminaribus ad hos o
culos pertinentibus. Celum
et enim celi domino qui erexit
sublimavit quosdam sanctorum
lucentes in tantum ut nulli
hominum sed ipsi deo sint do
cibiles sicut in manus celi com
paratione quod carneis ocul
cernitur terra dicenda est quam
dedit filiis hominum ut eius
consideratione sine abea parte
qua super illustrat sicut est
hoc quod dicitur celum sine
abes quod superiter illustratur
cui ipse terra nomen est cum
totum sicut commemoravimus
in illius comparatione quod
celum celi dicitur terra sit. Terram er
go istam totam dedit filiis
hominum ut eius consideratione

quantum possunt conciant cre-
atorem que infirmus adhuc
cordibus suis isto connectitur
animaculo videre non possunt
Est et alius intellectus a quo
dissimulare non debeo verborum
istorum quibus dictum est Celum
celi domino terram autem dedit fi-
liis hominum ut ab eo quod
diximus non recedat intencio
Diximus enim magnos et
pusillos significari eciam eo
quod adiectum est Benedicti
vos a domino qui fecit celum
et terram Si ergo magnos celi
pusillos autem terre nomine
accipimus quoniam pusilli crescen-
do futuri sunt celum et in
ipsa spe lacte nutriuntur Hic
sunt illi magni celum tene-
bant parvulos nutriunt ut eciam
celum celi se esse intelligant
dum cogitant in qua spe p-
arvuli nutriuntur Sed tamen quia
illi non ab homine neque per hominem
sed ipsius domini ceperunt sinc-
eritatem veritatem quam sapiencie
acceperunt parvulos futuros
quod celum ut celum celi
se esse sciant adhuc tamen
terram cum dicunt Ego plan-
tavi apollo rigavit sed deus
incrementum dedit Ipsis enim
filiis hominum quos fecit celum
terram dedit in qua operantur
qui noverunt terre providere per celum
vacant ergo et celum et terra
in deo suo qui fecit ea et vi-
vant deo confitentes ei et
laudantes eum vivam si esse
velint sine morimur Sicut
scriptum est A mortuo quasi
non sit perit confessio Sed
non mortui laudabunt te
domine neque omnes qui descen-
dunt in infernum Clamat alio
loco scriptura peccator cum venit
in profundum malorum contempnit
Sed nos qui vivimus benedicimus
dominum ex hoc nunc et usque in seculum

Explicit de psalmo centesimo
xiiij Incipit tractatus de psalmo
centesimo decimo quarto etc.

Dilexi quia exaudiet dominus
vocem deprecacionis mee
Cantet hoc anima que pere-
grinatur a domino Cantet hoc ovis
illa que erraverat Cantet hoc
filius ille qui mortuus fuerat
et revixit perierat et inventus
est Cantat hoc anima nostra
fratres et filii karissimi erudiamur
et permaneamus et cum sanctis
ista cantemus Dilexi quoniam
exaudiet dominus vocem depre-
cacionis mee Numquid ista di-
ligendi causa est quoniam dominus ex-
audiet vocem deprecacionis
mee Et non pocius ideo dili-
gimus quia exaudivit aut
ideo diligimus ut exaudiat
Quid est ergo dilexi quoniam ex-
audiet An quia dileccionem
spes solet accendere dilexisse
se dixit quoniam speravit exaudi-
turum se deum vocem depreca-
cionis sue Unde autem hec spe-
ravit Quoniam inclinavit in-
quit aurem suam michi et
in diebus meis invocavi ergo
ideo dilexi quoniam exaudiet
Ideo exaudiet quoniam inclinavit
aurem suam michi Sed unde
scis o anima humana quod
inclinavit deus aurem suam
tibi nisi dicas credidi Manent
ergo tria hec fides spes caritas
Quia credidisti sperasti quia sperasti

dilexisti Jam si quiceram unde
crediderunt animam inclinasse
sibi aurem domini sui idone re-
spondebit quia dilexit nos
et filio suo non pepercit sed pro
nobis omnibus tradidit eum
Quomodo eum invocabunt in quem
non crediderunt ait doctor gen-
cium aut quomodo credent ei quem
non audierunt Aut quomodo audient
sine predicante aut quomodo predi-
cabunt nisi mittantur Cum hec
omnia gesta erga me cernerem
quomodo non crederem quod
inclinavit dominus aurem suam
michi et sic commendavit in nos
dilectionem suam ut xpus pro
impiis moreretur Cum igitur
hec michi annunciaret speciosi
pedes eorum qui annunciaverunt
pacem qui annunciaverunt pace
bona quia omnis qui invoca-
verit nomen domini salvus erit
Credidi aurem eius inclina-
tam michi et in diebus meis
invocavi et qui sunt dies
tui quibus dixisti in diebus meis
invocavi an forte illi quibus
venit plenitudo temporis
et misit deus filium suum qui
iam dixerat tempore accepta-
bili exaudivi te et in die sa-
lutis adiuvi te Audisti vocem
predicatoris venientis a dextre pe-
dibus speciosis Ecce nunc tempus
acceptabile ecce nunc dies sa-
lutis et credidisti In diebus
tuis invocasti et dixisti O
domine eripe animam meam Sunt
quidem ista sed et dies meos
magis possem inquit dicere
dies miserie mee dies morta-
litatis mee dies secundum adam
plenos et laboris et sudoris

dies secundum vetustatem putre-
dinis Ego enim iacebam in
infimis profundi Et in
alio psalmo exclamavi Ecce
veteres posuisti dies meos In
hiis diebus meis invocavi
Distant quippe dies mei a
diebus domini mei Dies mei
dico quos ipse michi feci pre-
nata audacia qua deserui
eum et qui ubique regnat ipse
et est omnipotens atque omnia
tenens merui carcerem id est
ignorancie tenebras et com-
pedes mortalitatis accepi
In hiis meis invocavi quia
ego Et alibi clamo Educ
de carcere animam meam Et
quam in die salutis quam michi
prestitit adiuvat me Intret
in conspectu eius gemitus com-
peditorum In hiis enim diebus
meis circumdederunt me do-
lores mortis pericula inferni
invenerunt me Nunc inferni ab
circumstante absente non invenirent
me Nunc aut illa me inve-
nerunt ego vero ea non inve-
niebam qui gaudebam pro-
speris seculi in quibus plus
fallunt pericula inferni Sed
postea quam esse ego tri-
bulacionem et dolorem inveni
et nomen domini invocavi la-
tebat enim et tribulacio
et dolor utilis Tribulacio
de qua dat auxilium cui dic-
tum est Da nobis domine
auxilium de tribulacione
et vana salus hominis Ego
autem de ingrata salute hominis
gaudendum et exultandum
arbitrabar Sed cum audissem
a domino meo Beati lugentes

quoniam ipsi consolabuntur
non expectavi ut prius amitterem
bona temporalia quibus male
oblectabar et tunc lugerem
sed attendi in eandem ipsam mi
seriam meam qua talibus
oblectabar que et amittere
formidarem et tenere non pos
sem attendi ea vehementer
fortiter et me non solum con
tra adversitatibus huius seculi
sed et iam obligari prosperita
tibus mundi atque ita tribula
tionem et dolorem qui me
latebat inveni et nomen
domini invocavi O domine eripe a
nimam meam Miser ego
homo quis me liberabit de
corpore mortis huius nisi gratia
dei per Jhesum Christum dominum nostrum
Dicat ergo servus populus dei Tri
bulationem et dolorem inve
ni et nomen domini invocavi
et audiant reliquie gentium
que nondum invocant nomen
domini Audiant et querant
ut inveniant tribulationem
et dolorem et invocent no
men domini et salvi fiant Non
hoc eis dicimus ut querant
miseriam quam non habent
sed ut inveniant eam quam
nescientes habent Neque hoc
eis optamus ut eterna necessaria
desint eis quibus indiget
homo mortalis vivit sed ut
hoc plangant quod amissa
societate celesti tenemus non
ad fruendum stabilibus bonis
sed ad sustentandum necessa
riis indigere meruerunt Invo
cant et lugeant istam
miseriam faciet eos beatos
lugentes qui eos esse beatos

lugentes qui eos esse semper
miseros noluit Misericors
dominus et iustus et deus noster
miseretur Misericors primo
quia inclinavit aurem suam
michi et nesciebam prius me esse
aut deo meo non posse im
pellos speciosos pedes exci
tarer invocarem Clamis enim
enim invocavit hinc ergo
primum misericors Iustus autem
quia flagellat et iterum mise
retur quia recipit flagellat
enim omnem filium quem recipit
Nec tamen michi amarum debet
esse quod flagellat quam dulce
quod recipit Uno enim flagel
lat Custodiens parvulos dominus
quos grandes querit hec credes
Quis enim est filius cui non det
disciplinam pater eius Humili
atus sum et salvum me fecit
Salvum me fecit quia humili
atus sum non enim penalis
sed salutaris dolor est quem
secando medicus facit Con
vertere ergo anima mea ad
requiem tuam quia dominus
benefecit tibi Non meritis
aut viribus sed quia dominus
benefecit tibi Quia eripuit
inquit animam meam a mor
te Miser et enim quod cum
dixisset in requiem conver
tendam animam suam quia
benefecit ei dominus subiicit
Quoniam eripuit animam
meam a morte Non enim magis
in morte requies dici solet
que tamen eius actio est cuius
vita requies et mors inqui
etudo est Talis ergo actio debet
esse que tendat ad requiem
et ad quietem et ad securitatem

nō que augeat inquietum
laborem Qui eruit eam
amorte qui misertus eius
dixit Venite ad me omnes
qui laboratis et ego vos
reficiam Tollite iugum meū
sup vos et discite ame quia
mitis sum et humilis corde
et invenietis requiē aīabus
vr̄is Jugum enī meum sua
ue est et sarcina mea levis
est Cuius itaq; et humilis
tamquam viam xp̄m sequi
decet esse anime actio tendet
ad requiem non tamē pigra
et desidiosa ut cursum con
sumet Sicut scriptum ē In ma
suetudine opa tua pfice et
eū ne mansuetudo ad seg
niciam ducet adiunctum est
opa tua pfice Neq; enī sicut
in ista vita semper requies
nos reparat ad actionem Sed
actio bona perducit ad semper
vigilantem quietem Ille at
cuncta pstat cuncta exhibet
deus de quo hic dicit Verū
domine sufficit michi Qui
eruit animam meam amorte
oculos meos alacrimis pedes
meos alapsu Licet in spe comple
ta erga se cantat qui spiritus
simul carnis vinculum intelli
git Venit misericors dns et
iustus et deus nr̄ miseretur
misericors et iustus miserator
misericors quippe dein ꝫ humilia
tus sum et salvum me fecit
Sed et illud aplus verum dt
quia spe salvi facti sumus Et
de morte quidē qr redempti
sumus recte dicit Jam esse co
pletum ut mortem intelligas
nō credendam de qua ait di=

mitte mortuos sepelire mor
tuos suos et illud in superiori
psalmo Non mortui laudabūt
te domine neq; omnes qui de
scendunt in infernum Sed nos
qui vivimus benedicimus dn̄o
Ex hac ergo morte sit recte in
telligit homo fidelis iam ex
emptam esse animam suam
eo ipso quo ex infideli fidelis
effectus est Unde ipse salvator
Qui credit in me inquit trāsi
tum facit de morte ad vitam
Cetera nō spe completa sunt
in eis qui nō dum ex hac vi
ta emigraverunt Unus enī cu
lapsus periculosissimos cogitas
non cessant lacrimis oculi
nr̄i Tunc autē eruet oculos
nr̄os alacrimis qui et pedes
nr̄os alapsu Nulla tunc nullus
erit lapsus ambulantiū
pedum quādo infirme carnis
nullum erit lubricū Nunc
nō quamvis sit firma vita
nr̄a que xp̄us est tamen
quia carnem nobis qua in
veniri edomare sistimus
in ipso pręsis ope que eam
sub ditam castigamus non
mea eadē magnitudine Non
aut in ea vita labi quis pt
Nulla pt quia et incarne su
et incarne nō sumus Et incar
ne enī sumus eo vinculo q
nō dum solutum est quod
dissolui et esse cum xp̄o
multo magis optimum Non
aut sumus in carne ex eo qd
xp̄i primicias de dimus deo
si tamen possumus dicere
huma comparatio nr̄a intelligi
est tamquam capite placata
deo pedibus aut tamquam

extremis anime partibus adhuc
sublevatum sentiamus. Audi quem-
admodum ad spem pertineat quod
ita tamen velut iam sit effectum.
Exemit inquit oculos meos
a lacrimis et pedes meos a lap-
su et tamen non ait placeo
sed placebo in conspectu domini
in regione vivorum. Satis ostendens
ab ea parte nondum se placere
in conspectu domini qua est in re-
gione mortuorum idest carnis
carne mortali. Qui enim in carne
sunt deo placere non possunt.
Unde quod sequitur dicat hys
apostolus Vos autem non estis in carne.
Secundum id dicat Quod corpus
quidem mortuum est propter peccatum
spiritus autem vita est propter iusti-
ciam. Secundum quem placebant
domino qui secundum ipsum in carne
non erant. Quis autem placeat
deo vivo. Sed quid ait Si autem
spiritus eius qui suscitavit ihesum
christum a mortuis habitat in vobis
vivificabit et mortalia corpora
vestra propter spiritum qui habitat
in nobis. Tunc erimus in regio-
ne vivorum ex omni parte pla-
centes in conspectu domini
cum in illa ab ea parte peregrinamur. Quam-
diu enim sumus in corpore pere-
grinamur a domino et quantum in-
peregrinamur in tantum non sumus
in regione vivorum. Confidentes
autem et bene arbitrantes magis
peregrinari a corpore et manere
ad deum et ideo ambimus
sive manentes sive peregrinantes
placentes illi esse. Ambimus
quidem nunc quia expectamus
adhuc redemptionem corporis
nostri. Sed cum absorpta fuerit
mors in victoria et corruptibile
hoc induerit incorruptionem
et mortale hoc induerit inmor-
talitatem nullus erit fletus
quia nullus lapsus quia nulla
corruptio. Et ideo iam non est
amplius placere sed omnes pla-
cebimus in conspectu domini
in regione vivorum. Explicit
de psalmo centesimo xiiij°.
Incipit tractatus de psalmo
C°xv°.

Notissimum esse
arbitror fraternitati vestre
quod ait apostolus Non enim omnium
est fides et quod minor esse
soleat in fidelium multitudo
non ignoratis propter quos di-
xerit Domine quis credidit audi-
tui nostro quos etiam illi
innuerant de quibus idem dicit
Apostolus Omnes sua querunt
non que ihesu christi. Quos alio
loco dicit non ex veritate sed
ex occasione predicare verbum dei
non casto idem non ex animo
puro ac sincere caritatis. Aliud
enim sentiebant quod in eorum
moribus apparebat et aliud
predicabat ut sub nomine pla-
cerent hominibus viam de hys
item dicit Neque enim illi deo
serviunt sed suo ventri. Quos
tamen christum annunciare permittit.
Nimirum enim potius crederent
que ipsi faciebant ut more-
rentur ea tamen predicabant
que si alii credentes facerent
salvarentur. Non enim aliud
annunciabant preter regulam
fidei. Eos quippe exclusit
apostolus dicens Si quis annun-
ciaverit vobis preter quam quod
accepistis anathema sit. Illi
non christum annunciant qui annun-
ciant falsitatem quod christus est

veritas Derisus autem dicit quod
xpristum annunciant sed non caste
id est non animo simplici et pu-
ro cum fide sincera que per dilectionem
operatur Tercius quippe cu-
piditatis compilentes regnum
celorum annunciabant habentes
in pectore falsitatem in lingua
veritatem Dicens itaque apostolus
et per inuidiam ewangelisantem
credentes esse liberatos istos
quoque ita permittit Siue inquit
per occasionem siue veritate xpristus
annunciet Veritatem quippe an-
nunciabant et si non veritate
id est non uero animo Ista locuntur
que non credunt Et ideo re-
probati sunt quamuis sint utiles
eis quos instruunt Dominus dicens
Que dicunt facite que autem
faciunt facere nolite Dicunt enim
et non faciunt Unde nisi quia
utilia non credunt esse que di-
cunt Sunt autem alii qui cre-
dunt et non locuntur que cre-
dunt vel pigricia vel timore
quam et ille seruus quamuis ta-
lentum habuit tamen quia
erogare noluit audiuit a deo
non merito Serue nequam et
piger et alio loco ewangelii
dicitur Quia multi ex principi-
bus iudeorum credidissent in
eum sed non eum confitebantur
ne expellerentur de synagogis
sed etiam ipsi reprehensi atque
improbati sunt Sequitur enim ewangelista
dicens Amauerunt enim hominum
gloriam magis quam dei Er-
go et illi qui verum quod
locuntur non credunt et illi qui
verum quod credunt non lo-
cuntur merito reprobantur qui serit
seruus ille vere dicendo fidelis

nisi ille cui dicitur Euge serue
bone fidelis quia in pauca fu-
isti fidelis super multa te con-
stituam intra in gaudium domini
tui Talis itaque seruus nec ali-
quam credat loquitur nec cum
crediderit tacet nec uel ita
erogetur ut ipse non habeat Sic
enim dictum est qui habet dabitur
Cum autem non habet et quod habet
auferetur ab eo Dicat ergo iste
bonus seruus cantans alleluia
id est sacrificium domino sacri-
ficium laudis A quo auditu-
rus est sacrificium laudis
A quo auditurus est intra
in gaudium domini tui Exultet
et dicat Credidi propter quod
locutus sum hoc perfecte credi-
di non enim perfecte credunt
qui ea que credunt loqui
nolunt Ad ipsam enim fidem
pertinet etiam illud credere
quod dictum est Qui me confessus
fuerit coram hominibus con-
fitebor eum coram angelis
dei Ergo hunc enim appellatur fide-
lis ille seruus non tantum
quia accepit sed quia impendit
atque lucratus est Ita et hoc
loco non ait Credidi et locu-
tus sum sed propter hoc dicit
se locutum esse quia credidit
Simul enim credidit et quod
verum loquendo superare et quam
penam tacendo timere de-
beret Et credidi inquit propter
quod locutus sum Ego autem
humiliatus sum nimis passus
enim est multas tribulaciones
propter verbum quod fideliter
tenebat fideliter impendebat
et humiliatus est nimis Quod
illi timuerunt qui amauerunt

gloriam hominum magis quam
dei Sed quid est Ego autem di
cerem potius credidi propter quod
locutus sum nimis Cum addi
dit Ego autem nisi quia homo
humiliari potest ab eis qui verita
ti contradicunt non ipsa veritas
quam credidit et loquitur
Unde et apostolus Cum de cathe
na sua diceret Sed sermo inquit
dei non est alligatus Sic et iste
quia ipse est in persona sanctorum
testium hoc est martirum dei
Credidi inquit propter quod et
locutus sum Ego autem non illud
quod credidi non sermo quem
protuli sed ego humiliatus sum
nimis Ego autem dixi in extasi
mea omnis homo mendax
Extasim pavorem dicit quem
imminentibus persecutoribus
et impendentibus passionibus
cruciatus et mortis humana
infirmitas patitur Hoc enim
intelligimus quia in isto psalmo
vox martirum apparet Verum
et alio modo dicitur extasis
cum mens non pavore alienatur
sed aliqua inspiracione reve
lacionis assumitur Ego autem di
xi in extasi mea omnis homo
mendax Conterritus enim re
spexit infirmitatem suam et
vidit non de esse sibi presumen
dum Quantum ad ipsum hominem
pertinet mendax est Sed gratia
dei verax effectus est ne presu
mens inimicorum cadens non loqueretur
quod crediderat sed negaret
Sicut petro accidit qui de se
presumpserat et docendus erat
de homine non esse presumendum
et si de homine non sit quamquam

presumere utique nec de se ipso quia
homo est Bene ergo vidit iste
in pavore suo omnem hominem
esse mendacem quia et illi qui
in illo pavore vanescunt nec per
sequentibus cedendo menciantur
muneribus dei tales sunt non viribus
suis proinde verissime dictum est
Omnis homo mendax Sed deus
verax qui ait Ego dixi dii
estis et filii altissimi omnes Vos
autem sicut homines moriemini et
sicut unus ex principibus cadetis
Consolatur enim humiles implet
eos non solum fide credendi
sed etiam fiducia predicandi ve
ritatis si perseveraverint subdantur
deo nec imitentur unum ex princi
pibus dyabolum qui in veritate
non stetit et cecidit Si enim omnis
homo mendax in tantum non
erunt mendaces in quantum non
erunt homines quia dii vero erunt
et filii altissimi Hoc itaque con
sideremus devotissime pro illis
fidelium testium quo infirmitate
humanam dei manum non relin
quat metum infirmitatis pa
vore dictum est Omnis homo men
dax Quomodo consoletur
humiles et impleat eos fiducia
trepidantes et pelle mortuo
corde reviviscunt ne in semetipsis
fidentes sint sed in eo qui su
scitat mortuos et linguas
infantium disertas facit qui
ait Cum autem tradent vos
nolite cogitare quomodo aut quid
loquamini dabitur enim vobis in
illa hora quid loquamini Non
enim vos estis qui loquimini sed
spiritus patris vestri qui loquitur
in vobis Hec ergo omnia considerans

ille dixit Ego dixi in pauore
meo omnis homo mendax et vi
dens gratiam dei se fatetur veritatem. Quid
retribuam domino inquit pro omnibus
que retribuit michi. Que igitur
prestiterint homini ut in omnium
donorum dei non attributio sed retri
butio dici possit que prestiterit
homini peccatori retribuit ergo bona
pro malis cum homines tribuunt
mala pro bonis nec enim retribue
runt qui dixerunt hic est heres
venite occidamus eum. Sed
querit iste quid retribuat domino
et non inuenit nisi accipis que ei
dominus retribuit. Calicem inquit
salutaris accipiam et nomen
domini inuocabo. O homo peccato
tuo mendax dono dei verax et
ideo iam non homo. Cuius tibi
dedit calicem salutaris quem
accipiens et inuocans nomen
domini retribues ei pro omnibus que
retribuit michi. Cuius nisi ille
qui ait potestis bibere calicem
quem ego bibiturus sum. Quis
tibi dedit imitari passiones
suas nisi qui prior passus est pro te.
Ideoque preciosa domini in conspectu
mors sanctorum eius. Emit enim ea
sanguine suo quem prior fudit pro sa
lute sanctorum ne perdere nomine suo
fundere dubitarent. Quod tamen
eorum non dei utilitati proficeret.
Confiteatur itaque condicionem
suam mancipium tanto precio
comparatum et dicat. O domine
quia ego seruus tuus ego seruus
tuus et filius ancille tue.
ergo et emptus est et vernaculum
est an cum matre simul emp
tus est an quia vernaculum est
pro peccato fuge sue depredabis

est ideo emptus est quia redemptus
est filius enim ancille est forte
quod omnis creatura subdita est
tori est et verissimo domino
debet verissimum famulatum. Que
tum exhibet libera est hanc ac
cipiens a domino gratiam ut ei non
necessitate sed voluntate deseruiat.
Ergo iste filius est ancille ce
lestis enim sursum est mater
omnium nostrum libera et liberata
quia a peccato sed ancilla iusti
cie. Cuius filiis adhuc peregrinan
tibus dicitur vos in libertatem
vocati estis et rursus eos fi
lios fecit dicens Sed in cari
tate seruite inuicem. Quibus
rursus dicitur Cum serui essetis pec
cati liberi eratis iusticie. Id est vere
liberati a peccato serui autem facti
deo habetis fructum vestrum in sancti
ficationem finem vero vitam eternam.
Dicat ergo deo seruus iste cuius
se martires dixerunt multi serui
tuos quia nomen tuum sunt
in variis heresibus et erroribus.
Sed quia preter ecclesiam tuam
sunt non sunt filii ancille tue.
Ego autem seruus tuus et filius
ancille tue. Disrupisti vincula
mea tibi sacrificabo sacrificium
laudis. Neque enim inuenio ulla
merita mea quibus tu disrupisti
vincula mea. Ideo sacrificium
laudis tibi debeo quia et si
gloriabor quod seruus tuus sum
et filius ancille tue non in me
sed in te domino gloriabor qui
disrupisti vincula mea ut a
fuga rediens ligarer tibi.
Vota mea domino reddam. Que
vota redditurus es quasi no
uisti victimas que incensa q

holocausta. Sed an ad illud respicias quod paulo ante dixisti Calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo et tibi sacrificabo sacrificium laudis. Et certa quisquis bene cogitat quid voveat domino et que vota reddat seipsum voveat seipsum reddat. Hoc exigitur hoc debetur inspecto nummo dominus dicit Reddite cesari que cesaris sunt et deo que dei sunt. Ymago cesaris redditur cesari ymago vero dei redditur deo. Sed qui meruit non solum servum se esse dei sed filium ancille dei inde ubi reddat vota sua confortatus ipso psalmista sequitur. In atriis inquit domus domini. Hec domus dei est. Hec ancilla dei est. Et que domus dei nisi omnis populus eius. Ideo sequitur In conspectu omnis populi eius et apertius nominat ipsam matrem. Quod est enim aliud populus eius ubi quod sequitur In medio tui iherusalem. Unde est enim quod redditur gratum si de pace atque in pace reddatur. Cum autem filii huius ancille id sunt bellum quam pacem potius amaverint. Nec quibus autem existimet atria domus domini et omnem populum eius iudeos significari quia ita clamat iste psalmus ut dicat in medio tui iherusalem cuius nomine carnales israhelite gloriantur. Explicit de psalmo centesimo xv. Incipit de psalmo centesimo xvi.

Audite sequentem psalmum qui quattuor versiculis continetur. Laudate dominum omnes gentes laudate eum omnes populi

Hec sunt atria domus domini illi omnes populi eius. Hec verba utinam audiant magis illi qui huius civitatis filii esse noluerunt cum se ab omnium gentium communione preciderunt. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet in eternum. Hec sunt duo illa que in centesimo tercio decimo psalmo memorie commendanda commonuimus. Confirmata est autem misericordia domini super nos cum eius nomini per quod liberati sumus inimicarum gencium rabida ora cesserunt et veritas domini manet in eternum sive in eis que promisit iustis sive in eis que minatus est impiis. Explicit de psalmo centesimo sexto x°. Incipit tractatus de psalmo

Audivimus fratres ci. C xvii°

Fratres admonentem nos atque hortantem spiritum sanctum ut sacrificium confessionis offeramus deo. Confessio autem vel laudis eius vel peccatorum nostrorum est. Et illa quidem confessio qua peccata nostra deo confitemur omnibus nota est ita ut hanc solam dici confessionem scripturis sanctis minus erudita existimet multitudo. Nam ubi hoc verbum lectoris ore sonuerit continuo strepitum pectora tundencium consequitur. Sed debent advertere quid dictum sit in alio psalmo Quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei in voce exultationis et confessionis sonus festivitatem celebrantis. Hic enim certe manifestum est vocem confessionis

et sonum non ad merorem penitentie sed ad leticiam festiuitatis celebrare preter errorem. Aut si de tam manifesto testimonio quisquam adhuc dubitat quid dicturus ad illud quod in ecclesiastico scriptum est: Benedicite dominum super omnia opera eius date nomini ipsius magnificentiam in laude ipsius iucunditatis labiorum et in cytharis et sic dicite in confessione quoniam omnia opera domini bona nimis. Hic certe nullus vel tardissimus ambigit confessionem in dei laudibus poni nisi forte tanta est in eius perversitas ut dicere audeat etiam ipsum dominum ihesum christum peccata sua patri esse confessum. Sed si aliquis impius propter nomen confessionis temptaverit obicere facillime refelletur ipsa contextione verborum. Dicit enim loquitur: Confitebor tibi domine pater celi et terre qui abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Ita pater quoniam sic placitum est coram te. Quis non enim intelligat in laude patris hoc dictum? Quis non videat istam confessionem non ad dolorem cordis sed ad gaudium pertinere? Cum etiam premiserit evangelista dicens: In ipsa hora exultavit in spiritu sancto et dixit Confitebor tibi pater. Quapropter karissimi quoniam nullo modo animo dubitandum tot congruentibus testimoniis quorum similia per vos ipsos inspectis sanctis potestis advertere non tantum in peccatis sed et in laudibus dei confessionem intelligimus

scripturis solere nominari quid congruentius in hoc psalmo qui alleluia cantamus quod est laudate dominum nos admoneri intelligimus cum audimus Confitemini domino quoniam ipsum scilicet ut laudemus dominum non potuit laus dei brevius explicari quam ut diceretur quoniam bonus. Quid sit grandius ista brevitate non video cum ita sit proprium dei quod bonus est ut a quodam appellatus ipse filius dei cum audiret magister bone ab eo scilicet qui carnem eius intuens et divinam plenitudinem non intelligens solum hominem arbitrabatur responderit Quid me interrogas de bono nemo bonus nisi unus deus. Quid est aliud dicere si me bonum vis appellare intellige deum. Sed quia in psalmo dicitur in commemoratione futurorum liberatorum a bonis labore et captivitate peregrinationis a bonis permixtione malignorum quod ei proprium dei prestitum est non solum retribuentis mala pro bonis sed etiam retribuentis bona pro malis tam benevolentissime adiunctum est.

Quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus israel quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus aaron quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc omnes qui timent dominum quoniam in seculum misericordia eius. Recognoscitis quid sit domus israel quid sit domus aaron et qui sunt timentes deum. Ipsi enim sunt pusilli cum magnis iam in alio psalmo breviter insinuati cordibus nostris. Amor noster nob

omnes membra gratia qui bonus
est et speculum unica eius so-
ciatos esse gaudeamus quia ex-
auditi sunt qui dixerunt Bene-
dicat dominus super vos et super
filios vestros ut scilicet in christum
credentibus ex quorum numero sunt
apostoli patres nostri et ad eminen-
ciam perfectorum et ad obedien-
ciam parvulorum adiungeretur universis
gentium ut dicat
Omnes in christo facti sumus grex
sub pastore uno et corpus illius
capitis tamquam unus homo
dicamus ¶ In tribulacione invo-
cavi dominum et exaudivit me in
latitudine angustia mee tribu-
lacionis fuerunt / latitudo autem
quo transimus non scilicet terminum
sinus cum attingabit adversus
electos dei ¶ Dominus michi ad-
iutor est non timebo quid faci-
at michi homo Sed non quod
homines solos scilicet inimicos
certa quod est homo carni
et sanguini deditus nisi caro
et sanguis Sed ait apostolus non
est nobis colluctacio adversus
carnem et sanguinem sed adver-
sus principes et potestates et rec-
tores mundi tenebrarum idem
rectores impiorum mundi istum
diligencium et peccata tenebrarum
quia et nos fuimus aliquando
tenebre nunc autem lux in domino
adversus spiritualia nequi-
cie in celestibus id est dyabo-
lo et angelis eius quem dya-
bolum alio loco dicit principem
potestatis huius aeris Audi ergo
quod sequitur ¶ Dominus michi
adiutor est et ego despiciam
inimicos meos Ex quolibet
genere inimici exurgant sive

exercitus malorum hominum sive ex-
ercitus malorum angelorum in divino
adiutorio despicientur cui con-
fitemur laudem cui cantamus
alleluya Despectis autem inimicis
sed in tamquam bonus homo se
amicus opponat ut non in se spe-
ciem iubeat collocari Bo-
num est enim confidere in domino
quam confidere in homine Nec
quisquis fidem quedam modo
dici sed angelus bonus se-
cure cogitetur ut in eo confi-
dere debeamus Nemo enim bo-
nus solus deus Et cum videtur
adiuvare homo vel angelus
cui hec vera dilectione facit ille
per eos facit qui eos quomodo eos
bonos facit ¶ Bonum est spe-
rare in domino quam sperare
in principibus Nam et angeli
dicti sunt principes sicut in
Daniele legimus Michael prin-
ceps vester ¶ Omnes gentes cir-
cuierunt me et in nomine domini
quia ultus sum in eos Quod autem
omnes gentes circumdederunt
me et nomine domini ultus sum
in eos significat certe labores
atque victoriam Sed quasi co-
quereretur unde tanta mala
superare potuit respectum est
ad exemplum et dixit quod
prius passa sit in capite suo
addendo quod sequitur ¶ Cir-
cumdantes circumdederunt
me / et hoc ibi repetitum est
omnes gentes quod audieris
solus sum ¶ Et in nomine domini
quia ultus sum in eos Nam
et illic ipse primus illius quod
est corpus christi persecutores
senserit dicimus quando caro illa
suspensa est et proximo sicut

quidquid ab illa initiorum dignitate posteriorem carnem unitatis
tate posteriorem carnem uni-
in mortali mortalem fecit. Cir-
cumdederunt me sicut apes fa-
vum et exarserunt sicut ignis
in spinis et in nomine domini quia
ultus sum in eos. Hic iam ordine
dine gestarum rerum et verborum
ordo contexitur. Nam ipsum dominum
caput ecclesie accipimus recte circum-
datum a persecutoribus sicut
circumdant apes favum. Quod
enim ab ignorantibus gestum
sit mistica subtilitate spiritus
sanctus loquitur. Favum quippe apes
operantur in favis. Nescientes
persecutores deum fecerunt eum
nobis in passione dulciorem
ut gustemus et videamus
quam suavis est dominus qui mor-
tuus est propter delicta nostra et re-
surrexit propter iustificationem nostram.
Iam vero quod sequitur exar-
serunt velut ignis in spinis
in eius corpore hoc est in populo
ubique diffuso melius intelligitur
quem circumdederunt omnes
gentes cum sit collectus de
omnibus gentibus. Exarserunt
quippe velut ignis in spinis
quando peccatorum carnem atque huius
mortalis vite molestissimas
punctiones persecutionibus incen-
dio cremaverunt. In nomine in-
quit domini quia ultus sum
in eos. Hinc quia et ipsi ma-
licia que in eis iustos persequi-
batur extincta flammis ipso so-
ciati sunt nobis quia ceterorum
qui contempserint hoc tempore
vocantes misericordiam veritatem
indicaturus in fine sententiam sit.
Tamquam cumulus harene
impulsus sum ut caderem et dominus
suscepit me. Quamvis enim tam
magna multitudo credencium
quasi harene innumerabili com-
paranda et in unam societatem
tamquam in cumulum ducta
tamen quid est homo nisi
quod memor es eius non
dixit habundanciam nostram
numerum genitum superare non va-
lent sed dominus inquit susce-
pit me. Exultationem ergo
fidelium in unitate fidei simul
habitantem persecutionis impetum
quo impelleret ut deiceret non
habebat quoniam cum creditum
est qui et singulos et omnes
ubique suscipiet quia eis invo-
cantibus numquam deesse po-
tuisset. Fortitudo mea et lau-
datio mea dominus et factus est
michi in salutem. Cum ergo ca-
dunt cum impelluntur nisi qui
sua sibi fortitudo et sua sibi
volunt esse laudatio. Nullus
qui in certamine cadit nisi cuius
fortitudo et laudatio cadit.
Quia propter cuius fortitudo et
laudatio est dominus tam non
cadit quam non cadit dominus.
Et ideo eis factus est in salutem
non quia ipse factus est aliquid
quod ante non erat sed quia
ipsi cum in eum crediderunt
quod non erant facti sunt.
Etiam ipse non sibi sed illis
quod antea esse non erat salus
cepit esse conversis. Vox le-
ticie et salutis in tabernacu-
lis iustorum. Ubi voce me-
roris et gemitu putabant esse
qui in eorum corpora seviebant.
Non enim sentiebant interiora
gaudia sanctorum de spe futu-
rorum unde et apostolus dicit quasi

tristes semper autem gaudentes
Et iterum Non solum sed etiam
gloriamur inquit in tribulationibus
Dextera domini fecit virtutem
Quam virtutem dicat Dex
tera inquit domini exaltavit
me Magna virtus exaltare
humilem deificare mortalem
perducere de infirmitate perfectio
subiectione gloriam de passio
ne victoriam dare auxilium
de tribulatione ut afflictis ma
salus patesceret affligentibus
autem nova salus hominum
remaneret Magna hec est et
miranda Audi quid repetat
Non homo se exaltavit non
se homo perfecit Non sibi ho
gloriam dedit non homo mirat
non homo sibi saluti fuit
Dextera domini fecit virtutem
Non moriar sed vivam et
narrabo opera domini At illi stra
gem funerum ubique facien
tes ecclesiam christi inde arbi
trabantur Ecce nunc enarrat
opera domini ubique christus gloria
martirum et beatorum vita va
pulando ferventes flagella pati
endo facientes diligendo
sementes Tamen tunc tanta
digna protulit corporis christi sancta
ecclesia fratres in adoptionem
indicet nobis Emendans
emendavit me dominus et
morti non tradidit me Non
ergo quidquid in verbis prius
licuisse arbitretur fieri in tuis
impiorum non habet istam potesta
tem si sibi data esset desuper
Saepe filios paterfamilias
nequissimos suos emendari
iubet cum illis hereditatem
illis compedes preparet Que

est ista hereditas auri an argen
ti an gemmarum an fundorum
amenumque prediorum inde quia
intretur et cognosce quid
sit Aperite inquit mihi por
tas iustitiae Ecce audivimus
portas quid est intus ingre
ssus in eas inquit confitebor
domino Illa confessio laudis et
admirabilis usque ad domum
dei In voce exultationis et
confessionis soni festivitate
celebrantis Hec est etiam bea
titudo iustorum quia beati sunt qui
habitant in domo domini in secula
seculorum laudantes eum Et
inde quemadmodum meretur
in portas iustitie Hec porte
domini inquit iusti intrabunt
in eas Has saltem nemo in
tret iniustus in illam urbem
que non recipit intrinsecus
ubi dicitur Canes foras Hoc
sit quod in longinqua pere
gri
natione mea habitavi cum
habitantibus cedar et cum
his qui oderunt pacem eram
pacificus periculi usque in fine
punitionem malorum Sed hee
porte domini iusti intrabunt
in eas Confitebor tibi domine
quoniam exaudisti me et factus es
michi in salutem Cum sepe
audit laudis esse ista con
fessio non vulnera medico
ostendens sed percepta sanita
te gratias agens Ipse autem me
dicus salus et ad ipsum que
dicimus Lapidem quem rep
robaverunt edificantes hic factus
est in caput anguli Nam hic
factus est in caput anguli ut
duos conderet in se in unum
novum hominem faciens pacem

et commiscaret utrosque in suo
corpore de circumcisione scilicet
et preputium. A domino factus est
ei id est capiti anguli. A domino
factus est. Etenim cum hoc non
esset non tamen hoc a ceteris a
quibus passus est factus est.
Nam illi qui edificabant
reprobaverunt. Sed in eo quod deus
occulte edificabat factus in ca-
put anguli quod illi repro-
baverunt. Et est mirabile in
oculis nostris in oculis interioris
hominis in oculis credentium
sperantium diligentium non in ocu-
lis carnalibus eorum qui quasi
hominem contempnendo repro-
baverunt. Hec est dies quam
fecit dominus. Exemit iste ho-
se dixisse in superioribus psalmis
qui inclinavit aurem suam
michi et in diebus meis invo-
cavi dies suos commemorans.
Unde modo dicit hic est dies
de quo dixit Tempore accep-
tabili exaudivi te in die sa-
lutis adiuvi te id est dies
quo ille mediator factus est
in caput anguli. Exultemus er-
go et iocundemur in eo. O domine
salvum me fac o domine bene prospera-
re. O anima dies salutis est
salvum me fac. O anima de longin-
qua peregrinatione redeuntes
se invenerunt a ceteris qui oderant
pacem cum quibus eramus
pacifici et cum loquerentur eis
debellabant nos gratis. Bene
prospera iter credentibus quia
tu nobis factus es via. Bene-
dictus qui venit in nomine
domini. Maledictus ergo ille qui
venit in nomine suo. Dicit in
evangelio dicit Ego veni in nomine

patris mei et non accepistis
me. Si alius venerit in nomine
suo illum accipietis. Benediximus
vos de domo domini. Credo
quod ista vox magnorum qui
verbum dei capiunt dum sicut
in hac vita possunt mente
contingunt et tamen pro modera-
mine ad parvulos temperant et
possunt sincerius dicere. Quod
ait apostolus Sive enim mente
excessimus deo sive temperantes
sumus vobis. Caritas enim
Christi compellit nos. Ipsi parvu-
los benedicunt de interiore do-
mo domini ubi laus illa in secula
seculorum non deficit. Et ideo vi-
dete quid inde amittient.
Deus dominus et illuxit nobis
dominus ille qui venit in nomine
domini quem reprobaverunt edifican-
tes et factus est in caput an-
guli mediator ille dei et
hominum homo Christus Ihesus
deus est equalis patri et illu-
xit nobis ut quod credimus
intelligeremus et nobis nondum
intelligentibus sed et creden-
tibus nunciaremus. Vos aut
et nos intelligatis. Consti-
tuite diem festum in frequen-
tationibus usque ad cornua
altaris id est usque ad interiorem
domum dei de qua nos bene-
diximus ubi sunt altaria ex-
celsa. Constituite diem festum
non tepide ac segniter sed
in frequentationibus. Ipsa enim
vox exultationis sonum festi-
vitatem celebrantium ambula-
tium in locum tabernaculi
admirabilis usque ad domum
dei. Si enim est ibi speciale
sacrificium laudis et sacerdos

sempiternus est et altius sem-
piternum praecantata mens ipsa in istorum
hoc aptius dicemus fratres
quantum quod deum verbum intelli-
gere voluerit non eis sufficiat
lac quod propter eos verbum factum
est ut lacte nutriantur nec
infra sufficiat iste dies festus
ubi agimus otiosius est. Sed
constitue te in frequentationibus
quousque exaltatis a domino men-
tibus nostris usque ad eius divini-
tatem praemeatis quae nobis
potiorem quantitate lacte
nutriendis praebere digna-
tus est. Et quid aliud nisi
laudes ei cantamus. Quid
aliud dicemus nisi Deus es
tu et exaltabo te. Confite-
bor tibi quoniam exaudisti me
et factus es mihi in salutem.
Non strepitu verborum ista dicas
sed dilatione visceris illi per-
sequam clamat istam vocem
et dilectio ipsa vox ista est.
Itaque sicut coepit laude ita
finiat. Confitemini domino
quoniam bonus quoniam in saeculum misericordia
eius. Incipit psalmus ut de-
finit quoniam sicut ab initio ex-
deserviamus ita in finem quo
reddimus. Non est aliud quod
salubrius delectet quam laus
dei et semper alleluia. Amen. etc.

Incipit prohemium in psalmum
centesimum decimum octavum

Psalmos omnes ceteros quos
codicem psalmorum novimus
continere quod ecclesiae consuetudine
psalterium nuncupatur partim sermo-
cinando in populis partim dic-
tando exposui donante domino
sicut potui. Psalmum vero cente-
simum octavum decimum non tam
propter eius necessariam longitu-
dinem quam propter altitudinem
paucis cognoscibilem differe-
bam. Et ita quotienscumque inde
cogitare temptavi semper vires
nostrae intentionis excessit.
Quanto enim videtur apertior
tanto mihi profundior videri
solet. Aliorum quippe qui diffi-
cile intelliguntur etsi in ob-
scuritate sensus latet ipsa tamen
apparet obscuritas. Huius autem
nec ipsa quia talem praebet super-
ficiem ut lectorem atque au-
ditorem non expositorem ne-
cessarium habere credatur. Et nunc
quod tandem ad pertractationem
eius accedo quid in eo possim
prorsus ignoro. Spero tamen
ut aliquid possim affuturum
atque adiutorium dei. Statui
autem per sermones id agere qui
proferantur in populis quas greci
omelias vocant. Sed sit hic
usque prohemium. Iam de ipso est
loquendum de quo istud visum
est praeloquendum. Ab exordio suo
magnus iste psalmus
exhortatur nos ad beatitudinem
quam nemo est qui non expetat.
Quis enim est usque vel potest vel potuit
vel poterit in hominibus qui nolit
esse beatus. Quid igitur exhor-
tatione opus est ad eam rem
quam sua sponte appetit animus
humanus. Nam profecto qui ex-
hortatur id agit ut excitetur
voluntas eius cum quo agit
ad illud propter quod exhortationis
adhibet alloquium. Ut quid
ergo nobiscum agitur ut ve-
limus quod nolle non possumus
nisi quia omnes quidem beatitudinem
concupiscunt sed quo via ind

ad eam perveniatur plurimi nesciunt Ideoque hoc docet iste qui dicit **Exposicio psalmi**

Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini Tamquam diceret Ecce quis velis beatitudinem queris Si ergo vis esse beatus esto immaculatus Illud enim omnes hoc autem pauci volunt sine quo non pervenitur ad illud quod omnes volunt Sed ubi erit quisque immaculatus nisi in via in qua via nisi in lege domini Non superflue nobis dicitur sed exhortatione necessaria nostris mentibus adhibetur Quid enim boni sit ad quod multi pigri sunt id est immaculatos ambulare in via que lex est domini sic ostenditur cum beatos esse qui hoc faciunt meditatur ut preferatur illud quod omnes volunt etiam hoc fiat quod plurimi nolunt Beatum quippe esse tam magnum est bonum ut hoc et boni velint et mali Nec mirum est quod boni propterea sunt boni Sed illud est mirum quod etiam mali propterea sunt mali ut sint boni Nam quisquis libidinibus deditus in luxuria stuprisque corrumpitur in hoc malo beatitudinem querit et se miserum putat cum ad sue concupiscentie voluptates leticiamque non pervenit Beatum vero non dubitat se iactare cum pervenerit Et quisquis avaricie facibus inardescit ad hoc congregat quocumque modo divicias ut beatus sit Inimicorum sanguinem fundere quicumque desiderat dominacionem quisquis affectat crudelitatem suam quisquis affectat crudelitatem suam quisquis alienis cladibus pascitur omnibus sceleribus beatitudinem querit Nos quos errantes et vera miseria falsam beatitudinem requirentes revocat ad viam si audiatur vox ista divina Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini Tamquam dicens Quo itis perditis et nescitis quo illuc itur qua pergitis qua pervenire desideratis Nam utique beati esse cupitis sed misera sunt et ad maiorem miseriam ducunt itinera ista que curritis Tam magnum bonum querere per mala nolite Si ad illud pervenire vultis huc venite huc ite Vie pulse relinquite malignitatem qui non potestis relinquere beatitudinis voluntatem frustra tendendo fatigamini qui perveniendo inquinamini Non autem beati inquinati in errore qui ambulant in pravitate seculi sed beati immaculati in via qui ambulant in lege domini Quid porro adiungat attendite Beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde exquirunt eum Non mihi videtur aliud his verbis commendatum beatorum genus quia illud quod ante dictum est nam scrutari testimonia domini et eum in toto corde exquirere hoc est immaculatum in via in lege domini ambulare Denique sequitur et dicit Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulaverunt Si ergo ambulantes in via id est in lege domini ipsi sunt scrutantes testimonia

eius et in toto corde exquiren-
tes eum. Profecto qui operantur ini-
quitatem non scrutantur testi-
monia eius et tamen nonnullos
operarios iniquitatis ad hoc scru-
tari testimonia domini quia ma-
lunt docti esse quam iusti no-
vimus et alios ad hoc scrutari
testimonia domini non quod
iam recte vivant sed ut sciant
quo vivere debeant. Tales
ergo nondum immaculati am-
bulant in lege domini ac per hoc non-
dum beati. Quomodo ergo
intelligendum est Beati qui
scrutantur testimonia eius cum
videamus homines eius scruta-
ri testimonia non beatos quia
non immaculatos. Nam scribe
et pharisei in cathedra moysi
sedentes de quibus dominus ait
Que dicunt facite que autem
faciunt facere nolite. Dicunt enim
et non faciunt utique scrutabantur
testimonia dei ut haberent que
dicerent bona quamvis facerent
mala. Et hos omittamus. Res
quippe videbitur nobis quod isti non
scrutantur testimonia dei non
enim querunt ipsa id est ut glo-
rificentur ab hominibus vel dicentur.
Non hi scrutari testimonia
dei non diligere quod ostendit
et nolle pervenire quo ducunt
id est ad deum. Nam si et ipsi
scrutantur testimonia dei qua-
lis non ut ipsum sed ut aliud
potius inveniat et acquirat

certe non in toto corde exquirunt
eum quod non utique frustra hic
additum cernimus. Sciens enim
spiritus qui hec dicit multos propter
aliud non propter quod constitutum
est scrutari eius non tantum
dixit beati qui scrutantur te-
stimonia eius sed addidit in
toto corde exquirunt eum tamquam
docens quemadmodum vel propter
quod scrutanda sint testimo-
nia domini. Denique in libro proverbiorum
loquens ipsa sapientia Querent
inquit me mali et non inve-
nient oderunt enim sapientiam.
Quod quid aliud quia ode-
runt me. Querent ergo me ait
et non me invenient quia ode-
runt me. Quo igitur dicantur
querere quod oderunt nisi quia
non hoc sed aliud ibi querunt
non enim volunt esse sapientes
in dei gloria sed volunt videri
sapientes propter hominum gloriam.
Quo enim sapiam non oderunt
que iubet et docet contemp-
nendum esse quod diligunt.
Unde beati immaculati in via
qui ambulant in lege domini
beati qui scrutantur testimonia
eius in toto corde exquirunt
eum. Hic enim scrutando testi-
monia eius in toto corde exquirunt
eum immaculati ambulant
in lege domini. Quicquid tamen
ille non scrutabatur testimonia
nec querebat eum qui dice-
bat magister bone quid boni faciam

ut vitam eternam consequar
Sed quoniam in toto corde
quesivit eum, consilium domini
christus suis protulit quod audito
tristis abscessit. Iam et propheta
ysaias dicit: Querite dominum
et cum inveneritis eum derelinquat
impius vias suas
et vir iniquus cogitaciones
suas. Querunt itaque dominum et
impii et iniqui ut eo inven
to non sint impii nec iniqui.
Illos ergo iam beati dum adhuc
testimonia eius scrutantur
et exquirunt eum, cum hoc
facere possent et impii possent
et iniqui. Illos autem esse impios
et iniquos quis vel impius
dixerit vel iniquus.
Ergo ipse beati qui persecucionem
paciuntur propter iusticiam. Non
propter quod adest quam diu
in mali paciuntur, sed propter quod adeit
quoniam ipsorum est regnum celorum.
Et beati qui esuriunt et siciunt
iusticiam. Non quia esuriunt
et siciunt, sed propter quod sequitur
quoniam ipsi saturabuntur. Et beati
qui plorant. Non quia plorant
sed propter quod sequitur quia ipsi
debiunt prudere beati qui scru
tantur testimonia eius in
toto corde exquirunt eum.
Non quia scrutantur et ex
quirunt, sed quia inventuri
sunt quod exquirunt. In toto
enim corde non negligenter ex
quirunt. Si ergo ipse beati fortassis
etiam ipse immaculati. Iam

profecto in hac vita licet in lege
domini ambulemus licet scrutemur
testimonia eius et in toto
corde requiramus eum. Si di
xerimus quia peccatum non habemus
nos ipsos seducimus et veritas
in nobis non est. Sed hoc di
ligenciius inquirendum est.
Sequitur quippe: Non enim
qui operantur iniquitatem in viis
eius ambulaverunt. Ergo quis viden
potest qui ambulant in via
domini idest in lege domini scru
tando testimonia eius et in
toto corde exquirendo eum eciam
esse posse immaculatos hoc est
sine peccato propter verba scripture. Non
enim qui operantur iniquitatem
in viis eius ambulaverunt.
Qui autem peccatum facit et
iniquitatem facit ait beatus
Iohannes: peccatum iniquitas est. Sed iam
sermo iste claudendus est ne
in angustum tanta questio
coartanta est. Explicit sermo
primus. Incipit sermo secundus.
Scriptum est et legitur et
verum est in hoc psalmo: Non
enim qui operantur iniquitatem
in viis eius ambulaverunt.
Sed elaborandum est opitu
lante deo cuius manu in manu sunt
et nos et sermones nostri ne recedamus
ne recte intellectum
lectorem auditorem ne perturbet.
Hucusque cavendum est plus
habet contra pelagianistas.
Cavendum est enim ne omnes
sancti quorum vox illa est

Si dixerimus quia peccatum non
habemus nos ipsos seducimus
et veritas in nobis non est
aut non putent ambulare
in viis domini qui peccant iniqui
tas est et qui operantur iniqui
tatem non utique in viis eius
ambulaverunt aut quia dubium
non est eos ambulare in viis
domini non credant habere peccatum
quod procul dubio falsum est
neque enim propter arrogantiam
superbiam que vitandam scriptum
est Si dixerimus quia peccatum
non habemus nos ipsos seducimus
alioquin non adderetur et veritas
in nobis non est sed diceretur
humilitas in nobis non esse
presertim quia sequitur unde
iste sensus clarius illustretur
omnisque auferat dubitaciones
ambagas Cum enim hic beatus
Johannes adiunxit Si autem
confessi fuerimus delicta no
stra fidelis est et iustus
qui dimittat nobis peccata
nostra et mundet nos ab omni
iniquitate Quid hic dicit
quid contradicit dampna
bilis impietatis elacio Si
enim propter arrogantiam de
vitandam non propter verita
tem fatendam non dicunt
sancti se non habere peccatum quid
est quod confitentur ut re
missionem mundacionemque mere
antur hanc et hoc fit ut arro
gancia devitetur Quomodo igitur
impetrabitur vera mundacio
quorum est falsa confessio Ces
trestat igitur et arcestat ela
tio sencia superborum seipsam
seducens que in auribus hominum
simulata humilitate dicit se
habere peccatum in corde autem suo
impia elacione dicit se non
habere peccatum Qui enim dicunt
seipsos seducunt et veritas in
eis non est Sed quando in auribus
hominum hoc dicunt non tantum
seipsos sed et alios quoque doc
trine in sane puritate seducunt
Cum vero id in corde suo di
cunt illic seipsos seducunt illic
veritas in eis non est Dic potius
seipsos in corde suo seducunt
et in suo corde veritatis lumen
amittunt Proclamet autem
sancta familia Christi fructifi
cans et crescens in universo
mundo humiliter veritatem et veraciter
humilis proclamet inquam Si dixe
rimus quia peccatum non habemus
nos ipsos seducimus et veritas
in nobis non est Quod si con
fessi fuerimus delicta nostra
fidelis et iustus est dominus
ut dimittat nobis peccata nostra
et mundet nos ab iniquitate ma
net ut dicant ita senciant
Tunc enim erit humilitas vera
non si non sola ostentetur Non
quid ut simus secundum apostolum non
alta sapientes sed humilibus
consencientes non autem collo
quentes sed consencientes
quod non fit ore sed corde
Sed tu ypocrita si dicas te
habere cum credas non habere
peccatum foris fingis humilitatem
intus amplecteris vanitatem
ergo et in ore et in corde non
habes veritatem Quid tibi
prodest videri hominibus humilem
esse quod dicas si deus videt
altum esse quod sapis certe
si auribus divinis insonaret
oraculum noli altum dice

nec sit immerito damnatur
simile coram hominibus et al
tum coram deo in corde tuo
loquens. Cum vero audias
Noli altum sapere sed time
non enim ait dicere sed sape
re etiam in his es similis ubi
sapis. an ideo mens altitu
dine inflatur ut humilitatem
in lingua mentiatur. legis vel
audis noli altum sapere sed ti
me et tu in tantum sapis al
tum ut te peccatum non existimes
habere. ac per hoc quia non vis
timere nichil tibi aliud re
manet quam timere. Hoc inde
inquit scriptum est Non enim
qui operantur iniquitatem in viis
eius ambulaverunt. Dicunt non sancti
enim non ambulant in viis do
mini quod si ambulant utique
non operantur iniquitatem. Si
non operantur iniquitatem non habent
peccatum quoniam peccatum iniquitas est.
Exsurge in adiutorium michi
domine ihesu et contra hec tam
superbientem opitulare michi
per apostolum confitentem. Ecce ubi
est homo tuus exinanitus
se ut impleatur te ipsum audia
mus fratres mei ipsum de hac que
stione si placet immo quia pla
cet interrogemus. Dic nobis
paule beatissime utrum ambu
laveris in viis domini cum in carne
viveres responde et dic et
unde dicebam vivitamne inquid
percepimus in eo ambulemus unde
dicebam numquid circumvenit
nos titus nonne eodem spiritu am
bulavimus nonne eisdem vesti
giis unde dicebam quamdiu
sumus in corpore absentes per fidem
enim ambulamus non per speciem

Nunc tandem via domini quia fides
ex qua iustus vivit in qua al
terius vie itinere ad superna
tendebam quando dicebam unum
autem que retro oblitus in ea que
ante sunt extentus secundum in
tentionem sequor ad palmam
superne vocationis dei in christo
ihesu. postremo in qua alia via
cucurreram quando dicebam bonum
certamen certavi cursum con
summavi. Tales sunt iste vie
quibus apostolum paulum in viis
domini ambulasse dicimus sed
ab illo aliud inquiramus. Dic
obsecro apostole quando adhuc in
carne vivens in viis domini
ambulabas habebas peccatum an
sine peccato eras. Audiamus
utrum se ipse seducat an non
Quod verbis Iohannes eius compleat
sapiat quoniam veritas erat in
eis. Hic ergo videt nonne le
gistis ubi confiteor dicens
Non enim quod volo facio bo
num sed quod nolo malum
hoc ago et hoc audivimus
Iam itaque illud interrogamus
quomodo in viis domini ambulabas
si malum quod nolebas hoc
agebas cum sanctus psalmus in
sonet dicens Non enim qui
operantur iniquitatem in viis
eius ambulaverunt. Audi con
tinuo respondentem per summam
consequentiam. Si quod nolo
inquit ego hoc facio iam
non ego operor illud sed quod ha
bitat in me peccatum. Ecce quem
admodum qui ambulant
in viis domini non operantur peccatum
et tamen non sunt sine peccato
quia iam non ipsi operantur
illud sed quod habitat in eis

peccatum. Dixit ergo aliquis. Quo agebat quod nolebat malum et quo ipse id agebat sed quod habitabat in eo peccatum. Interim iam illa questio soluta est. Satis apparuit scripture auctoritate canonice fieri posse ut ambulantes in viis domini quamvis non sit sine peccato non tamen id operantur ipsi non enim qui operantur iniquitatem hoc est peccatum quia peccatum iniquitas est in viis eius ambulaverunt. Iam non quia ratione possit intelligi et agens illud propter corpus mortis huius in quo lex peccati habitat et non posse agens illud per vias domini ingredimur ~~alius~~ ambulat. Alius sermo necessarius est quia iste claudendus est. Explicit sermo secundus

Incipit sermo tercius etc.

Propter id quod in psalmo isto scriptum est. Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulaverunt. Cum peccatum iniquitas est. Sicut Johannes apostolus dicit. Coorta difficilis questio quo possint sancti in hac vita et non esse sine et illud verum si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est et tamen ambularent vias domini quas non ambulant qui operantur iniquitatem soluta est dicente apostolo Paulo. Iam non ego operor illud sed id quod in me habitat peccatum. Quo enim est sine peccato in quo habitat peccatum ambulat tamen vias domini quas non ambulant qui operantur iniquitatem quia iam non ipse operatur illud sed quod in eo habitat peccatum. Dum ita soluta est ista questio ut difficilior altera nasceretur. Quo agat homo quod ipse non agit utrumque enim dixit et non quod volo ago et non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. Unde intelligere debemus quando peccatum quod habitat in nobis operatur in nobis tunc nos id non operari quando nequaquam ei voluntas nostra consentit et tenet etiam corporis membra ne obediant desideriis eius. Quid enim operatur peccatum nolentibus nobis nisi sola illicita desideria quibus si voluntatis non adhibeatur assensus movetur quidem nonnullus affectus sed nullus ei relaxatur effectus. Hoc precipit idem apostolus ubi dicit. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Sunt itaque desideria peccati quibus nos prohibemur obedire. Operatur ergo peccatum hec desideria quibus si nos obedimus et nos operamur. Si autem obtemperantes apostolo non eis obedimus non illud nos operamur sed quod habitat in nobis peccatum. Si autem desideria nulla haberemus illicita nec nos nec peccatum mali aliquid operaretur in nobis motum potius illiciti desiderii cui non obediendo non enim nos operamur ideo et nos agere dicimur qui non est iste

vigor aliene sed languor est
nostre a quo languore omnimodo
salvi erimus tunc et animo
et corpore immortales facti simus
Cum agere et quia in viis domini
ambulamus non obedimus de
sideriis peccati et quia non
sumus sine peccato habemus
desideria peccati ac per hoc
iam nos ea non operamur non eis
obediendo sed quod in nobis
habitat peccatum eadem commonendo
Non enim qui operantur iniquita
tem id est obediunt deside
riis peccati in viis domini ambu
laverunt. Sed adhuc querendum
est quare petamus dimitti nobis
quando dicimus deo dimitte no
bis debita nostra utrumque nos
operamur quando peccato obedi
mus ipsa desideria nobis dimitti
volumus que nos non operamur
sed quod habitat in nobis peccatum
Quantum quidem ego sapere possum
languore illius et infirmitatis
unde illicita desideria commo
ventur quod peccatum appellat apostolus
universus reatus sacramento
baptismatis est solutus tunc
omnibus que illi obedientes
fecimus diximus cogitavimus
licet nobis deinceps languor
iste obesset quamvis inesset
si desideriis eius illicitis nullam
utique obediam praeberemus sive
operatione sive locutione sive
tacita assensione donec causa
ipse sanaretur cum id quod
positum esset impletum sine
dicentes libera nos a malo
amen. Sed quia temptacio est
vita humana super terram eciam
si criminibus longe sumus non
tamen deest ubi desideriis
peccatis vel facto vel dicto vel co
gitatione obediamus qui adver
sus incuria vigilantibus
quedam incautis minuta
subrepunt. Que si adversus
colligantur et si non singula
suis motibus conterunt omnia
tamen acervo nos obruunt
et propter hoc eciam hii qui am
bulant in viis domini dicunt
dimitte nobis debita nostra
quam ad vias domini et ipsa oratio
pertinet et ipsa confessio quia
tuis non ad ea peccata pertineat
Itaque in viis domini quas omnis
fidelis una complectitur qui in
eum credit qui iustificat
impium qui eciam dixit
Ego sum via nemo peccatum
operatur sed confitetur. Demum
quo cum peccat. Et ideo peccati
mentem tollitur quod ademante
committitur sed in via fidei pr
ius peccantibus habentur quibus
peccata non imputantur de
quibus apostolus paulus iusti
ciam fidei commendans de psalmo
scriptum esse monstravit. Beati
quorum remisse sunt iniqui
tates et quorum tecta sunt
peccata. Beatus vir cui non
imputavit dominus peccatum hoc
prestant vie domini ac per hoc qui
iustus ex fide vivit. Ab ista
via domini illa alienatur iniqui
tas que est infidelitas. In
hac autem via id est in fide
pia quisquis ambulat aut
peccatum non operatur aut si quid
ademante committitur propter
viam non imputatur et tamquam
non fuerit operatus accipitur.
Et ideo bene est sic intelligi
Non enim qui operantur iniquitatem

in viis eius ambulaverunt ut
hanc iniquitatem significaverit
que recedit a fide aut non
accedit ad fidem. Que ad nos
cum ait dominus dicendo: Si non
venissem peccatum non haberent
nec utique sine ullo peccato erant
antequam Christus veniret in
carne et ex quo venit ceperunt
habere peccatum. Sed peccatum
quoddam certum id est infide-
litatis esse volunt intelligere
qui non crediderunt in eum.
Ita qui operantur iniquitatem
non qualibet sed hanc ipsam
infidelitatis non in viis eius
ambulaverunt quia unum se dic-
endo viam et veritatem utrumque
eius in Christo est et preter Christum
nusquam est. Dico enim Christum
ait apostolus ministrum fuisse
circumcisionis propter veritatem
dei ad confirmandas promissio-
nes patrum gentes autem sup-
per misericordia glorificare deum. Sic
ergo misericordia quia nos redemit
in hoc veritas quia id quod
promisit implevit et impletum
est quod promisit. Cum ergo
operantur iniquitatem id est infi-
delitatem non in viis eius am-
bulaverunt quia in Christum non
crediderunt. Ergo convertuntur
et in eum qui iustificat im-
pium pie credunt atque in
illo misericordia peccatis dimissis
et veritate completis promissis
hoc est in utrisque vias domini
venerunt in quibus ambulantes
non operantur iniquitatem quia
non tenebunt infidelitatem
sed fidem que per dilectionem ope-
ratur et cui peccatum non impu-
tatur. Incipit sermo quartus

Quid est enim quod dominus dicit
Tu precepisti mandata
tua custodiri nimis. Utinam
dirigantur vie mee ad custo-
diendas iustificationes tuas
tunc non confundar dum re-
spicio in omnia mandata tua.
Cuius est qui hoc dicit nisi
unumquodque membrum Christi vel
potius universum corpus Christi.
Et quid est Tu precepisti man-
data tua custodire nimis.
Utrum nimis precepisti an ni-
mis custodiri. Quolibet horum
intelligamus contra illam
memorabilem sententiam hoc dictum
videtur quam greci laudant
in sapientibus suis et latini
laudando consectantur: Ne quid
nimis. Si enim hoc verum est ut
ne quid nimis fiat quomodo verum
quod hic dicitur: Tu precepisti man-
data tua custodiri nimis. Quod
deus aliquid vel nimis pre-
cepit vel nimis custodiri. Sed
ante nimium reprehensione dig-
num esset diceremus ergo nobis illa
grecorum sapientium auctoritate
terreri metuentes quod scriptum
est: Nonne stultam fecit deus
sapientiam huius mundi. Et potius
istam sententiam falsam esse cre-
deremus qua dictum est: Ne
quid nimis quam divinum elo-
quium ubi legimus atque cantamus:
Tu precepisti mandata tua
custodiri nimis. Nisi non nova
grece latino sed vera verba reno-
tare. Nimis quippe dicitur
quippe dicitur quidquid plus
fuerit quam oportet. Nimium
parum et nimium duo sunt
inter se contraria. Parum est quod
minus est quam oportet et nimium

plus quam oportet hoc in medio medius est quod dicitur satis est. Cum utique utile sit in vita et moribus ut amplius quam oportet nichil omnino faciamus profecto verum esse sententiam neque nimis fateri potius quam negare debemus. Sed aliquando latina lingua hoc verbo pro abutitur ut nimis pro eo quod est valde et positum invenimus in libris sacris et ponamus in sermonibus communibus. Nam et hic tu precepisti mandata tua custodiri nimis non nisi valde intelligimus et nimis te diligo si alicui karissimo dicimus non utique plus quam oportet sed valde nos diligere intelligi volumus. Denique illa greca scriptura non habet hoc verbum quod hic legitur. Ibi enim est agan quod est nimis. Hic est autem sphodra quod est valde. Sed aliquando ut diximus nimis pro eo quod est valde et dictum invenimus et dicimus. Unde non nulli etiam latini codices non habent tu precepisti mandata tua custodiri nimis sed valde / Valde itaque precepit hoc deus et valde oportet dei custodire mandata. Sed similis pietas et pia humilitas mandata et fides in memoria gratie quid adiungat attendite. Utinam inquit dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Precepisti quidem sed utinam quod precepisti fiat michi. Ubi audis utinam vocem optantis agnosce et agnita iure optantis depone superbiam presumentis. Cuius enim dictat optare quod se habet in arbitrio potestate ut ullo

indigens adiumento id possit efficere. Gratia si optat homo quod precepit deus. A quo enim optandum est nisi ab illo patre a quo luminum omne datum optimum et omne donum perfectum, scriptura teste, descendit. Propter eos autem qui putant hoc sola nos ad faciendam iustitiam divinitus adiuvari quod precepta dei nobis in notitiam proferuntur ut ea cognita iam sine ulla dei gratia solis nostre voluntatis viribus impleantur non optant dirigi vias suas ad custodiendas iustificationes dei nisi iacens acceptis ipsis precipientis mandatis. Ad hoc enim pertinet quod premisit. Tu precepisti mandata tua custodiri nimis tamquam diceret. Iam legem accepi iam novi. Tu precepisti mandata tua custodiri nimis et mandata tua sancta et iusta et bona sed peccata per bonum michi operantur mortem nisi adiuvet gratia. Utinam ergo dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar dum inspicio in omnia mandata tua. Mandata dei sive cum leguntur sive cum in memoria revolvuntur tamquam speculum intuendum est secundum apostolum Iacobum dicentem. Si quis auditor est verbi et non factor hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis sue in speculo. Consideravit enim se et abiit et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexit in legem perfectam libertatis et permanserit non auditor obliviosus factus sed factor operis

hic beatus in facto suo erit Tale
se iste vult esse ut inspiciat
tamquam in speculum manda
ta dei et non confundatur
quia non auditor tantum cor
vult esse sed factor ipsa optat
dirigi vias suas ad custodien
das iustificationes dei unde
dirigi nisi gratia dei alioquin
legem dei habebit non ubi de
lectetur sed ubi confundatur
si noluit mandata inspicere
que non facit ¶ Confitebor in
quit tibi domine in directione
cordis mei in eo quod didice
rim iusticie tue Non est pec
catoris confessio ista sed laudis
Sicut ait etiam ipse in quo peccatum
nullum erat Confitebor tibi
pater domine celi et terre Et sicut
scriptum est in libro ecclesiastico hec
dicetis in confessione opera domini
universa quam valde bona Con
fitebor inquit tibi in directione
cordis mei utique si dirigantur
vie mee Confitebor tibi quia
tu fecisti et tua laus est ista
non mea Tunc enim confitebor
in eo quod didicerim iudicia
iusticie tue si directum cor
habeo directis viis meis ad
custodiendas iustificationes
tuas Nam quid michi prode
rit quod ea didicerim si cor
de perverso vias habeo pravas
Non enim letabor in eis sed ac
cusabor ab eis Deinde ad
iungit iustificationes tuas cu
stodiam Erue omnia ex illo
utique connectuntur quod ait utinam
dirigantur vie mee ad custodien
das iustificationes tuas Tunc
non confundar dum inspicio
in omnia mandata tua et con
fitebor tibi in directione cordis
et iustificationes tuas custodiam
Sed quid est quod sequitur
ne derelinquas me usque valde
nisi sicut non nulli codices ha
bent usque nimis pro eo quod valde
Nam hoc verbum grecum est
et hic idem sphodra quasi re
linquam se ad omnino velit sed
non usque valde absit Sed
quia relinquerat deus mund
um to peccatorem usque
valde illum re liquisset
si ei nec tanta medicina
prebuisset hoc est gratia dei per ihesum
christum dominum nostrum nunc vero sed
istam orationem corporis christi non
eum reliquit usque ad valde
quia deus erat in christo mund
um reconcilians sibi Potest hec etiam
sic intelligi ut eius ista sit
vox Cum enim dixisset in habun
dancia sua non movebor in et
num velut sua virtute confidens
ut ostenderet ei deus quod non
muto eius sed in bonitate
eius presiterat decori eius v
irtutem avertit ab eo faciem et fac
tus est conturbatus Vehemens ergo
se nec iam penitens de se cla
mat ne derelinquas me vl
de Si enim dereliquisti ut sine
adiutorio tuo infirmus appa
ream noli usque valde ne pe
ream Tu enim precepisti mandata
tua custodiri nimis Iam de
ignorancia me excusare non
possum sed quia infirmus sum
Utinam dirigantur vie mee
ad custodiendas iustificatio
nes tuas Tunc non confundar
dum inspicio in omnia man
data tua Tunc confitebor
tibi in directione cordis mei

quod didicerim iudicia iusticie
tue. Iustificaciones tuas
custodiam et si derelinquisti
me ne glorieris nimis. Nisi usque
valde et iustificatus ante glo
rificabor iuste. Sermo quintus

Hos usus fratrum consideremus
et sicut dominus donat eis
satis liberis presentem. In quo
corrigit iunior vias suas
in custodiendo verba tua. In
terrogat se et videt sibi
in quo corrigit iunior via
suam. Huiusque interrogatio est.
Deinde in quo in custodiendo
verba tua. Sed hoc loco custodi
tio verborum dei intelligenda est
operacio preceptorum. Frustra enim
custodiuntur memoria si non
custodiuntur memoria si non
custodiuntur et vita viam
quidem verba dei tenendo agunt
ne obsistant nec agunt
vivendo ut corrigantur. Vero
autem ait iste in quo corrigit iu
nior viam suam. Sed in quo cor
rigit viam suam atque ad hoc
videt in custodiendo verba tua.
Sed illos dicendi et via cor
recta quamdiu et vita pura.
Sed quid sibi vult iste iunior
potuit enim dicere in quo cor
rigit homo viam suam aut
in quo corrigit viam suam.
Quod plerique in scriptura ita
ponitur ut a sexu honoratiore
homo intelligitur modo locu
tionis quo significatur apte
totum. Neque enim et femina non
beata que non abiit in consilio
impiorum. Ubi tamen dictum est
beatus vir. Sic non non aut ho
net vir. Sed iunior in quantum
desperandus et senior aut talio

corrigit etiam senior viam suam
quam in custodiendo verba dei
an forte admonemur et qua etate
potissimum fieri debeat sed
illud quod alibi scriptum est fili a iu
ventute tua excipe doctrinam
et usque ad canos invenies sa
pientiam. Est et alius intellectus
ut ille hic agnoscatur filius
ewangelicus iunior qui profectus
a patre in regionem longinquam
effudit substantiam suam vi
vendo cum meretricibus prodi
gendo et postea quam porcos pavit
egestatem famemque perpessus
reversus et ad semetipsum et dixit
Surgam et ibo ad patrem meum.
In quo enim correxit viam suam
nisi in custodiendo verba dei
que tamquam panem patrium
esuriens concupivit. Neque cor
rigit viam suam filius eius
senior cui pater suo dixit
Ecce tot annis servio tibi et
nunquam mandatum tuum preteri.
Iunior ergo ille correxit viam
suam quam se ita depravasse
penituit quod habuisse confessus
est ut patri diceret Iam non
sum dignus vocari filius tuus.
Tercius quoque intellectus
occurrit. Etiam quid ego quantum
pro modulo meo sapio dilo
superioribus ante pono ut senior
agnoscatur vetus homo et
homines iunior. Senior quod por
tat ymaginem terreni hominis
iunior qui celestis. Etenim non
prius quod spirituale est sed quod
animale postea spirituale. Hic
ergo sicut quibusque quantum ad
etatem pertinet corporis annis
sua vetustate decrepitus iu
nior tamen erit adhuc propter

gñe nouitate conspus et in
hoc corrigit iunior viã suam
in custodiendo v̄ba eius hoc
est v̄bum fidei quod p̄dicamus
et ipsa est fides que p̄dilacõz
opatur Sed iste iunior p̄plus
gñe filius hominis nomine tan
tator tamen nomi heres testa
menti nomi iste iunior nõ caym
sed abel nõ ysmael sz ysaac
nõ esau sed israel non mana
sses sed effraym nõ heli sed
samuel nõ saul sed dauid
quid adiungit attendite In
toto inquit corde meo exqui
siui te ne repellas me amã
datis tuis Ecce orat ut ad
iunetur ad custodienda v̄ba
dei in quo dixerat viam suã
corrige iuniorem Viã utiqz
hoc est ne repellas me ama
datis tuis Quid est enim
adeo repelli nisi nõ adiuua
ri Mandatis quippe eius rec
tis atqz arduis humana nõ
contemperatur infirmitas n̄
p̄ueniens eius adiuuet ka
ritas Quos aut nõ adiuuat
hos merito p̄hibet̄ repellere
et tamquam flamma stramea
p̄hibeant̄ indigni ne inanẽ
ostendant in arborem inte
Cuius est aut̃ dignus ergo
p̄bum hominem pctm intrauit
in mundum et p̄ pctm mors
et ita in omnes homines ptrã
siit in quo omnes peccauerunt
sed indebita dei miã sanat̄
debita nr̃a miseria Ita nam
iste qui loquitur et dicit
In toto corde meo exquisiui
te et hoc unde posset nisi eũ

auxilium quẽ adscripsit conuertẽ
cui dicit̄ deus tu conuertens
uiuificabis nos et ille p̄dita
quereret et errantem ille reuo
caret qui dicit Quod perierat
requiram et quod errauerat
reuocabo unde est q̄ et cor
rigit viam suam in custo
diendo v̄ba dei illo regente
illo faciente neqz enim p̄se
ipsum posset Cum ieremias p̄
pheta fateatur et dicat Scio
domine quia nõ est hominis via
eius neqz viri ibit et corriget
viam suam A domino quippe
hoc etiam iste supius opta
uit ubi ait Utinam dirigan̄
vie mee Et hic ubi addidit
In corde meo abscondi eloqa
tua ut non peccem tibi con
tinuo dixit quesiuit auxiliũ
ne in corde eius dei eloqa
sine fructu absconderentur
nisi opera iusticie sequerentur
Cum enim hoc dixisset adiũ
xit Benedictus es dñe
doce me iustificacones tuas
Doce dixit quo eas discũt
qui faciunt non quo eas dis
cunt qui faciunt nõ quo
hi qui ut habeant q̄ loqũt̃
tm̃ modo meminerunt Ita
utiqz dixerat in corde meo
abscondi eloquia tua ut
non peccem tibi Quid ḡo
ad huc ea querit discere
que abscondita iam custo
dit in corde q̄ utiqz nõ fe
cisset nisi ea didicisset Et
quid ergo addidit et dicit
Doce me iustificacones tuas
nisi quia eas vult faciendo

dicere non loquendo uel memoria retinendo. Cum ergo in alio psalmo legitur Benedictionem dabit qui legem dedit. Ideo benedictus es domine doce me inquit iustificationes tuas. Cum enim in corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi legem dedisti da etiam benedictionem gratie ut faciendo discam quod intimando iussisti. Hec satis sunt ut nostre mentes sine fastidio nutriantur. Alium sermonem deposcunt que secuntur.

Incipit sermo sextus

Initium sermonis huius est nobis in psalmo de quo disputamus hic versus. In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Quid hic dilectissimi. Quid est hoc quis omnia iudicia dei enunciare possit cum iam investigare non possit. An non cum apostolo exclamare dubitamus O altitudo diuiciarum sapientie et sciencie dei quam inconprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Dominus dicit Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo. Et quamuis continuo promiserit eis omnem veritatem per spiritum sanctum clamat tamen beatus paulus Ex parte scimus ut intelligamus eum quidem spiritum sanctum unde pignus accepimus perducere nos ad omnem veritatem. Sed cum in alia vita post hanc vitam speculum et enigmata facie ad faciem.

Quomodo iste dicit In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et ille hoc dicit qui paulo ante superiore versu proximo dixerat doce me iustificationes tuas. Quo pacto igitur enunciauit omnia iudicia oris eius qui vult adhuc discere iustificationes eius an iudicia quidem cuncta iam nouerat iustificationes autem adhuc discere cupiebat. Hoc non est mirabilius si iam sciebat inscrutabilia dei et ea que hominibus precepit facienda nesciebat. Iustificationes enim sunt non dicta sed facta iusta opera scilicet iustorum que imperat deus. Ideo autem dicuntur inquantum ex nobis fiant quia nisi ipso donante non fiunt. Iudicia porro dei sunt quibus ab eo mundus et nunc et in fine seculi iudicatur. Sed cum eloquiis dei omnia contineantur iustificationes videlicet et iudicia. Cur querit iustificationes discere qui eloquia dei se abscondisse dicit in corde. Dixit enim In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Tum secutus adiunxit Benedictus es domine doce me iustificationes tuas. Ac deinde In labiis meis inquit enunciaui omnia iudicia oris tui. Videntur quidem duo ista inter se non esse contraria. Ymo esse pocius amica atque concreta ut qui in corde suo absconderet

eloquia dei in labijs iudicia
eius enunciet Corde em credi
ad iusticiam ore aut confessio
fit ad salutem Sed qualis
int hec duo medium posuit
Benedictus es domine doce
me iustificatiões tuas quo
gubernat homo eius in corde
iam sunt eloquia dei et qui
labijs suis enunciauit oia
iudicia dei ut ad hnc velit
docere iustificatiões dei nō
inveniuntur nisi ut eas disce
velle intelligatur faciendo
nō memoria retinendo et lo
quendo Et id ad oīno demō
strauit debē nos pete sine
quo nichil possimus facere
Sed hoc ante istum alio iam
sermone tractauimus vnū nō
quō se dixit oīa iudicia
oris dei in labijs suis enunc
ciasse cum dicta sint inscrutabi
lia Et de quorum pfunditate
alibi scriptum est Iudicia tua
abyssus multa quantum dominus
donat tractare suscepimus Sed
hic intelligamus attendite
1 vnquid iudicia dei negat
ecclia Erat plane vnam sat
vtique qualibet dicturus sit in
dex viuorum et mortuorum Ve
nite benedicti patris mei pci
pite regnū et qualibz dictu
rus sit Ite in ignem etnū Erat
ingliam neque fornicatores
neque ydolis seruientes neque
illos atque illos quos ibi aplus
paulus enumerat regnū dei
possessuros Erat etiam et in
dignatōm tribulatōm et an
gustias in omnem animam homis

operantes malum iudeo primū
et greco gloriam vero et honore
et pacem omni operanti bonum
iudeo primū et greco hec atque
huiusmodi iudicia dei euidenter
expressa nouit ecclia sed non
ipsa sunt omnia cum sint que
dam inscrutabilia et sicut abys
sus pfunda et oculta an et
ipsa nota sunt quibusdam ex
cellentibus membris homis hic
qui cum suo capite saluatore
totus est xpus Inscrutabilia
enim fortasse dicta sunt homi
quia viribus suis ea nō potest
pscrutari Sed cui nō possit
dono spus sancti cuicum que
dns conferre dignatur Sic
enim et illud dictum est Deus
habitat lucem inaccessibile Et
audiuimus tamen Accedite ad
eum et illuminamini Que vtique
soluitur questio ut inaccessibi
lis sit viribus nris accedit
aut ad eum muneribus suis que
quam et p neminem omo sanctorum
qui adhuc corpus quod corrumpitur
aggrauat animam omnia iudicia
dei scire concedit Omnia vera
ultum est ad hominem cum p
fecto ut aliquid exempli gratia
dicam vnde iudiciorum dei co
nicitur in mensuras tū nemo
sine iudicio dei sit tardus in
animo vel claudus in corpore
hoc tamen vnde dicat ecclia
hoc est pplus acquisitōis et
veracit dicat in labijs meis
3 enunciaui omnia iudicia oris
tui idest nichil iudiciorum tuorum
tacui que michi p eloquia tua
innotescere voluisti sed omnia

prius in labiis meis enuntiarem hoc enim michi videtur significare voluisse quod non ait Omnia iudicia tua Sed omnia iudicia oris tui id est que michi dixisti ut per eos eloquium eius intelligamus quod fecit ad nos in revelacionibus sanctorum pluribus et testamentis duobus que omnia iudicia usque quaque in labiis suis enuntiare non cessat ecclesia Deinde subiungit et dicit In via testimoniorum tuorum iocundatus sum quasi in omnibus diviciis Via testimoniorum dei nichil cercius nichil brevius nichilque grandius intelligimus esse quam christum in quo sunt omnes thezauri sapiencie et sciencie absconditi Inde et iste ait se iocundatum vel delectatum in hac via quasi in omnibus diviciis Testimonia quippe dei sunt quibus quantum nos diligat nobis probare dignatur Commendat autem suam caritatem deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est Cum ergo ipse dicat Ego sum via et humilitas eius carnalis nativitatis atque passionis evidencia sunt testimonia divine erga nos dilectionis procul dubio via testimoniorum dei christus est Per ipsum quippe testimonia que in illo videmus impleta et futura erga nos que sempiterna promissa sunt expectamus et speramus implenda Qui enim proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus

tradidit illum quomodo non eciam cum illo omnia nobis donavit Sequitur In mandatis tuis garriam et considerabo vias tuas Quod grecus habet adholeschese sed latini interpretes quidam garriam quidam exercebor interpretati sunt que duo inter se videntur esse Sed si exercitacio intelligatur ingenii cum quadam delectacione disputacionis utrumque coniungitur et quasi ex utroque unum aliquid temperatur ut non sit aliena ab huiusmodi exercitacione garrulitas Solent enim garruli vocari loquaces Hic autem se in mandatis dei exercet ecclesia adversus omnes inimicos fidei sane atque catholice copiosis doctorum disputacionibus garrula que tunc fructuose sunt disputaciones si non ibi considerentur nisi vie domini Universe autem vie domini sicut scriptum est misericordia et veritas quorum duorum plenitudo invenitur in christo Propter hanc suam exercitacionem fit eciam quod adiungit In iustificacionibus tuis meditabor non obliviscar verborum tuorum Ideo utique meditabor ut non obliviscar Unde beatus ille in primo psalmo In lege domini meditabitur die ac nocte In hiis omnibus que ut potuimus disputavimus et meminerimus beatum eum qui abscondit in corde suo eloquia domini et enunciat in labiis eius omnia iudicia oris eius et in via testimoniorum eius delectatur sicut in omnibus diviciis et garriens

ul se se contenens in mandatis
eius consideravit vias eius et
meditatur in iustificacionibus
eius ne obliviscatur verborum eius
perque omnia utique lege dei atque
doctrina instructus apparet
tamen orare et dicere Bene
dictus es domine doce me iu
stificaciones tuas Si ibi nichil
aliud intelligitur nisi poscere
adiutorium gratie ut quod iam
novit sermone dictat et ope

Incipit sermo septimus etc

Si huius psalmi meministis
superiora verba admonere
nos debent ad intelligenda
sequencia Et enim que tamquam
ex unius hominis persona loquuntur
membra sunt christi et ad unum
caput tamquam ad unum perti
netur corpus Nempe supra
dixerat In quo corrigit iunior
viam suam in custodiendo verba
tua Ecce nunc apertius ut id
faciat poscit auxilium Retri
bue servo tuo et vivam et
custodiam verba tua Si bona
pro bonis sibi retribui postu
lavit iam custodierunt verba
dei Non autem dixit Retribue
servo tuo quia custodivi verba
tua tamquam mercedem bona
pro bono obediencie flagitaret
sed dixit Retribue servo tuo
et vivam et custodiam verba
tua Sed quid est aliud quam
dicere mortuos ea custodire
non posse et fideles denique
de quibus dicitur Sine mortuos
sepelire mortuos suos quo
propter si mortuos intelligimus
infideles vivos autem fideles

Quoniam iustus ex fide vivit
nec possunt custodire verba dei
nisi fide que per dilectionem operatur
habent sibi poscit qui dicit Re
tribue servo tuo et vivam et
custodiam verba tua et quoniam
ante fidem non homini debentur
nisi mala pro bonis retribuit
aut deus per indebitam graciam
bona pro malis hanc retribu
cionem rogat qui dicit Ecce
nunc retribue servo tuo vivam
et custodiam verba tua Qua
tuor sunt enim retribuciones
aut mala pro bonis retribuuntur
sicut deus ignem eternum impiis
retributurus est Aut bona pro
bonis sicut regnum eternum
retributurus est iustis Aut
bona pro malis sicut christus per
graciam iustificat impium Aut
mala pro bonis sicut iudas
per maliciam persecutus est christum
harum quatuor retribucionum
due priores pertinent ad iusti
ciam ut retribuantur mala
pro bonis bona pro bonis Tercia
pertinet ad misericordiam ut retribu
antur bona pro malis Quartam
deus nescit Nulli enim ma
lum pro bono retribuit Hanc autem
quam tercio loco posuit primitus
necessaria est Nisi enim deus re
tribueret bona pro malis nullos
essent quibus retribueret bona
pro bonis Vide illum Saulum
postea Paulum non ex operibus
iusticie que fecimus nos sed
secundum suam misericordiam salvos
nos fecit per lavacrum rege
neracionis Et item Qui primus
blasphemus fui et persecutor

et iniuriosus sed misericordiam con
secutus sum quia ignorans
feci in incredulitate Et iterum
Consilium autem do tamquam
misericordiam consecutus ut fidelis
essem hoc est ut vincerem
quia iustus ex fide vivit
Mortuus ergo erat per peccata prius
iusticiam ante quam vinceret
per dei graciam Ipsam porro
suam mortem sic confitetur
Adveniente inquit manda
to peccatum revixit Ego autem
mortuus sum et inventum
est michi mandatum quod
erat in vita hoc esse in mor
te Retribuit ergo illi deus
bonum pro malo hoc est vita
pro morte Talem sed retribu
cionem qualis hic ponitur
ubi dicitur Retribue servo tuo
vivam et custodiam verba
tua et vixit et custodivit
verba eius et pervenire cepit
ad aliam retribucionem in qua
retribuitur bona pro bonis propter
quam dicit Bonum certamen
certavi cursum consummavi
fidem servavi De cetero repos
ita est michi corona iusticie
quam reddet michi dominus
in illa die iustus iudex utique
iustus retribuendo bona pro
bonis quia prius misericors
retribuendo bona pro malis
Verum et ipsa iusticia que
retribuitur bona pro bonis non
est sine misericordia Corona hec scriptum
est Qui coronat te in misericordia
et misericordia Cui enim dixit bo
num certamen certavi quomodo
vinceret nisi illo donante de
quo ait gracias deo qui dat
nobis victoriam per ihesum xpistum
dominum nostrum et qui cursum con
summavit quomodo curreret quod per
veniret nisi illo adiuvante
de quo ait Igitur non volentis
neque currentis sed miserentis
est dei et qui fidem servavit
quomodo id faceret nisi ut ipse ait
misericordiam consecutus sum ut fi
delis essem Nunquam ergo se
extollat humana superbia modo
ut sibi deus retribuit bona
pro malis Sed iste qui iam orat
et dicit Retribue servo tuo et
vivam si penitus iam esset
mortuus non oraret Sed ab
illo accepit inicium bone con
cupiscencie a quo vitam posuit obe
diencie / Habebat enim aliquam
fidem qui dicebant Domine
auge nobis fidem Ille non
et incredulitatem suam con
fitebatur qui cum esset inter
rogatus utrum crederet ait
Credo domine adiuva incredu
litatem meam Iam utique vi
vere incipiens postulat vitam
qui credens erat obediam
nostra peccata fructa primum sed ut
fructum auxilium vita quippe
crescente vivificat de die in
diem qui renovatur de die
in diem Sciens autem verba
dei non posse custodire pro obe
dienciam nisi videatur pre
gloriencia hoc quoque addit
et dicit Revela oculos meos
et considerabo mirabilia
de lege tua Ad hoc etiam id
pertinet quod adiungit Inquilinus
ego sum in terra sive ut non

milli codices habent Incola
ego sum apud te in terra ne
abscondas a me mandata tua
Quod cum ait superius Revela
oculos meos hoc postea dixit
ne abscondas a me et quod ibi
dixerat mirabilia de lege
tua hoc alio modo repetens
ait mandata tua Nichil enim
aut mirabilius in mandatis
dei quam diligite inimicos
vestros hoc est retribuite bona
pro malis Sed de isto inquilinatu
vel incolatu non est sermo co-
artandus Et ideo non iste
de hac re sed alius expectan-
dus et domino adiuvante
reddendus est sermo Incipit
sermo octavus eiusdem psalmi

Sermo octavus dimisso pre-
terquod dicit incola ego sum
in terra ne abscondas a me
mandata tua concupivit
anima mea desiderare iu-
stificationes tuas in omni tempore
Expectationi caritatis vestre
de sequentibus huius magni-
ssimi psalmi sermo reddendus
est ab illo versu scilicet ubi ait
Incola ego sum in terra ne
abscondas a me mandata
tua sive ut non nulli codices
habent Inquilinus ego sum
in terra Quod enim est inquisito
parvetos aliqui inter inquilinus
aliqui incola non nunquam
etiam advena interpretati sunt
Inquilini non habentes propriam do-
mum habitant in aliena Incola
autem vel advene utique adve-
ticii perhibentur Ubi magna
de anima exoritur questio

Neque enim secundum corpus deum
videri potest incola vel advena
vel inquilinus sum in terra cor-
pus originem ducat Sed hac
profundissima questione inclu-
dendus diffinire Sive enim
propter animam que absit ut
putetur ex terra nulla dici po-
terit inquilinus vel incola vel
advena ego sum in terra sive
secundum totum hominem quia
paradisi aliquando civis fuit ubi
utique non erat qui ista dice-
bat sive quod est ab omni con-
troversia liberius non omnis
homo possit hoc dicere sed
cui patria commissa est eterna
in celis hoc sentio quia tempta-
tio est vita humana super
terram et iugum grave est
super filios adam Unde me plus
delectat secundum istam dispu-
tare sententiam ut ideo nos in
terra inquilinos vel incolas
esse dicamus quia supernam
patriam unde pignus acce-
pimus et quo pervenientes
numquam inde migremus
invenimus Iam et ille qui
in alio psalmo dicit Inquilinus
ego sum apud te et peregrinus
sicut omnes patres mei non ait
sicut omnes homines sed dicendo
sicut omnes patres mei iustos
procul dubio vult intelligi
qui eo tempore precesserunt
et in hac peregrinatione gemi-
tu pio superne patrie suspira-
verunt De quibus scriptum est
ad hebreos Secundum fidem mor-
tui sunt hii omnes cum non ac-
cepissent promissiones secundum

secundum eas videntes et
salutantes et confitentes quia
hospites et peregrini sunt super
terram Qui enim talia dicunt
ostendunt quia patriam querunt
et siquidem eius memores es-
sent aqua discesserant habu-
issent tempus revertendi nunc
autem meliorem appetunt id est
celestem Ideo non confunditur
de illis deus vocari deus eorum
parauit enim eis ciuitatem et id
quod legimus quamdiu sumus
in corpore peregrinamur a domino
potest intelligi hoc non esse omnium
sed fidelium Non enim omnium
est fides Et videmus quid hijs
verbis apostolus iungat Cum enim
dixisset quamdiu sumus in cor-
pore peregrinamur a domino
per fidem inquit ambulamus
non per speciem ut intelligeremus
eorum esse istam peregrinationem qui
ambulant per fidem fideles ac
quos deus prescivit nec prede-
stinavit conformes fieri ymagi-
nis filij sui non possunt ve-
raciter dicere se intra peregri-
nos quando ibi sunt ubi secundum
carnem nati sunt Non enim
alibi habent ciuitatem Ac per
hoc non sunt in terra alienigene
sed terrigene Unde ait alia
scriptura de quodam Posuit
enim caput mortem domum
suam et apud inferos cum
terrigenis axes suos Sunt autem
et ipsi peregrini et inquilini non
hic terre sed populo dei a quo
sunt alienigene unde credentibus
et sanctam ciuitatem
que non est de hoc mundo hre-

incipientibus Apostolus dicit
Igitur iam non estis peregrini et
inquilini sed estis cives sanctorum
et domestici dei Ipsi ergo sunt
cives terreni qui sunt dicti populo
peregrini Cum non cives sunt in
populo dei ipsi sunt in terra peregrini
quia totus idem populus quamdiu
est in corpore quasi peregrinatur
a domino Dicat itaque incola ego
sum in terra ne abscondas
a me mandata tua Sed qui-
tandem sunt a quibus deus
abscondit mandata sua non
ne illa ubique deus voluit
predicari utinam quam multis
clara sunt tam multis cara
sint Nam quid est clarius
quam diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo et
ex tota anima tua et diliges
proximum tuum tamquam teipsum
In quibus duobus mandatis
tota lex pendet et prophete
Cuius est quem latent ista
mandata Nempe et omnibus
fidelibus plurimis infidelibus
nota sunt Cur ergo poscit
fidelis ne abscondantur sibi
quod nec infidelibus cernit ab-
scondi An quia deum nosse
difficile et consequens est
utique ut diliges dominum deum
tuum difficile intelligatur
ne aliud pro alio diligatur
Nam proximum facilior videtur
esse cognitio Omnis quippe
homo omni homini est proximus
nec ulla cogitanda est lon-
ginquitas generis ubi est na-
tura communis Cum quidem nec proxi-
mus vocat qui duo ait Et quis

est nimirum proximus quod illi contra
positus homo quidam qui
descendit ab ierusalem in iericho
et incidit in latrones cum pro-
ximum non fuisse nisi qui cum
illo fecit misericordiam ipse qui inter-
rogaverat indicavit patenterque
in faciendam misericordiam neminem alie-
num esse deputandum esse ab eo
qui diligit proximum. Sed multi
se eos ipsos noverint quia et
seipsum nosse quemadmodum
homo sibi debet innotescere
non omnium hominum est fides. Quo-
modo diligit proximum tamquam
seipsum qui nescit et seipsum? Non-
dum frustra ille filius minor
qui profectus in regionem lon-
ginquam ubi dissipavit sub-
stantiam suam vivens prodi-
ge ut diceret Surgam et ibo
ad patrem meum nusquam
reversus contra ad semetipsum nisi quia
tam longe peregrinatus et re-
linqueret etiam semetipsum
nec tamen reverteretur ad se omni-
modo nesciret se nec diceret
surgam et ibo ad patrem meum
si penitus ignoraret deum. Quo-
circa aliquatenus ita sciunt
et ut magis magisque sciant
non in minuto scienda instituitur
cura apostoli ut sciamus diligere
deum secundum quod deus et ut
sciat homo diligere proximum
tamquam seipsum prius debet
diligendo deum diligere seipsum.
Quod inde potest si nescit
deum si nescit et seipsum. Recte
itaque dicitur deo Incola ego
sum in terra ne abscondas a
me mandata tua. Certo non

quod absconduntur eis qui non
sunt incolae in terra nec enim
mandata et si audiunt non
sapiunt quia terrena sapiunt.
Ceterorum autem comparatio intellectus
est inquantum hi cognoscunt
profecto peregrinantur. Petant ita
quod ne abscondantur ab eis man-
data dei per quem liberentur
ab incolatu hoc diligendo deum
cum quo in aeternum erit et di-
ligendo proximum ut illic sint
ubi et ipse erit. Quid autem
diligendum diligitur si ipsa
dilectio non diligitur. Unde
consequenter iste incola in ter-
ra cum dei mandata ne sibi
absconderentur oraret in quibus
dilectio praecipitur vel sola vel
maxime et ipsius dilectionis
dilectionem se vellet habere
proclamat dicens Concupivit
anima mea desiderare iu-
stificationes tuas in omni tempore.
Laudabilis est ista concupiscentia
non damnabilis. Non de
hac dictum est non concupisces
sed de illa qua caro concu-
piscit adversus spiritum. De hac
autem bona concupiscentia qua con-
cupiscit spiritus adversus carnem
quaere ubi scriptum sit et in-
venies. Concupiscentia itaque sapientiae
deducit ad regnum et multa
alia reperiuntur bonae concupiscentiae
testimonia. Sed hoc saepe inter-
est quod non tacetur quid con-
cupiscatur. Sed si sola ponitur
non nisi mala intelligitur sicut
in hoc quod commemoravi.
Concupiscentia itaque sapientiae dedu-
cit ad regnum. Si non adderet

sapie nullo modo diceret concupiscentia perducit ad regnum. At vero apostolus quod posuit concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret Non concupisces Non utique ait cum vel concupiscam vel quid non concupisces Certum est enim non intelligi cum ista cum diceretur nisi malam concupiscentiam Quid ergo hinc anima concupivit desiderare inquit iustificationes tuas in omni tempore Credo non dum eas desiderabat qui concupivit desiderare iustificationes aut si ita sunt iusta id est opera iusticie Cum itaque non dum haberet et qui iam desiderat quam longe absens erat qui eas adhuc desiderare concupiscebat et quam longius absentes sunt qui neque hoc adhuc concupiscunt Verum est autem quod concupiscatur desiderium nec sit in nobis cum iam concupiscentia sit in nobis Neque enim pulcherrimum aliquod corpus est sicut aurum vel caro aliqua speciosa quam potest homo concupiscere nec habere quia extra posita non est homine Quis nesciat in homine esse concupiscentiam in homine esse desiderium Cur ergo concupiscitur ut habeatur quasi forinsecus inferatur aut quod haberi eius concupiscentia sine ipso potest cum non sit ab ipso quid aliud quam concupiscentia Nam et desiderare pertuldubis concupiscere Quis est iste mirabilis atque inexplicabilis languor et tamen est Nam egrotus qui fastidio laborat et utile evadere hoc malum concupiscit utique desiderare cibum dum concupiscit non habere fastidium magis est corporis Concupiscentia vero que concupiscit desiderare cibum hoc est carere fastidio in animo est non in corpore et si cum non gutturis et faucium delectacio que fastidio extinguitur sed reciperande eius sanitatis qua pellendum esse fastidium providet Ideo non est mirum si appetit animus ut appetat corpus quod appetit animus non appetit corpus Cum autem utrique animo est et utrumque concupiscentia est Cur non concupisco desiderium iustificationum dei quod eodem quod animo meo habeo concupiscentiam desiderii huius et ipsum non habeo desiderium aut quod ista duo sunt et non unum ut quid enim concupisco desiderare iustificationes tuas ac non ipsas iustificationes potius quam earum desiderium concupiscere cum ideo cur non desiderium concupiscam quia ipsas habere concupisco quod si ita est iam ipsas utique concupisco Quid igitur opus est ut cernerem desiderium concupiscam cum iam id habeam et habere me senciam Non enim possem concupiscere desiderium iusticie nisi concupiscendo iusticiam an hoc est quod supra dixi quod diligenda

sit etiam ipsa dilectio que di-
ligitur quod diligi oportet
Odio quippe habemus concupiscen-
ciam qua caro concupiscit
adversus spiritum Et quid est illa
concupiscencia nisi mala dilectio
et diligimus concupiscenciam no-
stram qua spiritus concupiscit
adversus carnem Et quid est
ista concupiscencia nisi bona dilec-
cio Cum autem dicitur diligenda
est quid aliud dicitur quam
concupiscenda est Quocirca
qui recte concupiscunt iusti-
ficationes dei recte concupiscunt
concupiscenciam iustificationum dei
hoc enim alio modo sic dici potest
qui recte diligunt iustifica-
ciones dei recte diligunt di-
lectionem iustificationum dei Sed
aliud est concupiscere aliud de-
siderare non quod non sit con-
cupiscencia desiderium sed quia
non omnis concupiscencia desi-
derium est Concupiscuntur de-
sideria est Concupiscuntur enim et
que habentur et que non habentur
nam concupiscendo fruitur
homo rebus quas habet de-
siderando autem absencia con-
cupiscit / desiderium autem quid
est nisi rerum absencium con-
cupiscencia sed dei iustifica-
ciones absentes esse quomodo
possunt nisi quando nesciuntur
an et quando sciuntur et non
sunt absentes Unde sunt verba
quando sunt iustificationes nisi
opera iusta non verba ac per hoc
possunt infirmitate anime
non desiderari et racione mentis
videri quam sint utiles
atque salubres ut earum deside-

rium concupiscatur Sepe enim quid
agendum sit videmus nec a-
gimus quia non delectat ut aga-
mus Et cum cupimus ut de-
lectet prevolat intellectus et tar-
de sequitur et aliquando non se-
quitur humanus atque infirmus affectus
Ideo ergo desiderare concupisce-
bat que bona esse cernebat
cupiens eorum habere delecta-
cionem quorum poterat videre
racionem Non autem ait concu-
pivit Sed concupivit anima
mea desiderare iustificationes
tuas fortasse quippe talis
erat iste incola in terra qui
iam pervenerat ad id quod concu-
pierat Iamque desiderabat
eas quarum desiderium se aliquando
concupisse commemorat Si
autem iam desiderabat cur non
habebat non enim aliquid im-
pedit quominus habeantur
iustificationes dei nisi quia
non desiderantur dum non in
eas caritas fervet quarum cla-
ritas lucet Sed habebat eas atque
faciebat Nam paulo post dicit
Servus autem tuus exercebatur in
iustificationibus tuis Sed quibus
quasi gradibus ad eas pervenia-
tur ostendit Primum est enim ut
videatur quam sint utiles
et honeste deinde ut earum
desiderium concupiscatur postre-
mo ut proficiente lumine atque
sanitate delectet earum operacio
quarum sola racio delectabat
Sed ea que sequuntur quoniam iam
iste iam pluribus alio sermone
adiuvante domino tractandi
differenda Incipit sermo no-
nus de eo quod dicit Increpasti

supbos maledicti qui declināt
amandatis tuis instr̄ nam et
testimonia tua meditatio mīa
est et consiliū meum iustificaci

Psalmi huius sermones vite ecē
que tractanda susceperimus
admonere nos cause nostre
miserie recordari et cum eum
dixisset Concupivit aīa mea
desiderare iustificationes tuas
in omī tempore scꝫ in rebꝫ pspe
ris sive in adversis quia et in la
boribus et in doloribus debet
delectari iustitia nec ita est tpe
diligenda tranquillo ut tribu
lento tempore deseratur sꝫ am
plectenda est in omī tempore
continuo subiecit Increpasti
supbos maledicti qui declināt
amandatis tuis Supbi enim
declinant amandatis dī Aliud
est quippe mandata eius p in
firmitatem vel ignorantiam
nō implere Aliud abeis p su
pbiam declinare sicut fecerit
qui nos mortalitate inhec mi
sera genuerunt Delectavit enī
eos erītis sicut dī ac sic mā
dato dei quod sibi mandasse
eum sciebant et quod facilli
me nulla infirmitate renota
te impediente tarditate im
plere potuerunt p hanc supbiā
declinaverunt Et ecce tota ista
dura et infelix erumpna mor
talium quodammodo hedita
ria est increpatio supbor̄ Cū
enī dixit deus adam ubi es
nō ubi esset ignorabat supbū
increpabat et ubi tunc esset
id est adquitatem miseriam p
venisset nō scire capiebat sed
interrogando increpavit admo-

nebat vide aūt quemadmodū
cum dixisset Increpasti sup
bos nō ait maledicti qui de
clinaverūt amandatis tuis ut
illud tantum p̄morum hominū
peccatum veniret in mente Sed
ait Maledicti qui declinant
Oportet enim ut omnes illo ter
reātur exemplo nō
declinare mandatis ut dilige
do iustitiam in omī tempore
in huius mundi etiā miseria la
boremus i tempe quod in paradis
amisimus voluptate Sed quī
supbi nec in tanta deponunt
increpatione cervicem et cū
sint deiecti laborꝫ mortisque
supplicio extollunt typo im
tantes elationem cadendo non
surgentes humilitatem surgen
dum p eis orat corpus xpī cū
dicit Auffer a me obprobrium
et contemptum quia testimo
nia tua exquisivi Testimonia
grece martiria nuncupantur
quo vbo iam p latino utimur Unde
illos qui propter testimonium
xpī diversis passionibus humilia
ti sunt et usque ad mortem
p veritate certaverunt nō testes
quod latine utique possemus
sed grece martires appellamus
Cum hoc ergo familiarius au
ditis et dulcius sic accipias
hec vba tamquam dictum sit
Auffer a me obprobrium et con
temptum quia martiria tua ex
quisivi Cum ergo corpus istud
dicit numquid abiimpis et su
pbis audire obprobrium atque con
temptum illam deputat pe
nam tum potius unde p̄de
mat ad coronam Cur ergo quasi

grave aliquid intollerabile
a se posset auferri nisi quia
ut dixi orat per ipsius membris
suis quibus esse prosperat no
bilium obiectu Christi tamquam
obprobrium christianis et eius am
pelos in regnum crucem tamquam
humilitatis vanae medicinam
qua sola tumor ille sanatur
quo inflatu cecidimus et iacen
tes amplius intumuimus ead
superbia permanente et crescen
te contemptibile. Dicat itaque cor
pus Christi Iam eum diligere didi
cit inimicos suos dicat domino
deo suo auffer a me obprobrium
et contemptum quia mandata
tua exquisivi id est obprobrium
quod ideo audio et contemptum
quod ideo contempnor quia
mandata tua exquisivi auffer
a me. Inimici enim mei quos
a me percipis diligi qui mag
magisque moriuntur et pereunt
cum mandata tua contempnunt
et eminant in me profecto re
quiescent et inveniuntur per man
data tua venerunt in me. Ita
factum est hoc videmus Ecce mar
tirium Christi et apud homines
et in hoc mundo non solum
non esse obprobrium sed magnum
est ornamentum Ecce non solum
in conspectu domini verum etiam in
conspectu hominum iam preciosa
est mors sanctorum eius Ecce
non solum contempnuntur verum
etiam magnis honoribus prefe
runtur martires eius Ecce filius
ille minor qui porcos quos
pascebat id est principibus mundi de
monibus quos colebat precio
sam suam mixtamus paucassimus

precedentem persequebatur Iam
nunc vitam magnus et multis
populis gentium martires quibus
ingerebat obprobrium religio
sissime predicans et maximis
laudibus quos contempnebat
exaltans mortuus erat et
revixit perierat et inventus est
hoc tam magno lucro correc
tionis conversionis et redemp
tionis inimicorum suorum corpus
Christi deo dixit Auffer a me ob
probrium et contemptum et qui
quereret de qua re obprobrium
et de qua re contemptum sub
iunxit Quia mandata tua ex
quisivi Ubi est nunc illud ob
probrium ubi ille contemptus
abierunt atque transierunt et qui
inventi sunt qui perierunt illa
perierunt Sed quod ecclesia tunc
portabat illa patiebatur Et
enim sederunt principes inquit
et adversum me loquebantur
Unde persecutio gravius erat quia
cum sedentes hoc est iudicia
riis sedibus eminentes princi
pes iudeorum consilium q[...] uere
bant quod Christum perde[...]rent
Refert hoc ad corpus [...] eius
id est ecclesiam in ne[...]mes
reges terre excog[...]tasse
atque iussisse quo[...] vam
umquam essent [...] Et enim
sederunt principes [...] et adversi
me loquebantur s[...]imus aut
tuus exercebatur in iustificatio
nibus tuis Qualis exercitatio
hac fuerit qui nosse desiderat
quod adiunxit intellige Nam
et testimonia tua meditatio
mea est et consilium meum
iustificationes tue Recole quod

supius comendauit testimonia
tua martiria Recole in iustifica
tionibus dum nullam esse rem
difficiliorem et mirabiliorem
quam ut suos quisque diligat
inimicos Sic quod decebat cor
pus xpi ut et martiria eius
meditaretur et diligeret eos
a quibus obprobrantibus et con
temptientibus propter ipsa mar
tiria persecutiones paciebantur
non enim prece sicut iam comme
dauimus sed pro ipsis potius ora
bat dicens Auffer a me obprobrium
et contemptum Sederunt ergo
principes et adversum me loque
bantur Seruus autem tuus exercebatur
in iustificationibus tuis Quo
niam modo et testimonia tua
meditacio mea est et consi
lium meum iustificationes tue
Consilium contra consilium
Consilium sedencium principum
fuit inimicos martires persequi
Consilium pacientium martirum
fuit inimicos perditos inbere
Sed debant illi mala pro bonis
isti … bona pro malis Quid ergo
mirum … si illi occidendo defe
cerunt … isti moriendo vicerunt
Quid … inquam mirum si mar
tires … sevientibus gentibus
tempora… lem mortem pacie
tissime … pertulerunt et gentes
marti…ribus orantibus
ad eternam … vitam pervenire po
tuerunt dum corpus xpi sic
exercetur ut et martiria meditetur
et malis martirum persecutoribus
bona precetur Explicit sermo
nonus Incipit sermo decimus
Occurrit in isto psalmo ma
iora quod considerare per

tractare debemus Adhesit
pauimento anima mea viui
fica me secundum verbum tuum Quid
est adhesit pauimento anime
mea rem eum adiungit et
dicit viuifica me secundum verbum
tuum quare viuificari poscit
Utique tamquam premisit dicendo
Adhesit pauimento anima mea
Ergo quia propterea se iustificari
petit quia pauimento adhe
sit anima eius mirum si boni
aliquid hinc vult intelligi
Ita quippe se habet tota ista
summa tamquam diceret mortuus
sum viuifica me Quid est
ergo pauimentum si tamquam
unam magnam domum vniuer
sum mundum velimus accipe
re videmus velut eius cameram
celum terra erit quasi pauimentum
Vult itaque terrenis sensus cum
apostolo dicere Conversatio nostra
in celis est proinde terrenis ad
herere more anime est cum mo
do contraria ponitur vita cum
dicitur viuifica me Sed vi
dendum est utrum congruant
huic verba ista qui superius ta
lia dixerat quibus magis
deo videatur adhesisse quam
pauimento ut cum illo cum
non in terrenis sed in celestibus
habetur Quo enim potest intelli
gi terrenis adhesisse qui dicat
Seruus autem tuus exercebatur
in iustificationibus tuis Nam
et testimonia tua meditatio
mea est et consilium meum
iustificationes tue Hec sunt
enim verba eius antecedencia
quorum antecedentium ista
sunt consequencia Adhesit

pavimento anima mea An
ex hoc intelligere debemus
quantumlibet quisque proficiat
in iustificacionibus dei hic
cum mortalis carnis affectum
circa ista terrena in quibus huma-
na vita temptacio est super
terram et ab hac morte si per-
severaverit proficit cottidie re-
nunciare vivificante illo cuius
gratia homo interior renovatur
de die in diem Nam et illud
apostolus cum dicebat Quamdiu
sumus in corpore peregrinamur
a domino et concupiscebat dis-
solui et esse cum Christo adhese-
rat pavimento anima eius
Unde et corpus ipsum quia
ex terra est non absurde in-
telligitur pavimentum Quod
adhuc quia corruptibile est
et aggravat animam et ad ge-
miscitur et dicitur deo Adhe-
sit pavimento anima mea vivi-
fica me secundum verbum tuum Ne-
que enim non cum corporibus
nostris semper cum deo erimus
sed tunc quia non erunt cor-
ruptibilia nec animas aggra-
vabunt si diligenter conside-
remus non eis nos sed ipsa
nobis potius adherebunt
nos autem deo Unde alterius
psalmi verba illa sunt michi
autem adherere deo bonum est
ut vivant corpora ex nobis ad-
herendo nobis nos autem vi-
vamus ex deo quia nobis ad-
herere deo bonum est Adhesio
quippe ista de qua dictum est
Adhesit pavimento anima
mea non condicionem carnis

et anime quamvis et ipsam
quidam intellexerint sed carna-
lem magis affectum anime
quo caro concupiscit adversus
spiritum significare michi videtur
Quod si recte accipitur perfecto
qui dicit Adhesit pavimento
anima mea vivifica me secundum
verbum tuum et non id orat ut
de corpore mortis huius morte
ipsius corporis interveniente
solvatur / quod dies ultimus
vite huius qui propter brevitatem
non potest esse diuturnus quoque
futurus est sed ut concupiscencia qua
concupiscit adversus spiritum magis
magisque minuatur et concupiscencia
qua concupiscitur adversus car-
nem magis magisque augeatur
donec ista consumetur per spiritum
sanctum qui datus est nobis
Bene ait non ait vivifica
me secundum meritum meum sed
ait secundum verbum tuum Quod
quid est aliud nisi secundum pro-
missum tuum Filius promissio-
nis vult esse non filius ela-
cionis ut secundum graciam firma
sit promissio omni semini hoc est
enim verbum promissionis
In ysaac vocabitur tibi semen
hoc est non qui filii carnis
hii filii dei sed filii promissio-
nis deputantur in semine / Vias
quid erat ipse per se ipsum deo
quod sequitur confitetur
Vias meas enunciavi et ex-
audisti me Non nulli quidem
codices habent vias tuas
sed plures et maxime greci
vias meas hoc est malas
Nam hoc michi videtur dicere

peccata mea confessus sum et
exaudisti me hoc est ut dimit
teres ea doce me iustificationes
tuas Confessus sum vias meas
et delesti eas doce me tuas
Sic doce me ut agam non ut
tantum sciam quid agere debeam
Sicut enim dictum est de domino
quod non noverat peccatum et intel
ligitur non fecerat sic et iusticiam
ille vere dicendus est nosse qui
facit proficientibus hec oratio est
tam utique si omnino non faceret
profecto illa superiora non diceret
Servus autem tuus exercebatur
in iustificationibus tuis Non
ergo in quibus exercebatur has
velet a domino discere sed ab
istis ad alias proficiendo vel
crescendo desiderat pervenire
Deinde adiungit et dicit Viam
iustificationum tuarum instrue
me hic vel sicut non nulli co
dices habent insinua me Sed
expressius de greco dicitur fac
me intelligere Et exercebor
in mirabilibus tuis Ipsas iusti
ficationes ampliores quas
proficiendo cupit apprehendere
mirabilia dei vocat Sunt
ergo quedam dei iustificatio
nes ita mirabiles ut humana
infirmitas abeis qui experti
non sunt non adeas posse per
venire credatur Unde labo
rans iste et earum difficultate
quodam modo fatigatus ad
iungit Dormitavit anima
mea pre tedio confirma me
in verbis tuis Quid est dormi
tavit nisi a spe refriguit
quam se apprehensuram esse

crediderat Sed confirma me in
quit in verbis tuis ne abeis que
ad quas iam pervenisse me sen
tio decidam dormitando Con
firma itaque me in eis verbis
tuis que iam teneo que iam
facio ut ex hiis ad alia possim
proficiendo pretendere et quid im
pedit in vias iustificationum
dei sic ambulare ut homo
facile possit ad illa etiam mi
rabilia pervenire quid puta
mus nisi quod ipse admonen
in consequentibus rogat di
cens Viam iniquitatis amo
ne a me Et quia lex factorum
subintravit ut habundaret
delictum Sequitur et dicit
Et lege tua miserere mei Qua
lege nisi lege fidei Audi apostolum
Ubi est ergo gloriatio tua exclu
sa est per quam legem factorum
non sed per legem fidei Hec est
lex fidei qua credimus et
oramus per gratiam nobis dari
ut faciamus quod per nos met
ipsos implere non possumus
ne ignorantes dei iusticiam
et nostram volentes constituere
iusticie dei non simus subiec
ti In lege itaque factorum dei in
venitur iusticia In lege autem
fidei subvenientis misericordia Cum
autem dixisset Et lege tua mi
serere mei de beneficiis eius
que iam consecutus est quo
dammodo si dici potest prestabit
ut impetret cetera que nondum
est consecutus Ait enim Viam
veritatis elegi et iudicia tua
non sum oblitus Adhesi te
stimoniis tuis domine noli me

confundere Viam veritatis ele
gi ubi cucurrerim Iudicia tua non
sum oblitus ut currerem Adhesi
testimoniis tuis cum currerem
domine noli me confundere
Quo curro peruendam Quo te
do perueniam Non enim volen
tis neque currentis sed mise
rentis est dei Deinde sequitur
Viam mandatorum tuorum cucur
rim dilatasti cor meum non
currerem nisi dilataretur cor
meum Prius iste versus exponitur
quemadmodum dictum sit Viam
veritatis elegi iudicia tua
non sum oblitus Adhesi te
stimoniis tuis Cursus quippe
iste currere mandatorum dei Et
quia potius eius beneficia
quam sua merita dominus allegat
tamquam diceretur eius quis
istam viam cucurristi eligen
do et dei iudicia non obliuiscen
do et eius testimoniis ad
herendo an per te ipsum ista po
tuisti non ait Quid ergo viam
mandatorum tuorum cucurri cum
dilatasti cor meum Non ergo
proprium et quasi nullius iusti
cie tue opis indigens arbi
trium meum sed cum dilata
sti cor meum Cordis dilata
tio iusticie est delectatio hoc
est munus dei ut in preceptis
eius non timore pene angu
stemur sed dilectione iusti
cie dilatemur Hanc enim
nobis promittit latitudinem
dicens habitabo in eis et
deambulabo Quam enim
latum est ubi deambulat
deus In hac latitudine dif
funditur caritas in cordibus no
stris per spiritum sanctum qui datus
est nobis Unde etiam dictum est
Et in plateis tuis discurrant
aque platea quippe de verbo
greco a latitudine nomen
accepit quia grece platum di
latum Hec sunt aque de quibus
dominus clamat Si quis sitit
veniat ad me Qui credit in
me flumina de ventre eius
fluent aque vive Et expo
nens ewangelista quid dixerit
hoc autem inquit dicebat de
spiritu quem accepturi erant
qui credituri erant in eum
Multa dici possent de ista
cordis latitudine sed hunc
sermonis iam contrahit lo
gitudine etc. Sermo undecimus

Decimum psalmi legem po
ne michi viam iustifi
cationum tuarum In psalmo isto
magno sequitur quod nobis
adiuuante domino considerandum
atque tractandum est Legem
pone michi domine viam iu
stificationum tuarum et queren
dum semper Apostolus dicat Iusto
lex non est posita In iustis
autem et non subditis et cetera
que ibi concludens ait Et
si quid aliud sane doctrine
aduersatur que est secundum ewan
gelium dei quod creditum
est michi Numquid ergo talis
erat iste qui dicit legem
pone michi domine Qualibus
beatus paulus dicit positam
legem absit Si enim talis
esset non prius dixisset viam
mandatorum tuorum cucurri

cum dilatasti cor meum. Quid
est ergo quod orat ut sibi lex
a domino ponatur si non ponitur
iniusto aut eo modo non ponitur
iusto quo posita est populo con-
tumaci in tabulis lapideis
non in tabulis cordis secundum testa-
mentum vetus a monte Syna
quod in servitutem generat non
secundum testamentum novum de
quo scriptum est per Ieremiam pro-
phetam Ecce dies veniunt dicit
dominus et consummabo domui
israel et domui iuda testamentum
novum non secundum testamentum
quod disposui patribus eorum
in die qua apprehendi manum
eorum ut educerem de terra egyp-
ti quoniam ipsi non permanserunt
in testamento meo et ego ne-
glexi eos dicit dominus quoniam hoc
est testamentum quod consti-
tuam domui israel post dies
illos dicit dominus dando leges
meas in mentes eorum et in cordi-
bus eorum scribam eas. Ecce
quomodo vult iste legem sibi poni
a domino | non sicut iniustis et
non subditis ad vetus testamentum
pertinentibus posita est in ta-
bulis lapideis sed sicut sanctis
filiis libere hoc est superne
ierusalem filiis promissionis filiis
hereditatis eterne sed spiritu tamquam
digito dei in mente datur
et in cordibus scribitur | non
quam teneant memoria et
vita negligant sed quam sci-
ant intelligendo faciant di-
ligendo in latitudine amoris
non in timoris angustiis | nam
qui timore pene non amore

iusticie opus legis facit pro-
fecto invitus facit. Quod autem
invitus facit si posset fieri
mallet utique non iuberi. Ac per
hoc legis quam vellet non
esse non est amicus sed potius
inimicus nec mundatur opere
qui immundus est voluntate.
Talis non potest dicere quod iste
dixit in superioribus viam man-
datorum tuorum cucurri cum di-
latasti cor meum quia illa
dilatatio caritatem significat
que secundum apostolum legis plen-
itudine. Ergo iste adhuc poscit
sibi legem poni. Tunc utique
si non ei posita fuisset non
viam mandatorum dei latitu-
dine cucurrisset. Sed quia
proficiens loquitur et scit domi-
num esse quo proficiat quid
aliud petit nisi ut in ea magis
magisque proficiat quemadmodum
si poculum plenum teneas et
sicienti dare incipias et ampli-
bibendo et poscit desiderando
Crimbus [?] autem   eis et
non subditis lex in lapideis
tabulis ponitur prevaricato-
ribus reos non promissionis effi-
cit filios. Sed et ille qui eius
meminit nec eam diligit
eo modo reus est quia memo-
ria eius lapis illi est quo-
dam modo scriptus non quo ad-
ornetur sed quo premitur
poculus [?] oneris non titulus
honoris. Hanc autem legem iste
viam iustificationum dei vo-
cavit nec alia via est ma-
tilatorum [?] eius quam se cucur-
risse iam dixerat cum dilatum

est cor eius Ergo et currit donec perveniat ad palmam superne vocationis dei Neque tamen dixisset legem pone michi domine viam iustificacionum addidit Et exquiram illam semper Quod cum exquirit quod hic iam quia et habet agendo et exquirit proficiendo Sed quid est semper utrum exquirendi non erit finis sicut dictum est Semper laus eius in ore meo quia laudandi non erit finis Neque enim deum non laudabimus cum ad eius regnum pervenerimus cum legamus Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te Sed sic dictum est Quamdiu hic vivit qui tam diu proficit post hanc autem vitam qui bene hic proficiebat ibi perficitur Sicut de quibusdam scriptum est Semper discentes Sed illi male quia scientiis ad inveniendi et ad veritatis scientiam non quod pervenientes Quem vero in melius semper hic proficit quo proficiendo nititur pervenire sibi iam non proficiat quia affectus sine fine consistit Neque de illis tamen ita dictum est Semper discentes ut et post mortem dicere pervenerent vana et infructuosa sed cum talibus doctrinis pertexerint non studia sed supplicia sempiterna Hic ergo exquiritur dei lex quamdiu pregratiatur et sciendo et diligendo ibi autem plenitudo eius manet ad fruendum non remanet ad quirendum Sic etiam illud dictum est Querite faciem eius semper Ubi semper nisi hic Non enim et ibi querimus dei faciem ubi videbimus facie ad faciem Aut si recte dicitur exquiri quod sine fastidio diligitur et id agitur ne amittatur semper omnino sine fine querimus legem dei hoc est veritatem dei Sicut quippe ipso dicitur psalmo et lex tua veritas Queritur nunc ut teneatur tunc queritur ne relinquatur Dicit de spiritu dei dominus est quod omnia scrutatur et altitudines dei non utique ut quod nescit inveniat sed quod nichil relinquit omnino quod nesciat Spiritus itaque dei nobis proprie commendatur qui sibi sibi legem poni poscit a domino qui utique iam secundum literam noverat Sed quia litera occidit spiritus autem vivificat orat ut spiritum faciat quod per literam sciebat ne per scientiam mandati non observati etiam ei crimen prevaricationis accedat Cum quoniam ut etiam sciatur lex quomodo scienda est id est ut intelligatur quod sibi quare sit eis posita qui eam non erant servaturi Quid habeat utilitatis etiam hoc ipsum quod lex subintravit ut habundaret delictum nemo comprehendit nisi adiuvante per intellectum Unde iste adiungit et dicit Da michi intellectum et scrutabor legem tuam et custodiam illam

in toto corde meo Cum enim
quisque legem scrutatus fuerit
et ad eius alta pervenit in quibus
tota pendet perfecto debet
deum diligere ex toto corde ex
tota anima tota virtute et
ex tota mente et proximum suum
tamquam seipsum In hiis enim
duobus preceptis tota lex pen
det et prophete Hoc videtur pro
misisse cum dicit et custodiam
illam in toto corde meo Sed
quia et hec minus valet
viribus propriis nisi adiuvetur
ab illo qui iubet ut faciat
quod iubet Deduc me inquit
in semita mandatorum tuorum
quia ipsam volui Parum est
mihi voluntas mea nisi ab
eo quod volui me ipsum de
ducas etenim ipsa est semita
hec est via mandatorum dei
quam se dilatato ab illo cor
de suo cucurrisse iam dixe
rat Quam strictam et semitam
notat quia angusta via est
que ducit ad vitam et cum
sit angusta nisi dilatato
corde non curritur Sed quia
adhuc proficit adhuc currit
Et ideo divinum auxilium
quo deducatur inquirit quia
neque volentis neque currentis
sed miserentis est dei Denique
quia et ipsum velle deus operatur
in nobis iungitur eum volun
tas ad omnia Sequitur et dicit
Inclina cor meum in testimonia
tua et non in avariciam
Quid est inclinatum cor ad
aliquid habere nisi hoc velle
et nolunt ergo et orat ut velit

volunt cum dicit Deduc me
in semitam mandatorum tuorum
quia ipsam volui Orat autem
ut velit cum dicit Inclina
cor meum in testimonia tua
et non in avariciam Hec itaque
orat ut in ipsa voluntate pro
ficiat Quid sunt autem dei te
stimonia nisi quibus sibi ipse
atestatur Testimonium enim
aliquid probatur ac per hec iusti
ficationes et mandata dei
probantur Et quicquid nobis
persuadere vult deus suis te
stimoniis persuadet in quo iste
petit inclinari cor suum et non
in avariciam Testimoniis
quippe suis agere nobis cum ut
eum gratis colamus quod impe
dit avaricia radix omnium
malorum Talis vero grece hic appel
lat a quo possit intelligi a
varicia qua plus appetit
quisquam satis et plene enim
latine plus est Ecia hinc
est ab eo quod est hic Ergo
apud latinos appellata est ple
navia quam latini interpretes
in hoc loco non nulli interpretati
sunt emolimentum quidam
vero inutilitatem sed me
lius qui avariciam Dicit
autem Apostolus Radix enim omnium
malorum est avaricia Sed in
greco unde in nostram linguam
verba ista translata sunt Et
non legitur apud apostolum pleo
nexia in loco isto psalmi huius
sed filargia quo verbo significatur
amor pecunie Unde Apostolus in
telligendus est isto nomine grecus
significasse per speciem .i. pamorem

pecunie vniuersalem generalem quam auariciam que vere radix est omnium malorum. Nam ipsi primi homines peruersitate decepti et deiecti non fuissent nisi plus quam acceperant habere et plus quam facti erant esse voluissent. Hoc quippe illis promiserat dicens Eritis sicut dii. Ergo ista pleonexia subuersi sunt plus eam volentes habere quam acceperant et quod acceperant amiserunt. Cuius vestigia vanitatis vbique dispersa sunt et in forensi iure deprehensum est quo institutum est ut plus petendo causa cadat id est ut qui plus petierit quam ei debetur et quod ei debebatur amittat. Omnis circumciditur a nobis auaricia si gratis colatur deus. Ad quod sanctum Iob in agone temptacionis ipse prouocat inimicus cum de illo dicit Numquid gratis Iob colit deum. Putabat enim dyabolus quod inde colendo vir iste cor inclinatum habet in auariciam et causa emolumenti vel vtilitatis rerum temporalium quibus eum ditauerat deus velut mercenarius ei pro tali mercede seruiret. Sed quod gratis deum colebat temptacionis apparuit. Si ergo cor non habeamus inclinatum in auariciam deum non colimus nisi propter deum ut sui cultus ipse sit merces. Ipsum diligamus in se ipsum in nobis diligamus ipsum in proximis nostris quos diligimus sicut nosmetipsos siue ut habeant eum quod nobis cum ipso donante confertur. Ideo illi dicitur Inclina cor meum in testimonia tua et non in auariciam. Sed que sequuntur alio sermone tractanda sunt etc. Incipit sermo duodecimus

Deo quod dicit Auerte oculos meos ne videant vanitatem usque ad Ecce concupiui mandata tua in equitate tua viuifica me. Sequitur in psalmo quem suscepimus disserendum Auerte oculos meos ne videant vanitatem in via tua viuifica me. Ex contrario inter se differunt vanitas et veritas. Huius autem mundi cupiditas vanitas. Sed Christus qui nos ab hoc mundo liberat veritas ipse est et via in qua se vult iste viuificari quia ipse est et vita. Ipse quippe ait Ego sum via veritas et vita. Sed quid est Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Numquid quamdiu sumus in hoc mundo possumus non videre vanitatem. Omnis enim creatura vanitati subiecta est que intelligitur esse in homine et omnia vanitas. Que habundancia homini in omni labore suo quo ipse laborat sub sole. An iste fortassis hoc orat ut non sit eius vita sub sole vbi omnia vanitas. Sed in illo fit in quo se viuificari petit. Ille quippe ascendit non super solem tantum sed super omnes celos ut adimpleret omnia. Et in illo magis quam sub sole viuunt qui non inaniter audiunt quod dixit apostolus

Que sursum sunt querite vbi
xpus est in dextera dei sedens
Que sursum sunt sapite non
que super terram Mortui estis
et vita vestra abscondita est
cum xpo in deo Ac p hoc si vita
nra ibi est vbi est veritas no
est vita nra sub sole vbi est
vanitas Sed hoc tam magnum
bonu magis tenemus in spe no
tenemus iure et sedm spem
nram btus aplus ista locutus
est Nam et illud cum dixisset
Vanitati creatura subiecta e
Adiecit atq ait Non sponte
sed ppt eum qui subiecit in spe
Ergo in spe quia spamus nos
adhesuros contemplando
Veritati subiecti sumus interim
vanitati Creatura quippe
ista spualis animal corpalis
que omnis in homine est immo
homo est Sponte peccauit
et inimica facta est vitati
Sed ut iusto puniretur non
sponte subiecta e vanitati
Denique post pauca non solu
aut inquit sed et nos ipsi
primicias spus habentes id est
qui nondum quod est ex toto
quod sumus sed ex ea parte
qua peccatoribus meliores
sumus deo no vanitati subdi
ti sumus hoc est p primicias spe
et ipsi in nobis metipsis inge
miscimus adopcionem expec
tantes redempcionem corpo
nri Spe enim salui facti sumus
Spes autem que videtur no e
spes Quod enim videt quis qd
sperat Si enim quod no videmus
speramus p pacientiam expectamus

Quamdiu itaque hic sedm car
nem sumus cum adopcionem
et redempcionem p paciam spe
adhuc sustinemus tamdiu sed
id p quod sub sole sumus va
nitati subiecti sumus Quam
diu igitur ita sumus inde pos
sumus no videre vanitatem
tn etiam subiecti sumus in spe
Quid est ergo quod iste dt
Auerte oculos meos ne videant
vanitatem An hoc petit ut
no quid in hac vita qui in spe
gerimus impleatur sed ut in
ea sorte sit que in illo quoque
possit impleri cum liberabitur
a seruitute corrupcionis in spu
et anima et corpe in libertate
glie filiorum dei vbi iam no
indicat vanitate Possunt
quidem vba ista sic intelligi
non pter regulam fidei Sed
est hic aliud sensus quem
michi fateor plus placere
dominus in ewangelio dicit
Si fuerit oculus tuus simplex
totum corpus tuum lucidum
erit Si autem oculus tuus nequam
fuerit totum corpus tuum tene
brosum erit Si ergo lumen
quod in te est tenebre sunt
ipse tenebre quante erunt
Vnde magnum ibi est cum
aliquid bonum facimus animus
vel contemplacione faciamus
Officium quippe nrm in offi
cio sed fine pensandum est
ut scilicet non tm si bonum
est quod facimus sed si prius
si bonum est ppter quod facimus
cogitemus hos oculos quibus
contemplamur quare facimus

qd' facimus anti posuit ne vi-
deant vanitatem id est ne hac
attendat propter quam faciat
cum boni aliquid facit In qua
vanitate proprium locum tenet
amor laudis humane propter quam
multa magna fecerunt qui ma-
gni in hoc seculo nominati sunt
multumque laudati in ciuitati-
bus gentium querentes non apud
deum sed apud homines gloriam
et propter hanc velut prudenter
fortiter temperanter iusteque viuen-
tes ad quam peruenientes per-
ceperunt mercedem suam
vanam ab hac vanitate vo-
lens dominus auertere oculos
suorum Attendite inquit ne
iustitiam vestram faciatis coram
hominibus ut videamini ab eis
alioquin mercedem non habebitis
apud patrem vestrum qui in celis
est Deinde cum ipsius iustitie
quasdam partes exequeretur
percipiens de elemosinis de
oratione de ieiunio ubi quid
est eorum propter gloriam hominum
fiat et ubique dicit eos qui
ista faciunt percepisse merce-
dem suam id est non eternam que
sanctis reposita est apud
patrem sed temporalem quem
querit qui contemplantur
in suis operibus vanitatem
non quia ipsa laus humana
culpanda est nam quodque
ca optanda est hominibus
quam ut eis placeant que
debebant mirari sed propter
ipsam laudem bene operari
hoc est vanitatem in suis operibus
intueri Cum quidem et ipsa ab

hominibus laus bonum in isto
quantacumque veniat eius esse debet
finis boni sed etiam ipsa refe-
renda est ad laudem dei propter
quem bona faciunt vere boni
qui non a se ipsis sed ab illo sunt
boni Deinde in eodem sermone
dominus iam dixerat eis Luceat
lumen vestrum coram hominibus
ut videant vestra bona opera
et glorificent patrem vestrum qui
in celis est Ubi simul posuit hoc
est dei hic debemus quando aliquid
boni facimus intueri si autem timemus
a vanitate oculi nostri Non ergo
sit finis nostri boni operis in lau-
dibus hominum sed ipsas lau-
des hominum corrigamus et
ad dei laudes omnia referamus
a quo nobis datur quidquid
in nobis sive laudant vero
re laudatur Porro si vanum
est propter hominum laudes bona face-
re quantum vanius propter adipiscendam
pecuniam vel augendam sive
retinendam sive et si quid
huius est commodi temporalis
quod nobis accedit extrinsecus
quia omnia vanitas que
habundancia hominis in omni
labore suo quo ipse laborat
sub sole propter ipsam denique tempora-
lem salutem non debemus
facere bona opera nostra sed potius
propter illam quam speramus
eternam ubi bono inmutabili
perfruamur quod nobis erit
ex deo immo quod nobis est
ipse deus Si enim sancti dei
propter hanc temporalem salu-
tem bona opera fecerint
numquam martires Christi bonum

opus confessionis in eius de
salutis amissione perficerit sed
nec aperuit auxilium de tribu
latione non intuentes vani
tatem quia vana salus ho
minis et diem hominum non
concupierunt quia homo va
nitati assimilatus est dies eius
velut umbra pretereunt Cum
autem deus rogatur ut ea que
videntur esse in nostra potestate
id est oculos aversio ab videnda
vanitate ab illo nobis conce
datur quid nisi eius gracia
commendatur Non nulli enim
ab ea vanitate non averterunt
oculos suos quia putaverunt
a se ipsis se fieri iustos et bo
nos et dilexerunt gloriam
hominum magis quam dei quia
et ipsi homines sunt qui sibi
nimium placuerunt et de sui
arbitrii viribus presumpserunt
sed etiam hec vanitas et pre
sumptionis spiritus Cum ergo
dixisset averte oculos meos
ne videant vanitatem in via
tua vivifica me que via non
vanitas sed veritas est De
inde subiunxit Statue servo
tuo eloquium tuum in timore
tuo Quod quid est aliud
quam da michi ut faciam
quod eloqueris Neque enim
statutum est eloquium dei
hiis qui nisi movent illud
contra faciendo Eis autem sta
tutum est in quibus inmobi
le est Statuit itaque deus elo
quium suum in timore eis quibus
dat spiritum timoris sui Timoris
autem non illius de quo dicit

Apostolus Non enim accepistis
spiritum servitutis iterum in timore
Quia enim consummata caritas
foris mittit timorem Sed
illius timoris quem dicit
propheta spiritum timoris dei Timoris
utique casti permanentis in se
culum seculi timoris quo ti
metur offendi qui amatur
Aliter quippe timet adultera
suum virum aliter casta suum
Adultera ne veniat casta ne
deserat Amputa inquit ob
probrium meum quod suspicatus
sum quia iudicia tua suavia
Verius enim qui suum obprobrium
suspicatur et non magis no
lunt suum quisque obprobrium quam
cuius libet alterius Suspicari
enim potius alium potest homo
non suum quem quod suspicatur
ignorat Suus autem obprobrio
non est cuique suspicio Sed
scientia ubi loquitur conscientia
Verius est ergo quod ait obprobrium
meum quod suspicatus sum
in virum de superiore sensu
etiam iste dicendus est quem
quamdiu non avertit homo o
culos suos ne videant va
nitatem quod in se ipso agitur
hoc de aliis suspicatur ut propter
quod ipse colit deum vel propter
quod bona opera facit propter
hoc credat et alium facere
possunt quippe homines videre
quod agimus cuius autem rei
contemplatione agamus occul
tum est et ideo datur su
spicionibus locus ut audeat
homo iudicare de occultis
hominum et falsa plerumque et si

obprobrium suspicionibus

Vera tamen incognita te-
mere suspicari peccatum dominus
cum de ipso sine loquetur propter
quem iusticiam facere debemus
ut oculos nostros a contempla-
cione auertere vanitatis monuit
ne propter laudes hominum opera
faciamus dicens Attendite
ne iusticiam vestram faciatis
coram hominibus ut videamini
ab eis monuit ne propter pecuniam
dicens Nolite vobis thezau-
rizare in terra et non potestis
deo servire et mamone monuit
ne propter ipsum victum atque
vestitum dicens Ne solliciti
sitis anime vestre quid mandu-
cetis neque corpori vestro quo in-
duamini Et cum hec omnia mo-
nuisset quia possumus suspi-
cari eos quos iuste bene vi-
demus propter aliquid humanum
benefacere continuo subiecit
Nolite iudicare ne iudicemini
Vide et hic cum dixisset /
Amputa obprobrium meum quod
suspicatus sum Addidit quia
iudicia tua suavia id est iu-
dicia tua vera veritas enim
amator suavis clamat quod
dum et nomine aut iudicia
de occultis hominum non suavia
quia temeraria et ideo sub-
dixit obprobrium quod de aliis
suspicatus sum Quia hec et apostolus
ait Comparantes semetipsos
sibimetipsis non intelligunt
hoc enim plerumque suspicatur
homo malis quod sentit in
se ipso hoc itaque obprobrium sibi
petebat auferri quod ipse
senserat et in aliis fuerat
suspicatus ut non esset dya-
bolo similis qui de occultis

sancti iob suspicatus est quod
non gratis deum coleret quem
proposuit temptandum ut eius
quod obiecit inveniret Sed
cum libenter altius obprobrium
non invenit emulatio suspicatur
dum bonum opus reprehendi non
potest quia se aperit quod aptum
est et quod sine fiat reprehen-
ditur quia non se aperit quod
occultum est atque ita male su-
spicari sed cuilibet non videndo
quod latet et invidendo quod
eminet perfecto contra hoc malum
quo quisque de homine libenter
malum quod non perspicit suspi-
catur caritas sancta est que
non emulatur Quam dominus
scripture commendat dicens Man-
datum novum do vobis ut vos
invicem diligatis et in hoc scient
omnes quia discipuli mei estis
si dilectionem habueritis ad invicem
Et de dilectione dei et proximi
loquens In his inquit duobus
mandatis tota lex pendet
et prophete Vide et iste contra
hec suspicionis obprobrium quod
desiderit amputari Ecce in-
quit concupivi mandata tua
in tua iusticia vivifica me
Ecce concupivi ex toto corde
tota anima et ex tota mente
diligere te et proximum sicut
me non in mea sed in tua
iusticia vivifica me hoc est
ista caritate quam concupi-
vi imple me adiuva ut fa-
ciam quod commendas dona
ipsa quod mandas In tua
iusticia vivifica me quia in me
unde morerer habui unde
autem vivam non invenio nisi
in te In iusticia tua xpistus est qui

factus est et nobis sapientia a deo
et iusticia et sanctificacio et
redempcio ut quemadmodum
scriptum est qui gloriatur in domino
glorietur. In illo vivens duo
mandata tua que concupivi
ut in tua iusticia hoc est in illa
vivifices me. Ipse est enim
verbum deus et verbum caro factum
est ut esset et proximus melius

Incipit sermo tredecimus xo

Sermoni priori quem de psalmo
qui est omnium prolixius
insuper habuimus de verbis eius que
secuntur iste iungendus est. Hec
verba sunt. Et veniat super me
misericordia tua domine. Que sententia su-
perior videtur annexa. Non
enim ait veniat sed ait et ve-
niat. Est autem illa superior Ecce
concupivi mandata tua in
tua iusticia vivifica me. De-
inde sequitur. Et veniat super
me misericordia tua domine. Quid
ergo poscit nisi ut mandata que
concupivit per eius misericordiam faciat
que mandavit. Exponit enim
quodam modo quid dixerit
In tua iusticia vivifica me cum
subiungit Et veniat super me
misericordia tua domine et salutare tu-
um secundum eloquium tuum hoc est
secundum promissionem tuam. Unde
nos vult apostolus filios promissio-
nis intelligi ut arbitremur
esse quod sumus sed totum di-
vine gracie tribuamus. Factus est enim
Christus sapientia a deo et iusticia
et sanctificacio et redempcio
ut sit quemadmodum scriptum
est Qui gloriatur in domino glorietur.
Quod ait ergo in tua iusticia
vivifica me In Christo utique se
vivificari cupit. Et ipsa est misericordia

quam super se poscit venire Ipse
Christus est et salutare dei. Quis
verbis exposuit quam misericordiam dicat
ubi ait Et veniat super me misericordia
tua domine. Si ergo querimus
que sit ista misericordia audiamus
quod sequitur. Salutare tuum
secundum eloquium tuum. Habes quippe
hoc promissum est qui vocat ea
que non sunt tamquam sint.
Nondum enim erant quibus
promittebatur ne quisquam de
meritis glorietur. Et quibus promissum
est etiam ipsi promissi sunt ut to-
tum corpus Christi dicat gracia dei
sum quod sum. Et respondebo in-
properantibus michi verbum
Utrum verbum exprobrantibus
an verbum respondebo ambiguum
est. Sed quodlibet horum Christum
sonat. Ipsum enim nobis exprobrant
a quibus est crucifixus vel scan-
dalum vel stulticiam ignoran-
tes quia verbum caro factum est
et habitavit in nobis quod verbum
in principio erat et apud deum
erat et deus erat. Sed et si non
ipsi verbum exprobrant quod eos
latet quia divinitas eius ab eis
non cognoscitur. Infirmitas eius
infirmitas hominis contempnitur.
Nos tamen verbum respondeamus
nec exprobracione frangamur aut
confundamur. Verbum enim si
cognovissent numquam dominum
glorie crucifixissent. Ille autem
ridet verbum exprobrantibus
super quem venit misericordia dei hoc
est ipsum salutare eius venit
ut protegat non ut conterat.
Nam super quosdam conteren-
dos venturus est qui nunc eum
dum spernunt eius humilitatem
offerendo quassantur. Dic enim

dicit in ewangelio Qui ceci
derit super lapidem istum
conquassabitur super quem non
ceciderit conteret eum Quia
ergo nobis exprobrant offenderunt
et ceciderunt in eos Nos autem non
offendamus et cadamus ob
probria eorum ne timeamus sed
respondeamus eis verbum hoc est
verbum fidei quod predicamus
Quia si credideris inquit in cor
de tuo quia dominus est et confessus
fueris in ore tuo quia deus
illum suscitavit a mortuis
salvus eris Corde enim creditur
ad iusticiam ore autem confessio
fit ad salutem Parum est ergo
in corde habere xpistum et nolle
confiteri dum timetur ob
probrium sed exprobrantibus rrudendum
est verbum Et autem hoc martires
possent promissum est eis et
dictum Non enim vos estis qui
loquimini sed spiritus patris vestri
qui loquitur in vobis Ideo et
iste cum dixisset rrudebo ex
probrantibus michi continuo subiecit
Quoniam speravi in verbis tuis quod
est utique in promissis tuis Sed quia
plurimi quamvis ad ipsum corpus
tuum hec verba sunt pertinentes
gravi pondere persecucionis ur
gente non valuerunt sustinere
exprobracionem et xpistum dif
fitendo negaverunt ideo sequitur
Et ne offeras ex ore meo ver
bum veritatis usque valde Hoc e
nim quippe dicit quia unitas
corporis loquitur eciam in me
bris eciam illis deputantur
qui defecerunt ad horam negan
do sed penitendo postea re
vixerunt sed eciam martirium quam

quam perdiderunt palmam re
parata confessione susceperunt
Non igitur usque valde vel sicut
quidam codices habent non usque
quaque hoc est non omnimodo ex
ore petri in quo erat typus
ecclesie verbum veritatis ablatum
est Quia et si ad horam negavit
timore turbatus tamen flen
do est postea renatus Totum
itaque corpus xpisti loquitur id est
ecclesie sancte universitas In quo
toto corpore sive quia negan
tibus plurimis remanserunt
fortes qui usque ad mortem pro
veritate certaverunt sive quia
et ex hiis qui negaverant multi
reparati sunt non est ablatum
ex eius ore verbum veritatis
usque valde Quod autem ait ne
auferas intelligendum est
ne auferri sinas propter quod oran
dicimus ne nos inferas in temp
tacionem Et ipse dominus ad pe
trum Rogavi inquit pro te ne
deficiat fides tua hoc est ne
auferatur ab ore tuo verbum
veritatis usque valde Sequitur
Quia in iudiciis tuis speravi
vel sicut de greco quidam di
ligencius expresserunt super
speravi Quod verbum et si minus
usitato compositum tamen
implet veritatis interpretande
necessitatem Attendamus ergo
nobis loci huius rimandus
est sensus ut intelligamus
quantum deus adiuvat quod
sibi velit in verbis tuis speravi
In iudiciis tuis superspravi Re
spondebit inquit exprobranti
bus verbum in quo speravi in ver
bis tuis id est quia michi deus

hoc ipse promisisti Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usque valde quia in iudiciis tuis supersperavi id est iudicia tua quibus me corripis et flagellas non solum mihi non auferunt spem verum augent etiam quia quem diligit dominus corripit flagellat autem omnem filium quem recipit Ecce sancti et humiles corde de se presumendo in persecutionibus non defecerunt Ecce et ia qui de se eciam qui de se presumendo defecerunt et tamen ad xpi corpus pertinuerunt sibi innotescendo fleverunt et tuam gratiam solidius invenerunt quia suam superbiam perdiderunt Ergo ne auferas de ore meo verbum veritatis usque valde quia in iudiciis tuis supersperavi Et custodiam legem tuam semper id est si non abstuleris de ore meo verbum veritatis custodiam legem tuam semper in seculum seculi Melius quippe ita interpretatum est quam sicut quidam codices habent in eternum et in seculum seculi quia non potuerunt dicere in eternum eterni lex itaque ista intelligenda est de qua dicit apostolus plenitudo legis caritas hec enim a sanctis quorum de ore non aufertur verbum veritatis hoc est ab ipsa xpi ecclesia custodietur non solum in hoc seculum id est donec finiatur hoc seculum sed etiam in altero quod appellatur seculum seculi neque enim precepta legis sicut hic etiam ibi accepturi sumus que custodiamus sed ipsam legis ut dixi plenitudinem sine ullo peccando timore servabimus quia et deum plenius cum viderimus amabimus et proximum quia deus erit omnia in omnibus nec falso cuiquam de proximo erit locus ubi nullus nulli erit in occultus

Incipit sermo decimus quartus

De eo quod sequitur et egrediebar usque et exercebar in iustificationibus tuis vel Superioris versus psalmi huius ordine sunt hii autem qui sequuntur de quibus nunc disputandum est narratione petebat enim homo dei superius adiutorium gratie dei cum dicebat In tua iustitia vivifica me et veniat super me misericordia tua domine et alia similia ut supra vel infra vult autem dicit Et ambulabam in latitudine quia mandata tua quesivi et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar et meditabar in mandatis tuis que dilexi et levavi manus meas ad mandata tua que dilexi et exercebor in iustificationibus tuis ubi narrantis verba sunt et non petentis desunt impetrata que petiverat confitetur in dei laudibus qualem illum fecerat misericordia dei quam super se venire poposcerat Nec enim hec ita superioribus coniunxit Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usque valde quia in iudiciis tuis supersperavi et custodiam legem tuam semper in seculum et in seculum seculi et ambulabam in latitudine quia mandata tua exquisivi et loquebar in testi-

tius in conspectu regum et
non confundebar et tertia isto
modo Dit cum videtur sequen-
tia precedentibus debuisse con-
nectere sed ait Et ambulaba
in latitudine ubi copulatiua
coniunctio idest et velut incon
sequens posita est quia non
ait Et ambulabit Cum di
cebat Et custodiam legem
tuam semper Aut certe si opta
tiuo modo dictum est Custodia
legem tuam non ait et am
bulabam in latitudine quasi
utrumque optauerit et poposce
rit sed ait Et ambulabam in
latitudine ubi si coniunctio ista
non esset sed apertior connexio
libera inferetur et soluta sententia
ambulabam in latitudine ni
chil de in(?)ubitato loquendi mo
hic debet mouere lectorem ut
occultos sensus querendos h(?)
aliquis putaret Nimirum ergo
quod non dixit intelligi uo
luit idest exauditum se fuis
se ac deinde subiunxit qualis
factus fuit tamquam diceret hec
cum orarem exaudisti me et
ambulabam in latitudine et(?)
que isto modo ita contexuit
Quid est igitur Et ambulaba
in latitudine nisi ambulaba
in caritate que diffusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctum
qui datus est nobis In hac la
titudine ambulabat ille qui
dicebat Os nostrum patet ad
uos corinthii cor nostrum dilata
tum est hec autem caritas duobus

illius mandatis tota atque in
tegra continetur dilectione
scilicet dilectione dei et dilectione
proximi in quibus tota lex pen
det et prophete Unde et hic dixis
set Et ambulabam in latitu
dine Causam subiunxit atque
ait quia mandata tua exqui
sivi Quidam(?) multi autem codices
non habent mandata sed te
stimonia Sed mandata in plu
ribus inuenimus maxime
in grecis Cum lingue tamquam
precedenti unde ad nos ista
translata sunt magis credendum
esse quis ambigat Si ergo
scire volumus quis hec man
data quesierit vel quemadmodum
sunt illud intueamur quod
dicit magister bonus et doctor
Petite et accipietis Querite
et inuenietis pulsate et ape
rietur vobis Et paulo post
Si ergo uos cum sitis mali
nostis bona data dare filiis
uestris quanto magis pater uester de
celis dabit spiritum bonum pete
ntibus se Ubi euidenter ostendit
quod dixerat petite querite
pulsate non nisi ad poscendi
quod est orandi instanciam perti
nere Alius porro ewangelista
non ait dabit bona petentibus
se que multipliciter possunt
intelligi vel corporalia vel spiritua
lia sed comminuit unde alia
satis sit diligenter expressit
quid nos vehementer atque
instanter velint poscere dominus
et ait Quanto magis pater uester

de celo dabit spiritum bonum petentibus se. Hic est ille spiritus per quem diffunditur caritas in cordibus nostris ut deum proximumque diligendo divina mandata faciamus. Hic est ille spiritus in quo clamamus Abba pater. Ac per hoc ipse nos facit petere quem desideramus accipere, ipse nos facit querere quem cupimus invenire, ipse nos facit pulsare ad quem intendimus pervenire. Hoc docet Apostolus. Item cum dicat in spiritu sancto nos clamare abba pater, rursus alio loco dicit: Dedit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem abba pater. Quomodo nos clamamus si ipse clamat in nobis, nisi quia clamare nos facit, dum habitare cepit in nobis. Hoc itaque agit acceptus ut largius accipiendus petendo querendo pulsando poscatur. Sine eo enim ut vita bona petatur, sine ut bene vivatur: quotquot spiritu dei aguntur hii filii sunt dei. Ergo ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi; et exquisierat et invenerat, cum petierat spiritum bonum, quo faciens bonus bene benefecerit bona ex fide que per dilectionem operatur. Et loquebar, inquit, in testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar. Tamquam ille qui petiverat et acceperat ut responderet exprobrantibus sibi verbum et non auferret ex

ore eius verbum veritatis. Ista quippe illa usque ad mortem certantis in conspectu regum confundebatur cum loqui testimonia quippe in quibus dicebat quod loquebatur, que grece martiria nuncupantur. Quo verbo iam utimur pro latino. Unde ductum est vocabulum martirum, quibus predixit Ihesus quod ante reges eum fuerint confessuri. Et meditabar, inquit, in mandatis tuis que dilexi, et levavi manus meas ad mandata tua que dilexi. Sive quod non nulli codices habeant in utroque versu dilexi valde, aut nimis, aut vehementer, sicut interpretari placuit quod greci dicunt sphodra. Mandata ergo dei dilexit per hoc quod ambulabat in latitudine per spiritum scilicet sanctum per quem dilectio ipsa diffunditur et dilatat corda fidelium. Dilexit autem et cogitando et operando. Itaque quod ad cogitationem pertinet ait: Et meditabar in mandatis tuis. Quod autem ad operationem: Et levavi manus meas ad mandata tua. Utrique autem sive addidit que dilexi, finis enim precepti est caritas de corde puro. Cum isto fine, id est huius rei contemplatione, fit mandatum dei, nunc fit vere opus bonum, et tunc levantur manus, quia sursum est quo levantur. Sed de ipsa caritate locuturus apostolus ait

Supereminentem vobis viam
demonstro et alio loco Cog-
noscere inquit etiam super-
eminentem scientie caritatem Christi
viam si de opere mandatorum dei
merces eterne felicitatis ex-
petitur deponuntur manus po-
tius quam levantur quia ter-
rena emolumenta que non sur-
sum sed deorsum sunt illis
operibus requiruntur Ad utrumque
autem pertinet quod sequitur
Et exercebor in iustificationibus
tuis Quod plures interpretes
dicere maluerunt quam leta-
bar aut garriebam quia aliqui
interpretati sunt exerceo quod grecum
habet adolescium Exercetur quippe
in iustificationibus dei locus et
quodam modo querit qui man-
data eius que diligit et co-
gitandi et operandi dilectione
custodit Sermo decimus quintus

Considerantes quantum dominus
donat et pertractemus hos
versus magni psalmi huius
Memor esto verbi tui servo tuo
in quo michi spem dedisti Hec
me consolata est in humilita-
te mea quia verbum tuum vivi-
ficavit me Numquid oblivio
sicut in hominem cadit in deum
cur ergo ei dicitur Memento quam-
vis in aliis sancte scripture lo-
cis ipsum verbum omnino ponatur
ut est Quare mei oblitus
es et oblivisceris inopie nostre
et ipse deus per prophetam Omnes
inquit iniquitates eius obli-
viscar Et alibi atque alibi se-
pius hoc legitur sed non ut
hominibus ista contingunt ca-

intelliguntur in deo Iram sicut
deum penitere dicitur quando
preter hominum spem res mu-
tat consilio non mutato
quia consilium domini manet
in eternum ita dicitur oblivisci
quando videtur tardare adiu-
torium vel promissum vel non
retardare digna peccantibus
vel si quid huiusmodi tamquam
eius memorie sit elapsum
quod speratur sive timetur et
non fit Dicitur ista locutione
morali quia humanos movet
affectus quamvis nos hec deus fa-
ciat certa dispositione non de-
ficiente memoria nec obscu-
rata intelligentia nec volun-
tate mutata Cum itaque di-
citur memento orantis deside-
rium quia promissum poscit
ostendit et audit non deus qua-
si de mente id exciderit admonetur
Memento inquit verbi tui
servo tuo hoc est imple promis-
sum servo tuo in quo spem de-
disti michi hoc est in quo verbo
quando promisisti me sperare fe-
cisti Hec me consolata est
in humilitate mea hec scilicet
spes que datur humilibus
dicente scriptura Deus super-
bis resistit humilibus autem
dat graciam Unde ore proprio
etiam ipse dominus ait Omnis
qui se exaltat humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur
Hanc hoc intelligimus etiam
ipsam humilitatem in qua
se quisque humiliat confitendo
peccata nec sibi arrogando
iustitiam sed qua quisque

humiliatur aliqua tribulacione
vel deiectione qua meruit
eius superbia aut deceret probatur
quod paciencia unde paulo post
dicit hic psalmus primus quia
humiliaret ego deliqui Et idem
in libro sapiencie In dolore susti-
ne et in humilitate tua pacienciam
habe quoniam in igne probatur
et argentum homines vero ac-
ceptabiles in camino humili-
acionis Quod ait acceptabiles
ibi spem dedit que consolaretur
in humilitate et dominus ihesus hac
humilitatem cum discipulis pre-
dicaret persecutoribus esse ven-
turam non eos sine spe re-
liquid sed hanc etiam qua
consolarentur dedit dicens
in vestra paciencia possidebitis
animas vestras De ipso quoque cor-
pore quod ab inimicis posset
occidi et quasi penitus interire
Capillus inquit capitis vestri
non peribit hec spes data est
corpori christi quod est ecclesia
qua consolaretur in humilitate
sua preter quam spem dicit
apostolus paulus Si autem quod
non videmus speramus per paci-
enciam expectamus Sed et
nostra est spes ista priorum Est
alia spes que in humilitate tri-
bulacionis plurimum consolatur
que sanctis data est in verbo dei
adiutorium gracie pollicentis
ne quisque deficiat De qua re
dicit apostolus fidelis deus qui
non dimittit nos temptari su-
pra quod potestis sed faciat
cum temptatione et exitum
ut possitis sustinere hac spe

dedit salvator ore suo eciam
quando ait hac nocte postula-
vit sathanas vexare vos
sicut triticum et ego rogavi
patrem pro te ne deficiat fi-
des tua hanc spem dedit
et in oratione quam docuit
ubi monuit ut dicamus ne
nos inferas in temptacione
Quodam modo enim promisit
se daturum suis periclitantibus
quod dici voluit a bo[r]antibus
Et nimirum de hac spe magis
iste psalmus intelligendus
est dicere hec me consolata
est in humilitate mea quia ver-
bum tuum vivificavit me Ex-
pressius interpretati sunt qui
non verbum sed eloquium po-
suerunt Grecus enim legion
habet quod est eloquium non
logos quod est verbum Sequitur
autem Superbi inique agebant
usque valde a lege autem tua
non declinavi Superbos intel-
ligi voluit persecutores humi-
lium hoc est impios persecutores
piorum et ideo subiecit A lege autem
tua non declinavi quia hoc
enim facere illorum persecucio com-
pellebat quos usque valde ini-
que dicit egisse quia non
solum erant impii verum eciam
pios impios esse cogebant
In hac humilitate hoc est in
hac tribulacione spes conso-
lata est que data est in verbo
dei pollicentis adiutorium
ne deficiat fides martirum
et prudencia spiritus sui vires impe-
ciencium laborantibus ut cava
dentes demunstraplis venacium

dixerit Nisi quia dominus erat
in nobis forsitan vivos absor
buissent nos. Aut forte quod
ait Hec me consolata est in
humilitate mea. Illam dicat
humilitatem qua homo est
deiectus et proiectus in mortem
ex peccato illo infeliciter
in paradisi felicitate commissum
est. In hac quippe humilitate
in qua homo vanitati similis
est factus et dies eius velut
umbra preterierunt omnes filii ire
sunt nisi per mediatorem re
concilientur deo qui predesti
nati sunt in eternam salutem
ante mundi constitutionem. In quo
mediatore et antiqui iusti
spem habebant quando eum in
carne venturum prophetico spiritu
providebant. Quando quod dixi verbum
fiat ad eos de illo hoc etiam
bene hic intelligitur verbum si
et nos accipimus istam vocem
de quo verbo dictum est memento
verbi tui servo tuo in quo spem
dedisti michi. Hec me consola
ta est in humilitate mea hoc
est in ista mortalitate mea quia
eloquium tuum vivificavit me
ut spem vite haberem proiectus
in mortem. Superbi inique age
bant usque valde. Quando quid
eorum superbiam nec humilitas
mortalitatis edomuit. A lege
autem tua non declinavi quod
me facere cogebant superbi.
Memor fui iudiciorum tuorum a se 4
culo domine et consolatus sum
vel sicut alii codices habent
exhortatus sum idest exhor
tationem accepi. Utrumque enim
potuit interpretari de verbo greco

quod est paraclesin. A seculo
ergo ex quo genus humanum sumpsit
exordium. Memor fui iudiciorum
tuorum super vasa ire que perfecta
sunt in perdicionem et consolatus
sum quia per hoc quoque ostendisti
divicias glorie tue in vasa misericordie.
¶ Tedium detinuit me a peccatoribus
relinquentibus legem tuam. Can
tabiles michi erant iustifica
ciones tue in loco incolatus
mei. Vel sicut alii codices ha
bent in loco peregrinacionis mee.
Ipsa est illa humilitas in loco mor
talitatis peregrinacionis hominis
de paradiso et de illa superna civitate
unde quidam descendens iere
icho incidit in latrones sed per
misericordiam que prebuit samarita
nus cum illo facta sunt cantabiles
illi erant iustificaciones dei
in loco peregrinacionis sue quamvis
eum tedium teneret et peccatoribus
relinquentibus legem dei qua
cum eis commiscetur in hac vita
vel ad tempus cogitur donec area
ventiletur. Possunt autem ista
duo versus ad singulas partes
versus superioris aptari ut quod ait
Memor fui iudiciorum tuorum a seculo
domine ad hoc referatur tedium
detinuit me a peccatoribus relin
quentibus legem tuam. Quod
vero ubi ait et consolatus sum
ad hoc referamus cantabiles
michi erant iustificaciones
tue in loco peregrinacionis mee.
Memor inquit fui in nocte no 4
minis tui domine et custodivi
legem tuam. Nox est illa hu
militas ubi est mortalitas
et erumpna. Nox est in super
bis inique agentibus usque

valde Nox intendunt apertoribus i relinquentibus legem
dei Nox est postremo in loco
peregrinacionis huius donec ve-
niat dominus et illuminet abscon-
dita tenebrarum et manifesta-
bit cogitaciones cordis et
tunc laus erit unicuique a deo
Inhac ergo nocte memor homo
esse debet nominis dei ut qui
gloriatur in domino glorietur propter
quod et illud scriptum est non
nobis domine non nobis sed
nomini tuo da gloriam propter
quod et illud scriptum est Sic-
ut quisque non in sua sed in dei
gloria quia nec in sua sed
in dei iusticia idest a deo sibi
donata custodit legem dei
Dicens iste ait Memor fui in
nocte nominis tui domine et
custodivi legem tuam Quia
non custodisset si in sua virtute
confidens nominis domini memor
non fuisset Adiutorium enim nostrum
in nomine domini propter quod
secutus adiunxit hec facta est
michi quia iustificaciones tuas
exquisivi Iusticias utique tuas
quibus iustificas impium
non meas que numquam me pium
faciunt sed superbum non enim
erat iste aliquis eorum qui ig-
norantes iusticiam dei et suam
volentes constituere iusticie
dei non sunt subiecti habuit ergo
iusticias quibus iustificantur
gratis per graciam dei qui per se
ipsos iusti esse non possunt me-
lius alii sunt interpretati iusti-
ficaciones Nam i enim non dixit
suas idest iusticias sed dicta
eorum a grecis (?) que sunt
iustificaciones Sed quid sibi
vult quod ait hec facta est michi
tamquam diceret hec lex facta
est michi Sed non est memo-
randum in exponendo quo
sit ei facta lex Greca enim
locucio unde ista translata est
satis indicat non de lege di-
ctum esse hec facta est michi quia
lex in eadem lingua generis mas-
culini est et feminino pronomine
etiam ibi scriptum est hec facta
est michi Queritur ergo primus
que illi facta sit deinde
quomodo illi facta sit quecumque
illa sit nec inquit facta est
michi non utique hec lex quia
huius sensum sicut dixi greca
expellit Forte ergo hec nox
quia tota superior sua sic se
habet Memor fui in nocte
nominis tui domine et custo-
divi legem tuam Et sequitur
Hec facta est michi quia utique
non lex profecto nox est que facta
est illi Quomodo est igitur nox
michi facta est quia iustifi-
caciones tuas exquisivi Illius
quippe potius est ei facta
non nox quia iustificaciones
exquisivit dei An sic recte
intelligitur facta est michi ac
si diceretur facta est per me idest
factum est sic ut prodesset
michi Si enim humilitas illa
mortalitatis non absurde in-
telligitur nox ubi in vicem la-
tent corda mortalium ut de
talibus tenebris innumerabi-
les et graves temptaciones
oriantur ita ut in eadem nocte
pertranseant etiam bestie silve
catuli leonis rugientes qui

rentes adeo escam sibi unde
etiam de illo leone rugiente
querente quem devoret dic
it Quod iam commemoraui
hac nocte postulauit sathanas
uexare nos sicut triticum id est
hac nocte in qua periculosus est he
stie plus nos leo ille magnus
querens adeo escam sibi propterea
hoc ipsa humilitas in mundo pere-
grinacionis huius que nox recte
intelligitur pro qui
recte uel salubriter docentur
mea ut discant non superbire
propter quod malum in istam
noctem pulsus est homo primus
cum eum superbie homines aposta
tur a deo Sed gratis iustifica
tus atque ut iusta humilitate
proficiat variis temptacionibus
huius noctis oppositis iam in
telligens dicat quod in hoc
psalmo aliquanto post dicitur
Bonum est quod humiliasti
me ut discam iustificaciones
tuas Nam quid est aliud
bonum est michi quoniam humilia
sti me nisi hec humilitas que
nox notatur facta est michi
id est factum est ut prodesset michi
Sed quare hoc quia scilicet
iustificaciones tuas non meas
acquisiui possimus etiam quod
dictum est hec facta est michi
sic intelligere ut nec lex nec
nox subaudiatur sed hoc pro
nomen quod est hec non referatur
aliter quam se habet

ille psalmi locus ubi legitur
unam pecii a domino hanc re-
quiram nec dicit quid unam uel
quam unam de qua dixerat
hanc requiram sed femineum
genus quasi pro neutro positum
est In usitate quippe dictum est
unam pecii et hanc requiram
ubi non subauditur que ista una
sit Quod usitacius diceretur unum
pecii a domino hoc requiram ut
inhabitem in domo domini Iudicis et
neutrum non solum corrigi neutrum
quod subaudiendum sit ut
puta unum bonum aut unum do
num uel si quid huiusmodi Sed
quidquid illud est etiam si mascu
lino uel feminino genere inciperetur
uel sine ullo nomine illius ge
neris quibuslibet verbis compone-
retur
solita communis locucione sub genere
neutro intelligitur Ita ergo et hic
eo modo dici potuit hec facta est
michi tamquam dictum esset hoc
factum est michi Si aut queratur
quid illud sit occurrit quod supra
dixerat Memor fui in nocte
nominis tui domine et custodiui
legem tuam hec facta est michi
id est hoc custodiui quod legem
tuam non pulsare ipsum feci sed
factum est michi utique absque quia
iustificaciones non meas sed tuas
acquisiui Deus est enim inquit
apostolus qui operatur in nobis et
velle et operari pro bona volun
tate Hoc etiam propter psalmum dicit
deus Et faciam ut iustificacionibus

meis ambuletis et iudicia
mea observetis. Quanto pater deo
dicente Ego faciam ut iudi-
cia mea observetis et faciatis
rectissime iste dicat hoc factum
est mihi. Cum quereretur quid
illud sit videat quod supra
dixerat ut custodirem legem
dei. Sed quia iste in longum
sermo processit ea que sequuntur
domino donante ab alio melius
tractabuntur exordio. Incipit
sermo decimus sextus recta.

de versu portio mea domine usque ad misericordia domine plena est terra

Hos versus psalmi huius
nunc aggredimur in dei vo-
luntate tractandos. Pars mea
pars deus. Quod habent quidam
pars mea domine. Quod utique
ideo dicatur quia particeps
eius sit quisquis ei adheret
sicut scriptum est. Mihi autem ad-
herere deo bonum est. Non enim con-
sistendo fiunt homines dii sed fiunt
participando illius unius qui
verus est deus. Cum quia partes
sibi eligunt homines in hoc mundo
sine fruantur alius hoc alius
illud unde quisque vivat quo-
dam modo portio eorum deus est
unde semper vivat utraque non
est sensus absurdus. Sed quid
sequitur audiamus. Dixi custo-
dire legem tuam. Quid est
portio mea domine dixi custo-
dire legem tuam nisi quia ita
erit portio cuique dominus cum
legem ipsius custodierit. Sed
quis custodit nisi hoc donet

atque ad hoc adiuvet spiritus vivi-
ficans ne littera occidat et peccatum
occasione accepta per mandatum
operatur in homine omnem con-
cupiscentiam. Unde notandus est igitur
hic etiam a quo fides impetrat
quod lex imperat quia qui in-
vocaverit nomen domini salvus erit.
Et ideo inde quid adiungat. Depre-
catus sum faciem tuam de toto
corde meo. Et dicens quomodo sit
precatus adiecit inquit mihi secundum
eloquium tuum. Et tamquam ex-
auditus atque adiutus a quo
precatus est. Cogitavi vias meas
et averti pedes meos in testimonia
tua. Averti scilicet ab his meis que
displicuerunt mihi ut irent in te-
stimonia tua atque ibi haberent
viam. Plures enim codices non
habent quia cogitavi sicut
in quibusdam legitur. Ostendit quia
cogitavit. Quod autem hic posi-
tum est et averti pedes meos
non nulli habent et avertisti pedes
meos ut hoc dei potius gratie
tribuatur. Secundum illud quod apostolus
ait Deus est enim qui operatur
in nobis. Cum etiam dicatur Averte
oculos meos ne videant vani-
tatem. Si oculi ne videant
vanitatem cur non et pedes
ut sectentur errorem propter quod
et illud scriptum est. Oculi mei
semper ad dominum quoniam ipse evellet
de laqueo pedes meos. Sed
sive avertisti pedes meos sive
averti pedes meos legatur ab illo

sit ut faciamus eius faciem
scriptus est in corde suo et cum
dixit Miserere mei secundum elo
quium tuum hoc est secundum verbum
promissionis tue filii quippe pro
missionis in semine deputantur
Denique hoc impetrat gratie
beneficio paratus sum inquit
et non sum turbatus ut custo
diam mandata tua Quod ali
qui interpretati sunt Ad custodiendum
mandata tua aliqui ut custo
direm aliqui custodire quod
grecus posuit in philaxas
thethein Quam nos paratus
fuit ut ad custodienda divina
mandata subdidit dicens
Funes peccatorum circumplexi
sunt me et legis tue non sum
oblitus Funes peccatorum impedi
menta sunt inimicorum sive spiritua
lium sicut diaboli et angelorum
eius sive carnalium in quibus
filiis infidelitatis dyabolus
operatur Non enim hoc quod dictum
est peccatorum ab eo quod sunt pec
cata declinatum est sed ab
eo quod sunt peccatores quod in greco
evidenter apparet Cum itaque
minantur mala quibus terreant
iustos ut pro dei lege paciantur
quodam modo funes implicant
velut validas et robustas
restes suas Trahunt enim peccata
sicut restem longam et hinc
iustos implicare conantur et alii
promittunt Sed si implicant
corpus non implicant animum
ubi non est iste dei legis ob
litus quia sermo dei non est
alligatus Media nocte inst
surgebam ad confitendum tibi
super iudicia iusticie tue Quia

et hoc ipsum quod funes peccatorum
circumplectuntur iustum iudicia
sunt iusticie dei propter quod dicit
apostolus petrus Tempus esse
ut iudicium incipiat a domo dei
Et si inicium inquit a nobis qualis
finis erit eis qui non credunt
dei ewangelio Et si iustus quidem
vix salvus erit peccator et impius
ubi parebunt Hoc enim ait de
persecucionibus quas patiebatur
ecclesia cum funes peccatorum circump
lecterentur eam Proinde mediam
noctem quoniam mora tribulacionis
intelligenda existimo in qua
dixit Surgebam quia non eum
sic affligebat ut deiceret sed
excitabat ut surgeret id est ut
ea tribulacione ad fortius con
fitendum proficeret Iam vero que
ista sunt gratia dei per ihesum christum
dominum nostrum persone sue
per hanc ecclesiam suo corpori
adiungit ipse salvator ad ipsum
caput enim pertinere quod sequitur
pertinere arbitror Particeps ego
sum omnium timencium te et
custodiencium mandata tua
[illegible] est [illegible] que ad
hebreos inscribitur Qui enim
sanctificat et qui sanctificantur ex uno
omnes propter quam causam non
confunditur eos vocare fratres Et
paulo post Quia ergo inquit pueri
communicaverunt carni et sanguini et
ipse [illegible] modum eorum participa
vit Quod quid aliud quam
eorum particeps factus est Nec nos cum
efficeremur participes divinitatis
eius nisi ipse mortalitatis no
stre particeps fieret Verum quod
in [illegible] quod nos divinitatis eius
participes facti sumus ita dicitur

impedimenta [illegible]

dedit eis potestatem filios dei fi-
eri his qui credunt in nomine eius
qui non ex sanguinibus neque ex vo-
luntate carnis neque ex volunta-
te viri sed ex deo nati sunt ut
autem hoc fieret quia et ipse factus
est particeps mortalitatis nostre
ita ibi sequitur Et verbum caro
factum est et habitavit in nobis per
hanc eius participacionem nobis
gratia subministratur ut caste time-
amus deum et custodiamus man-
data eius proinde ipse ihesus loquitur
in ista prophecia Sed quedam in
membris suis et unitate corpo-
ris tamquam in uno quodam
homine diffuso toto orbe terrarum
et succrescente per volumina secu-
lorum quedam nostro in se ipso capite
nostro Unde et hoc est quod ait
particeps ego sum omnium timencium
te et custodiencium mandata tua
Et quia propter hoc quod particeps
factus est servus suorum deus ho-
minum immortalis mortalium
ideo granum cecidit in terra ut
mortificatum multum fructum
faceret De ipso fructu secutus
adiunxit misericordia domini plena est
terra et unde hoc nisi cum
iustificatur impius iniciens gratie
sua ut pacificatur adiungit Et
iustificationes tuas doce me

Incipit sermo decimus septimus

De versu psalmi bonitatem
fecisti cum servo tuo domine
usque ad bonum michi lex oris
tui super milia auri et argenti

Hii versus psalmi huius de
quibus nunc in voluntate
dei disputari sumus absolvere inc-
ipiunt Bonitatem fecisti cum
servo tuo domine secundum verbum tuum
vel pocius secundum eloquium tuum
Sed quod ait grecus christoste-
tam aliquando suavitatem alii
bonitatem nostri interpretes tra-
stulerunt dixi quia suavitas
potest esse et in malo qua multa
ta quoque et in munda delectant
per inmea que conceditur volupta-
te carnali sic debemus intelligere
suavitatem quam christoste-
tam greci vocant ut in bonis
spiritualibus deputetur propter hoc
eciam eam et bonitatem nostri appel-
lant seu appellare voluerunt
Nichil hic ergo aliud dictum
existimo suavitatem fecisti cum
servo tuo nisi fecisti ut me de-
lectaret bonum Credo enim
delectat bonum magnum est
dei donum Cum autem bonum mag-
num est dei donum opus quod
lex imperat fit timore pene
non delectatione iusticie cum
deus metuitur non amatur
servilis fit non liberaliter Quamvis
autem non manet in domo in eternum
filius manet in eternum quia con-
summata caritas foris mittit
timorem Suavitatem itaque fe-
cisti cum servo tuo faciendo
filium qui servus fuit Secundum
eloquium tuum hoc est secundum pro-
missum ut secundum fidem fir-
ma sit promissio omni semini
Suavitatem et erudicionem et
scienciam doce me inquit quia
mandatis tuis credidi auge-
ri ista sibi poscit et perfici va-
lde utique qui iam dixerat Sua-
vitatem fecisti cum servo tuo
quo dicit suavitatem doce me
nisi ei gratia dei magis magisque
innotescat dulcedine bonitatis

Habebant enim fidem qui dixe
runt domine auge nobis fidem
et quamdiu vivitur in mundo profi
cientium est caritas. Addidit
autem et eruditionem vel sicut
plures codices habent disci
plinam. Sed disciplinam quam
greci appellant pediam scripture
nostre ponere consueverunt ubi in
telligenda est per molestias eru
ditio. Secundum illud Quem enim
diligit dominus corripit flagel
lat autem omnem filium quem
recipit. Hec apud ecclesiasticas
litteras dici solet disciplina int
erpretata de greco ubi legitur
phedia hoc enim verbum posi
tum est pla ad hebreos
Ubi latinus interpres ait Omnis
vero disciplina ad presens non
gaudii videtur esse sed tristi
cie postea autem fructum pa
cificum hiis qui per eam exer
citati sunt reddet iusticie. Cum
quo ergo facit deus suavita
tem id est cui propicius inspirat
boni delectationem atque ut ap
tius vel expressius dicam donat
adeo caritatem dei et proximi propter deum
caritas proximi profecto instanter
orare debet quo tantum
sibi augeatur hoc donum
ut non solum pro illo contempnat
delectationes ceteras sed etiam
pro illo quaslibet perferat pas
siones ita suavitati salubriter
additur disciplina. Non enim
quantulecumque suavitati vel bo
nitati hoc est sancte caritati
poscenda et optanda est sed
iam magne ut sub eius pressu
ra si possit extingui sed sic
ingens flamma sub impetu

venti quanto magis reprimitur
tanto ardencius excitatur. Ideo
parum fuit dicere suavitatem
fecisti cum servo tuo nisi rursus
peteret ut eum doceat suavita
tem in tanta utique ut disciplinam
possit pacientissime sustinere.
Tercia ponitur sciencia quoniam si mag
nitudine sua precedet sciencie magni
tudinem caritatis non edificat
sed inflat. Cum ergo tanta fuit
in bonitate sua caritas ut
tribulacionibus non possit ex
tingui quas adhibet discipli
na tunc utilis erit sciencia qua
innotescit et sibi homo inveneri
rit et que adeo donata sunt
ei perque posse se sciat que se
posse nesciebat et per se ipsum
omnino non poterat. Aliud autem
non ait da michi sed doce me
quod suavitate docetur si non
detur quod quidem multi quod
eos non delectat sciunt et quasi
sunt cognicionem non sunt suavi
tatem. Suavitas autem discere non
potest nisi delectat. Item discipli
na que significat emendatoriam
tribulacionem accipiendo dicitur
id est non audiendo vel legendo
vel cogitando sed experiendo.
At vero scienciam quam tenam
possunt in hiis que ait doce me
docendo datur. Nam quid
aliud est docere quam scienciam
dare. Et hec duo ita sibi con
nexa sunt ut alterum sine al
tero esse non possit. Nemo
enim docetur nisi discat et ne
mo discit nisi doceatur. Et ideo
si discipulus capax non sit eorum
que a doctore dicuntur non potest
doctor dicere Ego eum docui

sed ipse non didicit. Dicere autem potest Ego ei dixi quod discendum fuit sed ille non didicit quia non percepit non comprehendit non intellexit verum profecto et ille didicisset. Ideo deus quando vult docere prius dat intellectum sine quo (?) ea que ad divinam doctrinam pertinent homo non potest discere. Unde et paulo post dicit Da michi intellectum et discam mandata tua. Potest itaque homo tamquam doctor aliquem cupit dicere illa que dixit dominus discipulis suis postquam resurrexit a mortuis sed facere quod ille fecit non potest. Luce xxiiii (?) Tunc aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas. Et dixit illis. Quod autem illis dixit ibi legitur. Sed ideo ceperunt quod dixit quia unde caperetur aperuit. Docet ergo deus suavitatem inspirando dilectionem, docet disciplinam temperando tribulationem, docet scientiam insinuando cognitionem. Cum itaque alia sint que ideo discimus ut tantum sciamus, alia vero ut etiam faciamus, quando ea docet sic docet ut scienda sciamus aperiendo veritatem, sic docet ut facienda faciamus inspirando suavitatem. Neque enim frustra ei dicitur Doce me facere voluntatem tuam. Sic inquit doce ut faciam non tantum ut sciam. Ipsa quippe recte facta fructus nostri est quem credidimus agricole nostro. Sed scriptura dicit Dominus dabit suavitatem et terra nostra dabit fructum suum. Que autem ista terra nisi de qua dicitur ipsi qui dat suavitatem anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Quod vero cum dixisset suavitatem et disciplinam et scientiam doce me, adiunxit atque ait Quia mandatis tuis credidi, non immerito queri potest cur non dixit obedivi sed credidi. Alia sunt enim mandata alia promissa. Mandata facienda suscepimus ut recipere promissa mereamur. Promissis ergo credimus mandatis obtemperamus. Quid est ergo mandatis tuis credidi nisi credidi quod tu illa mandaveris non aliquis homo quamvis per homines hominibus ministrata sint. Quia itaque credidi tua esse mandata ipsa fides mea qua credidi impetret ab ipso gratiam qua faciam quod mandasti. Si enim homo hec iuberet forte sciens nequid (?) ut etiam facerem quod iubebat adiuvaret interius. Doce ergo me suavitatem inspirando caritatem, doce me disciplinam donando patientiam, doce me scientiam illuminando intelligentiam, quia mandatis tuis credidi. Te illa mandasse credidi qui deus es et homini donas unde faciat eum facere quod mandas.

Priusquam humiliarer inquit ego deliqui. Propterea verbum tuum vel sicut alii expresserunt eloquium tuum custodivi. Utique ne rursus humiliarer. Sed ad illam melius humiliationem refertur que facta est in Adam in quo omnis creatura tamquam in radice viciata quia veritati subiecta esse noluit subiecta est vanitati. Quod vasis

inde possunt operiri ut deiecta superbia diligatur obediencia et pereat non redditura miseria Humanus es dicere vel sicut plures habent Humanus es tu domine aliquem etiam Humanus es tu vel bonus es tu Sicut de hiis verbis superius tractauimus Et in tua suauitate doce me iustificationes tuas vere vult facere iustificaciones dei quando eas in eius suauitate vult discere ab ipso cui dixit Humanus es tu Deinde sequitur Multiplicata est super me iniquitas superborum eorum scilicet quibus non possunt quod postea quam deliquit humiliata est natura humana Ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua Cum talibus inquit habundet iniquitas non mea refrigescet caritas Tamque ille hoc dicit qui in eius suauitate iustificaciones dei discit Quanto magis enim suauia sunt que iubet tanto magis eas scrutatur amans ut cognita faciat et faciendo cognoscat quia perfectius cognoscentium sunt Coagulatum est ut lac cor eorum Quorum nisi superborum quorum super se multiplicatam dixit iniquitatem Obduruisse autem cor eorum vult hoc verbo et hoc loco Nam dicitur et in bono sicut in psalmo sexagesimo septimo dictum Mons incaseatus mons uber et intelligitur gracia plenus ita et illic quidem coagulatus in pietate sunt Sed unde quid a se opponat duricie cordis illorum Ego autem inquit legem tuam meditatus sum Penalem utique iustissimam et misericordissimam Unde illi dicitur Et lege tua miserere mei Quibus resistit ut obdurentur quibusdam autem dat graciam ut diligant obedienciam et recipiant excellenciam meditacione quippe legis huius voluntaria sumatur humilitas ut penalis humilitas euadatur De qua mox dicit Bonum michi quod humiliasti me ut discam iustificaciones tuas Dictum aliquid et superius iam dixerat Priusquam humiliarer ego deliqui propterea eloquium tuum custodiui Ipso quippe fructu ostendit quod bonum illi fuerit humiliari Sed illic dixit etiam causam quod humilitatem penalem delinquendo precesserit Quod vero ibi ait propterea eloquium tuum custodiui hic ait ut discam iustificaciones tuas Satis significasse michi videtur hoc esse ista nosse quod custodire hoc custodire quod nosse Neque xpus non nouerat quod arguebat et tamen arguebat peccatum cum de illo sit quod non nouerat peccatum Nouerat ergo quadam noticia et rursus quadam ignorancia non nouerat Sic et iustificaciones dei multi discunt et non discunt Nouerunt enim eas quadam noticia et rursus quadam ignorancia quia non faciunt non nouerunt Quomodo hic ergo intelligendus est dixisse ut discam iustificaciones tuas ea noticia

que sunt hac autem que non
sunt nisi per dilectionem ubi qui
facit habet dilectionem propter quod
dictum est Intua suavitate do-
ce me iustificationes tuas se-
quens versus ondit ubi dicit
bonum michi lex oris tui super
milia auri et argenti ut amplius
plius diligat caritas legem
dei quam diligit cupiditas
milia auri et argenti Incipit
sermo decimus octavus de ipso

Manus tue domine psalmi
fecerunt me et plasma-
verunt me da michi intellectum
ut discam mandata tua etc.

Quando deus hominem fecit
copulatie et animavit fla-
tu non ibi commemoratum est
quod manibus fecit Unde
et quibusdam visum fuerit
verbo deum fecisse cetera hominem
vero velut aliquid precipuum
fecisse manibus suis non vi-
deo nisi forte quia copulatione
formationem legitur hominis
corpus non potuisse fieri nisi
manibus arbitrantur nec atten-
dunt quod in ewangelio de verbo
dei scriptum est omnia per ipsum
facta sunt non posse constare
si non per verbum factum esset etiam
corpus humanum Videamus ergo adhibet
testimonium de hoc psalmo
et dicunt Ecce ubi apertissime
clamat homo Manus tue
domine fecerunt me et finxerunt
me quasi non aperte est dictum
sit Quoniam videbo celos opera
digitorum tuorum nec minus aperte
et opera manuum tuarum sunt
celi multoque apertius et aridam

terram manus eius finxerunt Ac per hoc
ergo dei sunt potestas dei aut si per si-
militudinem membris eos movet qui
non deum sed manus tue accipi-
unt manus dei virtutem et sa-
pientiam dei quod utrumque unus
deus est qui etiam intelligitur
brachium domini ubi legitur
Et brachium domini cui revelatum
est aut accipiant manus dei
filium et spiritum sanctum quia et spiritus sanc-
tus cooperator est patris et filii
Unde ait Omnia hec operatur
unus atque idem spiritus ipse quippe
dixit unus atque idem ne tot
spiritus quod opera putarentur non
quod sine patre et filio spiritus
operetur liberum est igitur quomodo
intelligantur manus dei dum-
tamen nec ea que facit verbo
manibus facta non putentur
hec per manus forma corporis
aut alia manus sinistra alia
dextra nec per verbum sonus oris
et motus animi transitorius
operanti deo inesse credatur
Nec defuerunt qui duo verba
ista fecerunt me et finxerunt
me se distinguerent ut animam
dicerent fecisse corpus autem finxis-
se dicerent quia de anima dixit
deus omnem flatum ego feci
de corpore autem legitur et fin-
xit deus hominem pulverem
terre tanquam terre tamen
fiat quidquid est omne quod fingit
non tamen fingatur omne quod
fit Et ideo animam factam
potius dicunt esse quam fictam
quia non est corpus sed spiritus
Quasi non scriptum sit qui finxit
spiritum hominis in ipso culpantes

Quid utrumque hoc verbum de homine
in loco uno ponitur et utrique
hominis id est anime et corpori
diversis conditionibus non negatur
an longe aliter distribuuntur sin-
gulis singula ut anima facta
corpus autem fictum intelligatur
sive formatum sive plasmatum
Verum quidam interpretes noluerunt
dicere finxerunt me sed pla-
smaverunt me magis eligen-
tes minus latine declinare
de greco quam dicere finxe-
runt quod aliquando etiam de
simulatione dici solet Sed
utrum hoc secundum Adam dictum est
ex quo tamen sunt omnes homines
propagati quia homo quidem ille
factus est etiam se factum non potest
dicere originis seminisque ratione
an etiam secundum hoc recte dici po-
tuit Manus tue fecerunt me
et plasmaverunt me quia quamvis
non sine ope dei etiam de paren-
tibus fit ipso creante illis ge-
nerantibus quoniam si operatoria
dei potentie rebus subtrahatur
intereunt nec aliquid omnino sive
de mundi elementis sive de ge-
nitoribus sive de seminibus na-
scitur si ea non operetur deus
propter quod ait propheta Jeremias
Priusquam te formarem in utero
novi te Sed utrumque sive in-
tellectu fecit deus hominem
sive primum sive unumquemque
nascentem ut nunc hoc dicat
Manus tue fecerunt me et pla-
smaverunt me da michi intel-
lectum nonne ipsi inest humane
intellectus et in infantibus ut eo
distinguatur a pecore dum sic est
deformata peccando ut etiam
hoc in ea reformandum sit
propter quod aptius omnibus ad re-
generationem pertinentibus dicitur
Renovamini spiritu mentis vestre
et utique intellectus in mente est
Hinc rursus ait Renovamini in novitate
spiritu mentis vestre De his autem
qui huius regenerationis consor-
tes non erant Hoc inquit di-
co et testificor in domino ut non
iam ambuletis sicut et gen-
tes ambulant in vanitate
mentis sue obscurati intelli-
gentia alienati a via dei propter
ignoranciam que est in illis
propter cecitatem cordis eorum
Propter hoc igitur interiores ocu-
los quorum cecitas est non intel-
ligere ut aperiantur et magis ma-
gisque serenentur fide corda mun-
dentur Nam cum nisi aliquid in-
telligat nemo possit credere
in deum tamen ipsa fide qua
credit sanatur ut intelligat
ampliora Alia sunt enim que
nisi intelligamus non credimus
Et alia sunt que nisi credamus
non intelligimus Nam cum fides sit ex auditu
auditus autem per verbum Christi quomodo
credit predicanti fidem qui
non ut alia taceam linguam
ipsam qua loquitur non intelligit
Sed nisi essent rursus alia
que intelligere non possimus nisi
ante credamus propheta non di-
ceret Nisi credideritis non intel-
ligetis Proficit ergo noster in-
tellectus ad intelligenda que
credat et fides proficit ad cre-
denda que intelligat et ea-
dem ut magis magisque intelligantur

ipso intellectu proficit meus. Sed hoc non sic proficit tamquam naturalibus viribus sed deo adiuvante atque donante, sicut medicina fit non natura ut invalidus oculus non cernendi recipiat. Cum ergo dicit deo da michi intellectum et discam mandata tua, non omnimodo expers eius est velut pecus nec ita quamvis homo sit in eorum numero deputandus sit qui ambulant in vanitate mentis sue obscurati intelligencia alienati a via dei. Nam si talis esset nec hoc diceret. Non autem sine intellectu nosse agnoscendus intellectus et cogitandum est quanto sint altius intelligenda divina mandata quando adeo discenda sibi ad hunc dari intellectum petit qui iam sic intelligit et qui eloquia dei se custodisse ante iam dixit. Quod autem interpretati sunt nostri da michi intellectum, brevius dicit grecus synetison me, quia uno verbo complexus est da intellectum quod est synetison, quod latine uno verbo dici non potest. Tamquam si non posset latine dici sana me, et diceretur da michi sanitatem. Sicut hic dictum est da michi intellectum aut salvum me fac, quod quidem potuit et angelus facere. Nam dixit danieli veni intellectum dare tibi, et hoc verbum est in greco quod et hic est synetise, tamquam si diceret latinus sanitatem dare tibi quod grecus dixisset sanare

te. Non enim cum loqueretur latinus interpres dicendo intellectum dare tibi, sicut quemadmodum dici potest a sanitate sanare te, ita dici posset ab intellectu intellectuare te. Sed si potest hoc et angelus facere, quid est quod iste hoc a deo sibi poscit et fieri? An quia deus angelo iussit ut faceret? Ita vero, nam xpiane intelligitur hoc iussisse angelum ut faceret eo loco ubi ait propheta: Et factum est cum viderem ego daniel visum et querebam intellectum. Et ecce stetit in conspectu meo ut species viri, et audivi vocem viri inter ubal et vlai, et vocavit et dixit: fac intelligere illum visionem. Et ibi in greco verbum hoc est quod et hic, id est synetison. Deus itaque principium, qui lux est, illuminat per se pias mentes ut ea que divina dicuntur vel audiuntur intelligant. Sed si ad hoc ministerio utitur angelo, potest quidem aliquid agere angelus in mente hominis ut capiat lucem dei et per hanc intelligat. Sed ita dicitur intellectum dare homini, et quasi ut ita dicam intellectuare hominem, quemadmodum quispiam dicitur lumen dare domui vel illuminare domum cuius fenestram facit, cum eam non sua luce penetret et illustret sed tantummodo aditum quo penetretur atque illustretur aperiat. Sed nec sol qui per fenestram illustrat domum ipse creavit eandem domum aut hominem qui fenestram

fecit in domo aut ipsi illi iussit
ut faceret aut adiuvit ipse fa
cientem aut aliquid egit ut
aperiretur. quia primum lumen infun
deret Deus aut et hominis men
tem rationabilem atque intellec
tualem fecit que posset capere
lumen eius et angelum talem
fecit qui operari posset aliquid
unde ad capiendum lumen dei
mens adiuvaretur humana et
eandem sic adiuvat mente ut
angulus recipiat operacionem
et eam sic illuminat de seipso
ut non solum illa que a veri
tate monstrantur sed ipsa que
perficiendo perspiciat veritatem
Sed quoniam res quidem vetitas qu-
tum existimo tamen pluria
disputatione tractandis dilatis
sequentibus psalmi huius verbis
sermonem istum isto fine clau
damus **Incipit sermo decimus nonus**

De verbis psalmi Qui timent
te videbunt me et io
cundabuntur. usque adfiat cor
meum inmaculatum in iusti
ficationibus tuis ut non confundar

Dominus Ihesus in hoc psalmo per
prophetiam tamquam sibi petiit
intellectum dari a deo corpori
suo quod est ecclesia ad dei man
data discenda Cum ipso enim
vita corporis eius hoc est ipsi
eius abscondita est in deo et
ipse in eodem corpore suo indi
genciam patitur et postea
quod membris suis est necessarium
manus tue inquit fecerunt
me et plasmaverunt me da
michi intellectum ut discam
mandata tua Prima tu inquit
formasti tu reforma ut fiat

in corpore xpi Quod aut apostolus
reformamini in novitate mentis
vestre Qui timent te inquit
videbunt me et iocundabuntur
vel sicut habent alii codices
letabuntur quoniam in verba tua speravi
idest mea que promissa ut
sint promissionis filii semen ab
rahe in quo benedicentur omnes
gentes Qui sunt aut qui ti
ment deum et quem videbunt
et letabuntur quoniam in verba dei
sperant si corpus xpi est idest
ecclesia tunc est vox ista per xpm
vel in ipsa et de ipsa tamquam
de seipso ista vox xpi est inquam
non ipsa est in eis qui timent deum
Quis est ergo ille quem vident
iocundantur cum plus ipse se
inde et iocundantur et sic deum
est qui timent te videbunt me
et letabuntur quia in verba tua
speravi vel sicut alii diligencius
expresserunt super speravi tamquam
diceret Qui timent te videbunt
ecclesiam tuam et iocundabuntur
quia in verba tua super speravi tu
ipse sunt ecclesia qui vident eam
et iocundantur Sed cur non
dixit qui timent te vident
me et iocundantur Sed timent
te verbum presentis temporis posuit vi
debunt aut et iocundabuntur
verba sunt futuri temporis An quia
in presenti tempore timor est quia
dum temptatio est vita humana
super terram iocunditas aut
quam voluit hic intelligi
tunc erit quando iusti fulgebunt
sicut sol in regno patris sui
hinc enim etiam illud in alio
psalmo legitur quam multa
multitudo dulcedinis tue domine

quam abscondisti timentibus te
Sunt ergo qui eam timent non eam
vident sed videbunt et iocun-
dabuntur. quia et illic sequitur
perfecisti autem sperantibus in te et
hic quia in verba tua speravi vel
super speravi ut in verbo ita compo-
sitis et caute in partibus diligencius
res expressa etiam illud intelli-
gamus quod potens est deus
facere super quam petimus et in-
telligimus ut quia super quam
petimus et intelligimus sunt
parum sit ea sperare. Dura ergo
adhuc timet ecclesia que in hac
vita est et nondum se videt
in eo regno ubi erit eius secu-
ra iocunditas sed inter pericu-
losas temptaciones in hoc mundo
laborat ubi audet qui se pu-
tat stare videat ne cadat co-
siderans huius mortalitatis mi-
seriam in qua iugum grave
super filios adam a die exitus
de ventre matris eorum sic in
omnibus pretenditur usque in diem
sepulture in matrem omnium
ut preter tamen concupiscentie
adversus spiritum etiam regnanti
gemere sub eius gravitate
cogantur. Hoc ergo considerans
cogitans inquit domine quia iusti-
cia iudicia tua et in veritate
tua humiliasti me fiat misericordia tua
ut consoletur me secundum eloquium
tuum servo tuo misericordia et veritas
ita divinis eloquiis commendatur
ut cum in multis inveniantur
locis maxime in psalmis
quodam etiam loco legatur
universe vie domini misericordia et veri-
tas. Et hic quidem primo veritate
posuit qua humiliati sumus

in mortem iudicante illo cuius
iudicia iusticia est deinde misericordiam
qua instauramur adiuta pro-
mittente illo cuius beneficium gratia
est. Ideo ait secundum eloquium tuum
servo tuo id est secundum quod promi-
sisti servo tuo. Sive ergo regeneracio
qua hic inde filios adopta-
mur sive fides et spes et ca-
ritas que tria edificantur
in nobis quamvis de misericordia dei
veniant tamen in hac erum-
nosa et procellosa vita solacia
sunt miseriorum non dum gau-
dia beatorum. Ideo dictum est fiat
misericordia tua ut consoletur me. Sed
quia post hec et propter hec etiam
illa ventura sunt ideo sequitur
veniant mihi miseraciones
tue et vivam. Tunc enim vere
vivam quando nichil potero
timere ne moriar. Ipsa enim
et sine ullo additamento
dicitur vita nec intelligitur
nisi eterna et beata tamquam sola
dicenda sit vita in cuius com-
paracione ista quam dicimus
mors sit potius appellanda
quam vita. Quale illud est
in ewangeliis. Si vis venire
ad vitam cum quid etiam
addidit vel beatam idem de
resurreccione carnis cum loque-
retur qui bene fecerunt inquit in re-
surreccionem vite neque hic ait
eterne seu beate. Sic et hic. Ve-
niant inquit miseraciones
tue et vivam neque hic ait
in eternum vivam vel beate vi-
vam quasi aliud non sit vi-
vere quam sine bello fine
et sine ulla miseria vivere.
Sed hoc quo vivo quia lex

inquit meditatio mea est
Hec meditatio si non esset in il-
lo deque predilatorum operatione inqui-
reret eam posset adiecta vitam
quispiam prevenire hoc dominum
putaui ne quispiam cum to-
tam legem memorie manda-
uit eam quam tenerrima recor-
datione cantauit non tacens
quod precepit nec tamen viuens
ut precepit arbitretur se fecisse
quod legit quia lex tua me-
ditatio mea est et sic se
adoptatum existimet quam verbis
superioribus expressit hoc meritum
postulauit ubi dixit et veni-
ant super me miserationes tue
et viuam. Hec meditatio aman-
tis est cogitatio et tantum a-
mantis ut caritas non sit
gestat huius meditationis sue
quantalibet habundantia conspi-
cietur iniquitatis aliene de-
linquens sequitur et dicit Con-
fundantur superbi quoniam iniuste
iniquitatem fecerunt in me
ego autem exercebor in mandatis
tuis. Ecce quod ait meditatio
legis dei vel potius medi-
tatio lex dei. Conuertantur inquit
ad me qui timent te et qui
cognoscunt testimonia tua.
In non nullis codicibus inue-
nimus et grecos et latinos
Conuertantur michi quod non
tantumdem valere existimo
quantum si dicatur ad me. Si
quis est iste qui hoc dicit non
enim quisquam hominum hoc
dicere audebit aut si dicat
audiendus est. Ipse ergo ille
est qui et superius interposuit
proprietate vocis sue dicentis particeps

ticeps ego sum omnium timentium
te. Quia factus est particeps
mortalitatis nostre ut nos parti-
cipes diuinitatis ipsius fieremus
nos vnius participes ad vitam
ad mortem vero particeps ille
multorum. Ipse est enim ad quem
conuertuntur timentes deum et
qui cognoscunt dei testimonia
de illo per prophetas tanto ante
predicta in eius presencia per mira-
cula paulo ante monstrata.
Fiat inquit cor meum inma-
culatum in iustificationibus
tuis ut non confundar. Redit
ad vocem corporis seu sancti
scilicet populi sui et inmaculatum
cor suum fieri precatio fidei est
cor membrorum suorum in iustifica-
tionibus dei non in viribus cor-
posuit enim hoc non presumpsit.
Quod autem addidit ut non con-
fundar tale aliquid et in primis
huius psalmi versibus ubi in-
uenitur ubi dicit Utinam diri-
gantur vie mee ad custodien-
das iustificationes tuas tunc
non confundar cum perspicio
in omnia mandata tua. Quod
ibi quia dixit Utinam bono
verbo significauit optantis hic
isto loco apertioribus verbis ex-
pressit orantis dicendo Fiat cor meum
inmaculatum ut nec illa nec
ista sententia que utrobique una
est inebriatur audacia de
libero arbitrio contra gratiam
confidentis. Quod autem ait ibi
Tunc non confundar hoc ait
hic ut non confundar. Fiat
ergo cor inmaculatum membrorum
et corporis christi gratia dei per ipsum
corporis caput hoc est per ipsum

Christum dominum nostrum per regeneratio=
nis lavacrum ubi abolita sunt
preterita peccata nostra omnia per ipsius
adiutorium per quod concupiscentiis
adversus carnem ne vincamur
in pugna nostra per dominice orationis
efficaciam in qua dicimus dimitte
nobis debita nostra. Ista do
nata nobis regeneratione
adiuncta confessione sup
plicatione fit cor nostrum inma
culatum ut non confundamur.
Et hoc ad iustificationes
dei pertinet quando inter eius
alia precepta precipitur dimi
ttite et dimittetur vobis da
te et dabitur vobis. Incipit
sermo vicesimus super psalmum De
fecit in salutari tuo anima
mea usque ad secundum mandatum tuum.

Attendere dignificat me et ad
iuvet dominus istam magni huius
psalmi partem consideranda
exponendamque suscepimus
ubi ait ¶ Defecit in salutare
tuum anima mea et in verbum
tuum supersperavi. Non omnis de
fectus putandus est vel atque
esse vel potius. Est enim de
fectus laudabilis vel optabi
lis. Nam cum sint inter se
duo ista contraria profectus in bo
no accipitur defectus in malo
quando non additur vel subintel
ligitur in quo proficiat vel de
ficiat. Cum vero additur
potest et malum esse proficere bonum
quod deficere. Apostolus quippe dixit
Prophanas autem verborum
novitates devita multum enim
proficiunt ad iniquitatem. Aut et
de quibusdam proficiunt in peius.
Ita et defectus a bono in malum

[margin: et defectus i. bono sic; vel ista alius; et sic]

malus est a malo in bonum bo
nus est. Bono quippe defectu
dictum est desiderat et deficit
anima mea in atria domini. Sed
et hic non ait defecit in salu
tare tuo. Sed defecit in salu
tare tuum anima mea. Bonus
ergo est iste defectus. Indi
cat enim desiderium boni nondum
quidem adepti sed avidissime
et vehementissime concupiti.
Sed quis hoc dicit nisi genus
electum regale sacerdotium
gens sancta populus acquisitio
nis ab origine generis humani usque
ad huius seculi finem in eis qui
suo quoque tempore hic vixerunt
vivunt victuri sunt desidera
ntes Christum. Iste sanctissime
est senex Symeone. Cum eum
enim in salutem accepisset in
manibus dixit Nunc dimittis
domine servum tuum secundum verbum
tuum in pace quia viderunt
oculi mei salutare tuum. Acce
perat enim responsum divinum non
se gustaturum mortem nisi
vidisset Christum domini. Quale
autem desiderium fuit in isto
sene tale fuisse credendum
est in omnibus superiorum tempo
rum sanctis. Unde et ipse dominus
discipulis ait Multi prophete
et reges voluerunt videre
que vos videtis et non vide
runt et audire que auditis
et non audierunt. Inter ipsos et
iam vox hoc loco agnoscitur
Defecit in salutare tuum anima
mea. Nec tunc ergo quievit hoc
desiderium sanctorum nec nunc quie
scit in Christi corpore quod est ecclesia
usque ad terminum seculi donec veniat

desideratus cunctis gentibus
dicit promittitur per prophetam etc.
dicit apostolus Super est michi
corona iusticie quam reddet
michi dominus in illo die iustus
iudex Non solum autem michi
sed et omnibus qui diligunt
manifestacionem eius Hoc itaque
desiderium de quo nunc agimus
de dilectione consurgit mani
festacionis eius de qua idem
dicit Cum xpistus apparuerit
vita nostra tunc et vos cum illo
apparebitis in gloria Prima quo
tempora ecclesie ante virginis
partum habuerunt sanctos qui
desiderarent incarnacionis
eius adventum Ista vero tempora
ex quo ascendit in celum sanctos
habent qui desiderant eius ma
nifestacionem ad vivos et mor
tuos iudicandos Neque hoc caritatis
desiderium ab initio usque in fine
seculi requievit aliquatenus
nisi quando hic cum discipulis
in carne versatus est ut totius
corporis xpisti nihil vita gementes
tolerent intelligitur Defecit
in salutare tuum anima mea
et in verbum tuum speravi Hoc est pro
missum quod spes facit ut per
pacienciam expectetur quod
a credentibus non videtur Et
iam hic contra illud verbum hic
quidam inter ineptes super
speram tussere malluerunt
Una procul dubio plus futurum
est quam dici potest Defecerunt
inquit oculi mei in eloquium
tuum dicentes Quando consola
beris me Ecce rursus in oculis
sed utique interioribus laudabilis
et felix ille defectus non ve
niens ex infirmitate animi sed
ex fortitudine desiderii pro
missum dei Hoc enim ait in elo
quium tuum Quomodo autem tales o
culi dicunt quando consolaberis
me nisi cum tali intencione
et expectacione oratur et ge
mitur lingua enim loqui non
oculi solent Sed oculorum quo
dam modo vox est desiderium
orationis verum in eo quod ait
Quando consolaberis me tamquam
morasse propterea ostendit unde
est etiam illud Et tu domine quousque
Quod autem ideo fit ut veniat
dulcior dilatata iocunditas
Aut iste sensus est desideran
cium cum spacium temporis eciam
quod sub veniencia breve est
longum est amanti Novit
autem dominus quid quando faciat
qui in mensura et numero et pon
dere cuncta disponit Arden
tibus autem spiritualibus desideriis
carnalia desideria sine dubi
tacione surgescunt propter hoc sequitur
Quia factus sum sicut uter in
pruina iustificaciones tuas non
sum oblitus Nimirum enim per utrem
carnem mortis huius per pruinam
vero celeste beneficium vult intel
ligi quo carnis concupiscencie velut
frigore cohibente torpescunt Et

fit hinc ut iustificationes dei
de memoria non labantur dum
non cogitantur. Aliunde quippe fit
quod ait Amplius carnis providen-
tiam ne feceritis in concupiscen-
tiis. Ideo cum dixisset Factus
sum sicut uter in pruina Sub-
iecit iustificationes tuas non
sum oblitus hoc est ideo non
sum oblitus quia talis factus sum
fervorem enim cupiditatis obtor-
puit ut ferveret memoria
caritatis ¶ Quot sunt dies
servi tui quando facies de persequen-
tibus me iudicium. In apocalypsi
est ista vox martirum et eis im-
peratur paciencia donec fratrum eo-
rum numerus impleatur. De diebus ergo
suis interrogat corpus Christi qui
futuri sunt in hoc seculo. Et
ne quisquam putaret ante hic
ecclesiam non futuram quam finis
seculi veniret et aliquod temporis
futurum in hoc seculo quo eccle-
siam non sit in terris propterea cum
quesisset de diebus suis ad-
iunxit etiam de iudicio profecto
demonstrans usque ad iudicium
in quo de persequentibus eius
est futura vindicta ipsam quoque
in terris futuram. Si autem quisquam
movetur quia querit quod cum disci-
puli quererent magistrum audierunt ¶ Non
est inquit vestrum scire tempora
que pater posuit in sua potestate
cur non credimus isto loco
psalmum hunc esse prophetatum hoc
ipsum illos fuisse quesituros et

paulo

eandem vocem que hic tanto an-
te predicta est illorum interrogatione
completam. Quod sequitur ¶ Narra-
verunt michi iniqui delecta-
tiones sed non sicut lex tua
domine. Eas sic transferre volu-
erunt interpretes nostri quas greci
adoleschias vocant quod usque
adeo uno verbo nequaquam la-
tine dici potest ut aliqui delec-
tationes aliqui fabulationes
eas dixerint (dixerit) ut non multo acci-
piatur esse quid illas exercita-
tiones sed in sermone cum qua-
dam delectatione has ver-
santur indulsis sectis ac professi-
onibus et late sclares et indi-
que deuteris nuncupantur conti-
nentes preter divinarum canonicam scrip-
turarum multa fabularum heresis eas
et hereticorum vana atque circumlu-
da loquacitas hos omnes iniquos
intelligi noluit a quibus sibi
narratas dicit adoleschias
id est exercitationes delectabiles
ubi Sed non inquit sicut lex
tua domine quia me vera ve-
ritas non verba delectant. Deinde quod
adiungit ¶ Omnia mandata tua
veritas iniusti persecuti sunt me
adiuva me. Et pendet totus
de superioribus sensus ¶ Quot
sunt dies servi tui quando facies
de persequentibus me iudicium
Et cum persequantur me narra-
verunt michi sermonum suorum
delectationes sed eis preposui
legem tuam. Unde ideo plus

me delectavit quia omnia
mandata tua veritas Non
perit nullorum confundit sermonibus
vanitas at prophetae iniuste per
secuti sunt me quia non in
me persecuti nisi veritatem Ergo
adiuva me ut certem pro veri
tate usque ad mortem quia
et hoc mandatum tuum est
Et ideo quod hic veritas est hic
cum faceret cetera passa est
quod adiunxit Paulominus
consummaverunt me in terra Multa
siquidem strage martirum facta
sunt confitentium et predicantium
veritatem Sed quia non frus
tra deum est adiuva me
Ego autem inquit non dereliqui
mandata tua atque ut possit
perseverare usque in finem Secun
dum inquit tuam vivifi
ca me et custodiam testi
monia oris tui Dicitur quod grece
est martiria Quod tacendum
non fuit propter dulcissimum mar
tirum nomen qui periculo du
bio quando tanta persequencium
crudelitas seviebat ut eciam
paulominus consummaretur in
terra nullo modo dei mar
tiria custodirent nisi fieret
eis quod hic oratum est
Secundum misericordiam tuam vivifi
ca me Vivificati sunt ne
amando vitam et negando
vitam amitterent vitam Ac
sic qui pro vita veritatem de
serere noluerunt moriendo pro
veritate vixerunt Incipit
sermo vicesimus primus de versu
psalmi In eternum domine permanet
Homo qui loquitur in isto
psalmo tamquam tedet

eum mutabilitatis hominum unde
vita ista temptacionibus plena
est inter tribulaciones suas
propter quas supra dixerat Iniqui
persecuti sunt paulominus consu
maverunt me in terra inflammatus
desideriis celestibus velut in sup
na suspexit et dixit In eternum
domine verbum tuum permanet
in celo hoc est in angelis tuis
custodientibus eterna sine de
fectione miliciam Sequens al
versus post celum pertinet quod sequitur
ad terram. Unus enim versus et con
secto qui ad istam litteram pertinet
Singulis quippe litteris hebreis
subduntur octoni donec psal
mus prolixitas terminetur In gene
racione et generacione veritas
tua fundasti terram et permanet
post celum enim terram
fideli mentis aspiciens vide
bit mea generaciones que in
celo non sunt et ait In genera
racione et generacione veritas
tua Sive omnes generaciones ista
repeticione significans a quibus
numquam defuit veritas dei in
sanctis eius modo paucioribus
modo pluribus ut se temporum
varietas habuit vel habebit
sive duas quasdam generacio
nes intelligi volens unam
scilicet ad legem et prophetas Alteram
vero ad ewangelium pertinentem
Cur autem inquit et iam istis ge
neracionibus veritas deserit Sed
apiens tamquam fundasti inquit
terram et permanet eos qui in
terra sunt terram non occupans
fundamentum autem aliud nemo
potest ponere preter id quod positum est
quod est Christus Ihesus Prelegit eum et

illius cogitacionis ad legem pro-
phetasque pertinentes fundamentum
non erat Sponsus testimonium ha-
bens a lege et prophetis Aut vero
moysi filii deputandi sunt
in servitutem generantis an-
cille fuisse non libere que
est mater nostra cui mater non dicet
homo et homo factus est in ea
et ipse fundavit eam altissimus
Ipse est enim et apud patrem
altissimus et propter nos in ista
mire factus humillimus qui quia
deus erat super eam homo fac-
tus est in ea Hoc itaque fun-
damento domine fundasti terram
et permanet quia in tali fun-
damento constabilita non incli-
nabitur in seculum seculi in eis
utique permanens quibus et vita
datur eterna Quos autem
ancilla peperit ad vetus testa-
mentum pertinentes manus tam-
figuris latebat novum nichil ad
recipiendo quam promissa terre-
na non permanent Servus enim
non manet in domo in eternum
filius autem manet in eternum
Ordinacione tua perseverat
dies Ista quippe omnia dies
Et iste est dies quem fecit dominus
exultemus et iocundemur in ea
et sic ut in die honeste ambu-
lemus Quoniam omnia serviunt tibi
Omnia sunt de quibus loquebatur
Omnia que pertinent ad hunc
diem serviunt tibi Impii quippe
dicitur nocti sunt
nostram non serviunt tibi De-
inde respexit unde liberetur
hec terra ut fundata permanet
atque subiecit nisi quia lex tua
meditacio mea est tunc forsitan

tam perissem in humilitate mea
Ista lex fidei est non inanis
fidei sed que per dilectionem operatur
per hanc impetratur gratia que for-
tes facit in tribulacione temporali
ne pereant in humilitate mortali
In eternum inquit non obliviscar
iustificationes tuas quia in
ipsis vivificasti me Ecce unde
factum est ut non periret in humili-
tate sua Nam deus non vivificaret
me quid est homo qui se occi-
dere potuit vivificare autem
non potest Subiecit deinde
ac dicit Tuus sum ego salvum
me fac quia iustificationes
tuas exquisivi Non transeun-
ter est quod dixit et tuus sum ego
Quid enim non est eius Sed
forte quia intelligis esse dicitur
deus ideo putandus et aliquid
non esse in ista cum clamet
alius psalmus Domini est terra
et plenitudo eius orbis terrarum
et universi qui habitant in ea Quid
est ergo quod iste ita se quodam-
modo familiarius deo com-
mendandum putavit Ut diceret
Tuus sum ego salvum me fac
nisi intelligi volens quia ma-
lo suo suus voluit quod est in-
obediencie primum et maximum
malum Et tamquam diceret
meus esse volui et perdidi
me feci tuus sum inquit sal-
vum me fac quia iustificacio-
nes tuas exquisivi non vo-
luntates meas quibus fui
meus sed iustificaciones tuas
ut essem iam tuus Me expec-
expectaverunt peccatores ut perderent
me testimonia autem tua in-
tellexi Quid est quod expectaverunt

ut perderent an velud in perditos
obsederunt viam expectantes
ut quando transiret occiderent utique
ergo mortem corporis quam non me-
tuebat Absit Et quid nisi ex-
pectaverunt ut eis ad malum
consentiret tunc eum perderent
Unde autem non perierit dixit
Testimonia tua intellexi Hoc
familiarius hic esse auribus
vestrum verbum sonat martiria
tua intellexi quia scilicet me
sibi non consencientem et iam
si occiderent tua martiria con-
fitens non perirem Sed illi qui
ut perderent expectabant quem
consentire torquebant cum
et iam confiteretur Iste tamen
quod intelligat relinquebat
intuens et videns utique sine
fine sine se perseveraret usque
in finem Deinde secutus ad-
iunxit Omnis consummationis
vidi finem latum mandatum
tuum valde Intraverat quippe
in sanctuarium dei et intellexerat
in novissima Omnis autem con-
summacio michi videtur hoc
loco intelligendi usque ad
mortem pro veritate certare
et pro eis at summo bono ma-
la omnia tollerare Cuius con-
summationis finis est excellens
in regno christi quod non habet
finem et habere ibi sine mor-
te sine dolore et cum magno
honore vitam morte huius
vite ac doloribus obpressis
acquisitam Quod autem addidit
latum mandatum tuum valde
non intelligo nisi caritatem
Quod cum perfusset quacumque

morte imminente et inter quanta-
cumque tormenta illa martiria
confiteri si caritas in confi-
tente non esset Audiamus
apostolum Et si tradidero inquit
corpus meum ut ardeam
caritatem autem non habeam ni-
chil michi prodest Caritas
autem dei diffusa est in cordi-
bus nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis Habet diffusione
latitudo est in qua sine an-
gustiis ira quoque ambulatur
angusta donante illo Cui
dictum est Dilatasti gressus
meos subtus me et non sunt
infirmata vestigia mea La-
tum est ergo mandatum caritatis
mandatum illud geminum quo
iubetur deus et proximus dili-
gi Quid autem latius quam
ut in ibi pendeat tota lex et
omnes prophete Incipit sermo xxij
de verbis psalmi Quomodo dilexi

Sepe admonui caritatem ve-
stram laudabilem lati-
tudinem in qua illas tua
mandata dei facimus patia-
mur angustias intelligendam
esse caritatem quod et
iam in isto magno psalmo
cum sumpsimus dixisset latum
mandatum tuum valde In se-
quenti versu audit unde
sit latum dicens Quomodo di-
lexi legem tuam domine
Dilectio est ergo latitudo man-
dati Unde quippe fieri potest
ut diligatur quod deus
iubet diligi et ipsa iussio
non diligatur Ipsa est enim
lex tota inquit in qua cottidie

meditatio mea z Ecce quo
cam dilexi ut tota die me
ditatio mea esset vel potius
sicut grecus habet totam
diem ubi magis continua
cio meditantis exprimitur
Id aut intelligitur pro omne
tempus quod est semper Tali
oppugnat dilectione cupi
ditas que sepe faciendo le
gis iussionibus contradicat
concupiscente adversus spiri
tum ne adversus quam spiritus
concupiscens ita debet dili
gere legem dei ut tota die
meditatio eius sit Dicat at
Apostolus Ubi est ergo gloriacio tua
exclusa est per quam legem
factorum Non sed per legem fidei
Hec est fides que per dilectionem
operatur qui querendo petendo
pulsando impetrat spiritum
bonum per quem dilectio ipsa diffu
ditur in cordibus nostris hoc
enim spiritu dei quicumque aguntur
hii filii sunt dei qui recipi
untur ut recumbant cum ab
raham et ysaac et Jacob in
regno celorum Expulsi fu
nt qui non manet in domo in
eternum id est israel secundum carne
cui dictum est Cum videritis
abraham ysaac et Jacob et
omnes prophetas in regno dei
vos aut expulsi foras Et
venient ab oriente et occide
nte et aquilone et austro et
accumbent in regno dei Et
ecce sunt novissimi qui erant
primi et sunt primi qui erant
novissimi Gentes aut Dicit
aut vas electionis quam cum

sectabantur iusticiam apprehende
runt iusticiam Iusticiam autem
que ex fide z Israel aut perse
quens legem iusticie in legem
iusticie non pervenit Quare
quia non ex fide sed quasi ex
operibus offenderunt in lapide
offensionis Isti sunt ini
mici eius quos hic in psalmo
loquitur Ac deinde contingit
4 Super inimicos meos sapere
fecisti me mandatum tuum
quoniam in eternum michi est Illi nam
que zelum dei habent sed non
secundum scientiam Ignorantes enim
dei iusticiam et suam que
rentes constituere iusticie dei
non sunt subiecti Iste vero qui
super istos inimicos suos sapit
mandatum dei intelligens vult
cum apostolo non habens iusticiam
suam que ex lege z sed iu
sticiam per fidem xpisti quod est
ex deo Non quia lex quam
legunt inimici eius non est
ex deo sed quia eam non sapi
unt sicut iste qui super inimi
cos suos eam sapit cohendi
lapidi in quem illi offenderunt
finis enim legis xpistus ad iusti
ciam omni credenti ut iusti
ficetur gratis per gratiam ipsius
non sicut illi qui viribus suis
se legem facere existimant
et ideo ex lege quidem dei sed
suam iusticiam constituere
querunt Sed quis filius
promissionis qui querens et
petens eam petendo que
rendo pulsando quod da
aperitur mendicat ut adop
tatus primogenitum accipiat

Est autem mandatum dei quod
sapuisset nisi enim sapere ipse
fecisset cum dicit Super inimicos
meos sapere fecisti me manda-
tum tuum Inimici quippe eius
illi velut exagitare inimicitie
generati Ex eodem mandato tempora-
lia primitia quesierunt Et ideo
illis non fuit in eternum sicut et
huic Melius quippe intelle-
xerunt qui in eternitatem sunt in eternum
quam qui in seculum tamquam
finito isto seculo nullum iam
legis possit esse mandatum
Iam vero nullum erit sed in
tabulis insensibilibus libris quod
scriptum in tabulis vero cordis
dilectio dei et proximi mane-
bit in eternum in quo mandato
gemino tota lex pendet et
prophete Utrique porro in eternum custodita
mandatum quando ipse manda-
tor et premium dilectionis ipse
dilectus quando erit deus
omnia in omnibus Sed quid est
quod sequitur Super omnes do-
centes me intellexi Quis
est iste qui super omnes docen-
tes se intellexit Quis est
inquam super omnes prophetas
qui non solum loquendo eos
qui secum vixerunt verum et
iam scribendo posteros tam ex-
cellenti auctoritate docuerunt
audet se intelligendo preponere
Salomoni quidem tanta est do-
nata sapientia ut etiam hiis o-
mnibus qui fuerunt ante illum
videatur esse prelatus Sed non
est credendum ipsum hic a propheta
sub nomine David potuisse prophetari ma-
xime quia dici non posset ex
persona Salomonis quod hic dicitur
Ab omni via maligna prohibui
pedes meos Porro si quod accep-
tabilius Christum pronunciat iste
propheta nunc accipite quod est ipse
salvator nunc abemis corpore
quod est ecclesia verba prophetica di-
rigentis et tamquam unum loquen-
tem faciens propter magnum
illud sacramentum Ubi Dam z
Erunt duo in carne una Ag-
nosco plane eum qui super omnes
docentes se intellexit Quando
enim esset annorum duodecim re-
mansit puer Ihesus in Ierusalem et
a parentibus suis post tri-
duum inventus est illic in tem-
plo sedens inter doctores audi-
ens eos et interrogans Ubi stu-
pebant omnes qui eum audie-
bant super prudentia et respon-
sis eius Nec mirum quia per istam
prophetiam tanto ante dixerat
Super omnes docentes me in-
tellexi Omnes enim utique ho-
mines vult intelligi non deum
patrem de quo dicit ipse filius
Sicut docuit me pater hec lo-
quor Quod difficillime ex per-
sona verbi intelligitur nisi quis
ut cumque capere valeat eo esse
filium a patre doctum esse
quod genitum Cum enim non
est aliud esse aliud doctum
esse sed quod illi est esse hoc
est doctum esse profecto a quo
ei est esse ab illo simul est
ei doctum esse Ex persona vero

hominis, ubi formam servi ac-
cepit, facilius intelligatur
a patre didicisse que dixit, in
qua forma servi constitutum
maxime pueri potuerunt
cum homines maiores etatis
docendum putare. Sed ille que
pater docuit super omnes do-
centes se intellexit, quia te-
stimonia inquit tua medi-
tacio mea est. Ideo super omnes
docentes se intelligebat quia
testimonia dei meditabatur,
que melius quam illi de se
ipso noverat qui dicebat:
Vos misistis ad Johannem et te-
stimonium perhibuit veritati.
Ego autem non ab homine te-
stimonium accipio, sed hec di-
co ut vos salvi sitis. Ille erat
lucerna ardens et lucens;
vos autem voluistis exultare
ad horam in lucem eius. Ego
autem habeo testimonium maius
Johanne. Talia testimonia
meditabatur quando super
omnes docentes se intellexit.
Illi autem doctores non absur-
de intelliguntur etiam ipsi esse
seniores, de quibus continuo
dicit: Super seniores intelle-
xi. Quod ideo mihi eo modo
repetitum videtur, ut nobis
hec legentibus illa etas eius
veniret in mentem que nobis
innotuit ex ewangelio, qua
etate puerili inter etates ma-
iores, hoc est minor inter senio-
res, sedebat et super omnes
docentes se intelligebat. Do-

lent enim minor et senior ad se
invicem dici, sicut minor et ma-
ior. Et si venit eorum simul ac-
cessit appropinquante etati. Cum qui-
si expressius quis senior intelligitur
velimus inquirere supra quos
intellexit, invenimus qui ei
dixerunt scribe et pharisei:
Quare discipuli tui transgre-
diuntur traditionem seniorum?
Non enim lavant manus suas
cum panem manducant. Ecce
obiecta est ei transgressio tradi-
tionis seniorum. Sed qui super
seniores intellexit quid eis
responderit audiamus. Quare in-
quit et vos transgredimini manda-
tum dei propter traditionem vestram?
Deinde paulo post ut non so-
lum ipse qui est caput corporis
vere, et iam corpus ipsius et mem-
bra eius super seniores illos
intelligerent, quorum tradicio de
lavandis manibus fervebat,
convocatis ad se turbis dixit
eis: Audite et intelligite. Tam-
quam diceret: super seniores
illos et vos intelligite, ut et
iam de vobis illa prophetia clareat
esse promissa: Super seniores
intellexi. Hoc solum capiti
verum et iam corpori ac sic omni
ipso versu aptata conveniat. Non
quod intrat in os coinquinat
hominem, sed quod procedit ex
ore hoc coinquinat hominem.
Hoc seniores illi non intellige-
bant, qui de lavandis mani-
bus sua velut magna man-
data tradiderant. Ipsa quippe melius

capitis huius super femores intelligamus. Videamus quod ab eo dictum est intellexerint. Denique post pauca Iudeus Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. Putabat adhuc esse parabolam quod dominus sine figuris fuerat elocutus. At ille dixit: Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit et in secessum mittitur? Que autem procedunt de ore de corde exeunt et ea coinquinant hominem. Adhuc et vos sine intellectu estis et super illos femores non intelligitis? Sed plane iam audiente tali magistro corpore meo potest unusquisque meum dicere: Super femores intellexi. Nam et iam corpori congruit quod sequitur adiunxit: quia mandata tua exquisivi. Mandata tua non mandata hominum, mandata tua non mandata seniorum qui volentes esse legis doctores non intelligunt neque que loquuntur neque de quibus affirmant. Certo de mandatis dei que sunt exquirenda ut super femores illos intelligatur responsum est hiis qui contra auctoritate veritati preferebant: Et dictum est: Cur et vos transgredimini mandatum dei ut tradiciones vestras statuatis? Iam vero quod adiungitur non capiti videtur convenire sed corpori: Ab omni via mala prohibui pedes meos ut custodiam verba tua. Neque enim caput illud nostrum ipse salvator corporis maliaquam in malignam

viam tuam carnali cupiditate ferretur ut ei necesse esset pedes suos inde prohibere quasi illuc euntes motibus suis, quod nos facimus quando ei que ille non habuit ne vias malignas teneant desideria nostra prava cohibemus. Sic enim verba dei possumus custodire si post nostras malas concupiscentias non eamus ut ad male concupita perveniant, sed eas potius adversus carnem spiritu concupiscente frenemus ne nos raptos atque subversos per malignas vias pertrahant. A iudiciis tuis non declinavi quia tu legem posuisti michi. Dixit quid timuerit ut ab omni via mala prohiberet pedes suos. Quid est enim a iudiciis tuis non declinavi nisi quod alio loco dicit: A iudiciis autem tuis timui? Perseveranter eis credidi quia tu legem posuisti michi. Tu interior intimis meis, tu intus in corde legem posuisti michi spiritu tuo tamquam digito tuo ut eam non tamquam servus sine amore metuerem, sed casto timore diligerem et dilectione casta timerem. Et ideo vide quid sequitur: Quam dulcia faucibus meis verba tua, vel quod de greco est expressius: eloquia tua super mel et favum ori meo. Hec est illa suavitas quam dominus dat ut terra nostra det fructum suum, ut bonum vere bene id est non mali carnalis formidine sed boni vel spiritualis delectatione faciamus. Non nulli sane codices non habent favum sed plures

habent mel. Hoc autem similis
apta doctrina sapientie Fauus vero
que de abstrusioribus sacramentis
tamquam de cellis cereis ore
differentis velut madentis
exprimitur vim oris cordis non
tantum est dulcis. Sed quid est
quod ait A mandatis tuis in
tellexi aliud a mandatis tuis
questio ergo quid aliud se signi
ficat intellexisse a mandatis
dei hoc est quantum michi in fa
ciendo mandata dei peruenisse
se dicit ad eam veram intelligen
tiam que concupiuerat scire per
quod scriptum est Concupisti sa
pientiam serua mandata et dominus pre
bebit illam tibi Ne quisquam prepostere
antequam habeat humilitatem obe
diencie velit ad altitudinem
sapiencie peruenire quam capere non
potest nisi ordine veniat Audiat
ergo Alciora te ne quesieris
et forciora te ne scrutatus fue
ris sed que precepit tibi dominus
illa cogita semper Sic homo
ad secretorum sapientiam peruenit
per obedienciam mandatorum
Cum autem dixisset Que tibi pre
cepit dominus illa cogita ideo ad
didit semper quia et custodien
da est obediencia ut percipiatur sa
piencia et percepta sapiencia esse deser
uanda obediencia Quia psalmi ita
que membrorum Christi vox ista est
A mandatis tuis intellexi hec
enim recte dicit Christi corpus meis
quibus mandata seruantibus
propter ipsam custodiam manda
torum perhibetur uberior doctrina
sapientie Propterea inquit odio habui
omnem viam iniquitatis Necesse
est enim ut oderit omnem iniquitatem

Amor iusticie qui tanto maior
est quanto enim magis inflammat
amplioris dulcedo sapientie que pre
bebit ei qui obtemperat deo et
a mandatis eius intelligit Inci
pit sermo vicesimus tercius
de versu psalmi Lucerna pedibus

Scrutandos atque tractandos
sermones quos deus dona
uerit istos versus psalmi ag
gredimur quorum primus est Lu
cerna pedibus meis verbum tuum
et lumen semitis meis Quod
est lucerna hoc petitum est lumen
Quod pedibus meis hoc semi
tis meis Quod est ergo verbum
tuum Numquid nam quod in principio
erat deus apud deum verbum
scilicet per quod facta sunt omnia
Non est ita Nam illud verbum
lumen est sed lucerna non est
Lucerna quippe creatura est
non creator que participacione
incommutabilis lucis accenditur
Hoc erat Johannes de quo dicit
verbum deus Ille erat lucerna
ardens et lucens Sed lumen
est et lucerna et tamen in com
paracione verbi de quo dictum est Deus
erat verbum non erat ille lumen
sed missus est ut testimonium
perhiberet de lumine Erat enim
lumen verum non quod illuminatur
ut homo sed quod illuminat omnem
hominem Nisi autem et lucerna
et lumen esset non diceret apostolis
Vos estis lumen mundi Quos au
ditores ne id se putarent esse quod
ille qui hoc dixerat Nam et
de seipso alio loco dixit Ego
sum lumen mundi Ait ille de
illis Non potest ciuitas abscondi
supra montem constituta neque

attendunt lucernam et ponunt
eam sub modio sed super cande
labrum ut luceat omnibus qui
in domo sunt Sic luceat lume
nium coram hominibus ut sentiret
se tamquam lucernas de illo lu
mine quod immutabiliter lucet
accensas Nulla quippe crea
tura quamvis rationalis et intel
lectualis a se ipsa illuminatur sed
participatione sempiterne ve
ritatis accenditur etiam si ali
quos vocatur non dies dominus
sed quem fecit dominus Et ideo
audit Accedite ad eum et illu
minamini propter quam participacionem
in quantum homo est ipse media
tor lucerna in apocalipsi nomi
natur Sed singularis est ista
susceptio de nullo enim sanctorum
dici dignitus potuit aut dici
ullo modo potest verbum caro
factum est nisi de uno mediatore
dei et hominum Cum igitur
lumen dicatur in ingenitum
verbum equale gignenti lumine
dicatur et homo ab illo illu
minatur qui dicitur et lucerna
sicut Iohannes sicut apostoli ut illos
eorum homo sit verbum et illud
verbum a quo illuminati sunt lu
cerna non sit Quid est hoc verbum
quod ita lumen dicatur ut lucerna
sit dicit enim lucerna pedibus meis
verbum tuum et lumen semitis
meis nisi verbum tuum intelliga
mus quod factum est ad prophetas
vel quod predicatum est per apostolos
Non verbum xpi de quo scriptum
est fides ex auditu Auditus
autem per verbum xpi Nam et ver
bum propheticum lucerne compa

ravit apostolus petrus Habemus
inquit certiorem propheticum sermonem
cui bene facitis atten
dentes velut lucerne in obscu
ro loco Quod itaque hic ait lu
cerna pedibus meis verbum tuum
et lumen semitis meis verbum
tuum et lumen semitis meis
verbum est quod in scripturis sanctis
omnibus continetur Iuravi
inquit et statui custodire iu
dicia iusticie tue Tamquam
bene ambulans ad illa lucerna
et rectas semitas habens
Sequenti verbo illud quod ante
dixit expositum est Quasi enim
quereremus quid esset iuravi
et adimplevit et statui hoc enim
appellavit iuramentum quod
statuit per sacramentum quia ita
debet esse mens fixa in custo
diendis iudiciis iusticie dei ut
sit omnibus sermo quod statuit
fide autem custodiuntur iudicia
iusticie dei cum sub deo iusto
iudice nec recte factum infruc
tuosum nec peccatum creditur im
punitum Sed propter hanc fidem quia
multa et gravissima mala cor
pus pertulit xpi humiliatus sum
inquit usque valde Non enim ait
humiliavi me ut humilitatem
que in precepto est intelligi sit ne
cesse Sed humiliatus sum usque
valde maxima scilicet passus
persecutione propter ea quod iuravit
et statuit custodire iudicia
iusticie dei Et ne in tanta hu
miliatione fides ipsa deficeret
addidit Domine vivifica me
secundum verbum tuum Hoc est secundum
promissum tuum Nam et verbum

promissor dei lucerna est pedibus
et semitis lumen Dicit et supius
ut eum deus uiuificaret ora
uit in humiliatione precationis
ubi aut paulominus consumma
uerunt me ego aut non dereli
qui mandata tua Secundum mi
sericordiam tuam uiuifica me
et custodiam testimonia id est
martiria oris tui Ubi intelli
si ipse non uiuificet donando
pacientiam propter quod dictum est
In tua pacia possidebitis animas
uestras Et de quo dic... tu est
Cum ab ipso est pacia mea et
non corpus in persecutione mortifi
cari sed animam non custodiendo
martiria et iudicia iusticie
dei Voluntaria oris mei bene
placita fac domine hoc est pla
ceant tibi Noli reprobare sed
approba Bene aut intelliguntur
oris voluntaria sacrificia lau
dis confessione caritatis non
timore necessitatis oblata unde
dictum est Voluntarie sacrificia
bo tibi Sed quid est quod ad
iungit et iudicia tua doce me
Nonne ipse in uersibus superioribus
dixerat A iudiciis tuis non de
clinaui Quomodo istud si ea non
nouerat porro non nouerat
Quomodo hic dicit Et iudicia tua
doce me An sicut illud est sua
uitatem fecisti cum seruo tuo
Et postea dicit Suauitatem
doce me Quod ita exposuimus
ut intelligeremus uerba proficien
tis et addi sibi ad id quod ac
ceperat postulantis Anima
mea in manibus tuis semper
Non nulli codices habent Anima
mibus meis sed plures in tuis
Et hoc quidem planum est Iustorum
enim anime in manu dei sunt
in cuius manu sunt et nos et
sermones nostri Et legis inquit
tue non sum oblitus Tamquam
ad non obliuiscendum dei legem
manibus ipsius adiuuetur eius
memoria ubi eius est anima
Anima vero mea in manibus
meis quomodo intelligatur igno
ro Iusti quippe ista uerba sunt
non iniusti recedentis a patre
non discedentis a patre Nam
sicut inde ille minor filius animam
suam in manibus suis habere
uoluisse quando dixit patri da
michi substantiam meam que
me tangit Sed ideo mortuus
erat ideo perierat An forte ita
dictum est Anima mea in ma
nibus meis tamquam eam uiui
ficandam offerret deo unde ali
bi dicitur Ad te leuaui animam
meam Dixerat enim et hic su
perius Uiuifica me Posuerunt
inquit peccatores laqueum michi
et a mandatis tuis non erraui
Unde hoc nisi quia eius anima
in manibus dei uel in suis uiui
ficanda deo offertur Hereditate
acquisiui testimonia tua in eternum
Non nulli uno uerbo uolentes
dicere quod uno uerbo in greco posi
tum est hereditatem inceptaui sic
Quod et si latinum esse posset
magis significaret eum qui
dedit hereditatem quam eum
qui accepit ut sic esset heredi
tari quo dicitur Melius ergo
duobus uerbis insinuatur integer
sensus sive dicatur hereditate

possedi sine dicatur hereditate ac quisiui non hereditate sed heredita te. Si autem queritur quid acquisie rit hereditate testimonia iniquit tua. Quid volens intelligi nisi ut testis dei fieret eiusque testimo nia confiteretur id est ut martir dei fieret atque eius martiria di ceret sicut martires dicunt a patre sibi tamquam heres est cum collatum. Multi quippe volue runt neque potuerunt. Nulli tamen potuerunt nisi qui voluerunt quia non potuissent si dei testi monia negare voluissent. Sed et iam ipsorum preparata est voluntas a domino. Ideo hec hereditate iste se acquisisse testatur. Et hec meritum quia non est mens gloria temporis hominum vana querentium sed eterna gloria est brevi tempore pacientium sine fine regnantium. Unde sequitur quia exultatio cordis mei sunt. Et si afflictio corporis exultatio tamen cordis. Deinde subiecit. Inclinaui cor meum ad faciendas iustifica tiones tuas in eternum propter retribu tionem. Cum dicit inclinaui cor meum in testimonia tua ut in telligamus simul hoc esse et divini muneris et proprie voluntatis. Sed numquid in eternum faciemus iustificationes dei. Opera illa que quidem operamur circa proximorum necessitates eterna esse non posset sicut nec ipse necessitates. Sed si non diligendo ista facimus nulla est iustificatio. Si autem diligendo eter na est ipsa dilectio dei que eterna

parata est retribucio propter quam retribucionem dicit se inclina sse cor suum ad faciendas iustifi cationes dei ut in eternum diligens in eternum mereatur habere quod diligit.

Incipit sermo vicesimus quintus decimus psalmi Iniquos odio

Psalmi huius locus de quo in voluntate dei disputati sumus sic incipit. Iniquos odio habui et legem tuam dilexi. Non ait iniquos odio habui et iustos dilexi aut iniquitatem odio habui et legem tuam di lexi. Sed cum dixisset iniquos odio habui exposuit quare addendo et legem tuam dile xi ut demonstraret non se in ho minibus iniquis odisse naturam qua homines iniqui odisse na turam qua homines sunt sed ini quitatem qua legi quam diligit inimici sunt. Deinde sequitur. Adiutor meus et susceptor meus es tu. Adiutor ad bona facien da susceptor ad mala euaden da. Quod autem adiungit in verbum tuum super speravi tamquam filius promissionis loquitur. Sed quid sibi vult versus qui sequitur. Declinate a me maligni et scru tabor mandata dei mei. Non enim ait scrutabor quod scrutabor et ergo ea diligenter perficere quod nouit malignos a se declinare desiderat eosque et iam compel lendo a se abigit. Nam maligni obsunt ad faciendum mandatum. Absque scrutandis autem non solum cum persequuntur aut litigare nobiscum

nolunt viri et iam cum obse
cantur et honorant et tamen plus
viciosis et negociosis cupiditati
bus adiuvandis ut occupemur
et eis nostra tempora impenda
mus efflagitant aut certe infir
mos premunt et causas suas ad
nos deferre compellunt quibus
dicere non audemus. Dic homo
quis me constituit iudicem aut
divisorem inter vos. Constituit
enim talibus causis ecclesiasticos
apostolus cognitores in foro prohi
bens iurgare christianos ut illis
quid est qui non aliena rapiunt
sed sua cupide repetunt dicamus
aut cavete ab omni cupiditate
constituentes eis ante oculos
hominem. Cui dictum est Stulte hac
nocte auferetur a te anima tua
que preparasti cuius erunt. Quid et
quando dicimus non recedunt
nec declinant a nobis sed in
stant urgent precantur tumultuan
tur extorquent ut ipsis pocius
adiuta qui diligunt quam scru
tandis dei mandatis que dili
gimus occupemur. O quanto te
dio turbarum turbulentarum et quan
to desiderio divinorum eloquiorum
dictum est Declinate a me maligni
et scrutabor mandata dei mei.
Ignoscant obedientes fideles
qui per prius secularibus causis
raro nos cogunt cum dicius no
stris facillime acquiescunt nec
nos conterunt litigando sed ob
temperando pocius consolantur.
Certe propter eos qui et inter se per
tinaciter agunt et quando bonos
premunt nostra iudicia contempnunt

faciuntque nobis perire tempora rebus
eroganda divinis. Certe inquam
propter istos et nobis liceat exclama
re in hac voce corporis Christi Decli
nate a me maligni et scrutabor
mandata dei mei. Deinde postea
quam velut ab oculis suis cordis
inquietas irruentes abegit re
dit ad eum cui dicebat Adiutor
meus et susceptor meus es tu
in verbum tuum speravi. Precemque co
tinuam suscipe me inquit secundum
eloquium tuum et vivam et ne con
fundas me ab expectatione mea. Iam
iam dixerat Susceptor meus
poscit magis magisque suscipi
et ad illud propter quod tolerat
tam multa molesta perduci usque
ibi se quia in istis humanarum rerum
comperimus fidens esse victurum
Dicit enim de futuro dictum est di
vinam tamquam in hac corpore
mortuo non cunctatur. Corpus
enim mortuum est propter peccatum
et expectantes redemptione
cordis nostri spe salvi facti sumus.
Et quod non videmus sperantes
per paciam expectamus. Et spes
non confundit quia caritas dei
diffunditur in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est nobis
propter quem largius accipiendo
clamatur ad patrem ne con
fundas me ab expectatione mea.
Et tamquam eis responsum
fuerit in silencio si non vis con
fundi ab expectatione tua non
intermittas meditari iustifica
tiones meas senciens ystam me
ditationem plerumque anime la
goribus impediri Adiuva me

inquit et saluus ero et medita-
bor in iustificationibus tuis semper
Spreuisti omnes uel quod de greco
diligentius videtur expressum
ad nichilum deduxisti omnes
discedentes in iustificationibus
tuis quia iniusta cogitatio eorum
Ideo ergo clamauit adiuua me
et saluus ero et meditabor in
iustificationibus tuis semper
quia in nichilum redigit deus
omnes discedentes a iustificatio-
nibus tuis Quare autem disce-
dunt quia iniusta est inquit
cogitatio eorum Ibi attenditur
ibi discernitur omnia opera uel
bona uel mala a cogitatione pro-
cedunt In cogitatione quisque in-
nocens in cogitatione reus est
propter quod scriptum est Cogita-
tio sancta seruabit te Et alibi
legitur In cogitationibus impii
interrogatio erit Et apostolus co-
gitationibus ait accusantibus aut
etiam excusantibus Quam autem
felix est qui in cogitatione miser
est Aut quod ibi non miser non
miser est qui ad nichilum redactus
est Magna quippe est sterilitas
iniquitatis Merito dictum est Con-
fundantur iniqui facientes va-
ne idest inaniter tanquam redacti
ad nichilum Sequitur in psalmo
Preuaricantes deputaui uel pu-
taui uel existimaui omnes pecca-
tores terre Multis enim modis
nostri interpretati sunt unum verbum
grecum quod est elogisamen
Sed profunda est ista sententia
et si adiuuerit dominus oportet

disputatione alia penetranda
est Nam et quod additum est
propterea dilexi testimonia tua semper
multo amplius eam profundam fa-
cit Dicit enim apostolus lex iram
operatur Huiusque dicti rationem red-
dens ubi enim non est lex neque
preuaricatio Ista ostendens non omnes
esse preuaricatores Non enim
omnes habent legem Alio
loco ostendens ait Qui sine
lege peccauerunt sine lege peribunt Unde
Quid sibi vult preuaricatores
omnes peccatores terre Sed hanc
questionem proposuisse sufficit
tractare Aliud si deus donauerit
sermone tractandum ne huius
prolixitas eam cogat angustius
explicari quam ut bene possit
quod explicatur etc. Incipit
sermo vicesimus quintus etc.

Querimus si deo adiuuante
inuenire possimus quo-
modo intelligendum sit quod in isto psalmo
magno dictum est preuaricatores
uel potius preuaricatores Greci
enim parabainontas dicunt Non
parabeas Querimus ergo
quomodo intelligendum est preuari-
catores deputaui omnes pecca-
tores terre propter quod ait apostolus
Ibi enim lex est ibi preuaricatio Et
ut dixit tunc a longe pro-
missa distinguet Nam ut de
superioribus sensus plenius colli-
gatur Non enim per legem inquit
promissio Abrahe aut semini
eius ut heres esset mundi
sed per iusticiam fidei Si enim
qui per legem heredes sunt ex-

in anita est fides et evacuata
est promissio lex enim iram operatur
Ubi enim non est lex nec prevaricatio
Ideo ex fide ut secundum graciam firma
sit promissio omni semini non ei tantum
quod ex lege est sed ei quod ex
fide est abraham qui est pater
omnium ~~[illegible]~~ Cur ergo apostolus
ait nisi ut custodiret legem
sine promissionis gracia non solum
non auferre verum et augere peccatum
Unde et illud est lex subin
travit ut habundaret delictum
Sed quia omnia que per graciam
dimittuntur non solum que sine
lege verum et iam que in lege
commissa sunt Ideo ibi secutus
adiunxit Ubi autem habundavit
delictum superhabundavit et gracia
Non itaque prevaricatores depu
tat qui transgrediuntur legem
Ubi enim lex non est inquit
nec prevaricatio at per hoc secundum
apostolum Omnis quidem peccator preva
ricator est quia peccat in lege
Ubi autem non est lex nec prevari
catio porro si nemo sine lege
prevaricaret non idem ipse apostolus
diceret Quicumque sine lege vivunt
sine lege peribunt Secundum vero
istum psalmum si prevaricatores
nullum est itaque sine prevarica
cione peccatum nulla est autem
prevaricatio sine lege nullum
est igitur nisi in lege peccatum
Cum ergo dicat prevaricantes
deputavi omnes peccatores terre
nullos esse omnino nisi qui legem
transgressi sunt volt intelligi pec
catores et ob hoc adiiciatur ille

qui dixit Quicumque sine lege
peccaverunt sine lege peribunt
Secundum illum quippe sunt aliqui
peccatores qui autem non sunt preva
ricatores id est qui sine lege
peccaverunt Ubi enim non est lex
nec prevaricatio Secundum istum autem
nullus est sine prevaricatione pec
cator quia prevaricantes depu
tat omnes peccatores terre nullus
ergo secundum istum sine lege pecca
vit quia ubi non est lex nec pre
varicatio An forte dicturi sumus
verum quidem est quod nec
prevaricatio sit ubi lex non est
sed verum non esse quod aliqui
sine lege peccaverunt aut verum quidem
esse aliquos sine lege peccasse
sed verum non esse ubi lex non est
prevaricationem esse non posse
Aut utrumque apostolus dixit verum
est ergo utrumque quia utrumque
per apostolum veritas dixit Quod ergo
erit verum quod in psalmo isto
eadem procul dubio veritas di
xit prevaricantes deputavi
omnes peccatores terre Videtur
enim nobis Qui sunt illi qui
secundum apostolum sine lege peccave
runt Non enim et eorum quisquam
prevaricans deputandus est
Cum secundum eundem apostolum preva
ricatio non sit ubi lex non est
Sed nimirum cum diceret apostolus
Quicumque sine lege peccaverunt
sine lege peribunt De illa lege
loquebatur quam deus dedit per
moysen famulum suum populo
suo israel Hec ipsa que continetur
verba eius audiunt Disputabat

enim de iudeis et grecis id est gen-
tibus non ad circumcisionem sed
ad preputium pertinentibus. Hos
sine lege eos dicit quia non acce-
perant legem quam se accepi-
sse gloriabantur iudei. Unde ait
illis: Si autem tu iudeus cogno-
minaris et requiescis in lege
et glorians in deo. Deinde cum
adiunxit sententiam venit intuens
ut diceret quicumque sine lege
peccaverunt sine lege peribunt.
Ira inquit et indignacio tribu-
lacio et angustia in omnem
animam hominis operantis ma-
lum iudei primum et greci. Gloria
autem et honor et pax omni ope-
ranti bonum iudeo primum et
greco. Non est enim personarum
accepcio apud deum. Ad hec
addidit unde nunc questio est
et ait: Quicumque enim sine lege
peccaverunt sine lege peribunt. Et
quicumque in lege peccaverunt per le-
gem iudicabuntur. Hos utique
iudeos illos autem grecos volens
intelligi quoniam de hiis agebat
utrosque sub peccato esse demon-
strans ut egere se gratia utrique
fateantur. Propter quod dicit
Non enim est distinctio. Omnes
enim peccaverunt et egent gloria
dei iustificati gratis per graciam
ipsius per redempcionem que
est in Christo Ihesu. Quos itaque
dicit omnes peccasse nisi iudeos
de quibus disseruerat. Non enim
distinctio. Nam et hiis paulo
ante causati enim sumus inquit
iudeos et grecos omnes sub peccato

esse. Ac per hoc quicumque sine lege
peccaverunt illa scilicet de qua
iudei gloriabantur sine lege
peribunt. Et quicumque in lege pec-
caverunt id est ipsi iudei per legem
iudicabuntur. Nec ideo non peribunt
nisi credant in eum qui venit
querere quod perierat. Nonnulli
quippe etiam katholici trac-
tatores in hiis apostoli verbis ali-
quam se res habet par atten-
dendo sapuerunt ut dicerent
illos perire qui sine lege pecca-
verunt iudicari tamen modo non
perire tamquam transito-
rias credant esse purgandi.
Dicit ille de quo dictum est ipse
autem salvus erit sic tamen quasi
per ignem. Sed hoc mixto funda-
mento [illegible] intelligitur de quo
dicebat apostolus ut hoc diceret.
Superius quippe dixerat ut sa-
piens architectus fundamentum
posui alius superedificat unus-
quisque autem videat quomodo superedi-
ficat. Fundamentum enim aliud
nemo potest ponere preter id quod
positum est quod est Christus Ihesus
et cetera usque ad eum locum ubi
cum dicit per ignem salvari. Qui
super hoc fundamentum non
aurum argentum lapides pre-
ciosos sed ligna fenum stipulam
edificat. Non tamen respuit
ne recipiat nec recepto deser-
vit fundamentum idemque omnibus
carnalibus suis quibus capitur
atque succumbit delectacionibus
ante ponit cum ad hunc arti-
culum fuit ut aut ille deseratur

aut xpus vbi si no ante ponit
xpus no illi est fundamentu
Omnibus quippe structure po
sterioribus partibus ante ponit
fundamentum Nec cogitasse ex
istimo eos qui senserut no pure
degentibus dictum est p legem
iudicabuntur nisi quia funda
mentu habent xpm Parum
ergo attenderut quod demo
straimus atqz ipsa scriptura cla
mat de iudeis hoc aplm dicere
qui sine fundamento sunt v
Quis aut xpianus dixerit
non pure iudeum si no cre
dat in xpm sed tantu modo
iudicari cum xpus ipse ad eam
gentem propter oues que inde
perierut se missum esse testet
et tolerabilius dicat futurum
sodomitis in die iudicij quam ci
vitati que sine lege perierut quam civi
tati iudee que meum no cre
didit tanta virtute mirabilia
facientem Ei g aplus secdm
legem quam deus p moysen
ppło suo isrł dedit Ceteris at
gentibus no dedit sine lege
dixit esse ceteras gentes Sed
intellectum sumus in isto psalmo
dictum esse preuaricantes estima
ui omnes peccatores terre nisi in
telligamus aliquam legem
no p moysen datam qua sint
preuaricantes et ceterarum gentiu
peccatores iudicandi vbi enim lex
no est preuaricatio Que ista lex
est nisi forte illa de qua idem
dicat Aplus Gentes que legem
no habent naturaliter que legis

sunt faciut hy legem no habe
tes ipsi sibi lex Secdm hoc g q
dicit legem no hentes sine
lege peccauit et sine lege pe
ribunt Secdm id vero q ait
ipsi sibi sunt lex no immerito
preuaricatores estimant omnes
peccatores terre Nullus enim
est qui faciat alteri iniuriam
nisi qui fieri nolit sibi Et in
hoc transgreditur nature lege
quam no sinitur ignorare du
id quod facit no vult pati Nu
quid aut lex ista naturalis erat
in pplo isrł erat plane quia et
homines erant Sine lege
aut naturali essent si preter na
turam humani generis esse potu
issent Multo magis ergo preuari
catores facti sunt lege diuina
qua naturalis illa siue instau
rata siue aucta siue firmata e
Iam no si omnibus peccatoribus
terre no incongrue deputant
et paruuli propter originalis vincula
peccati et iam ipsi in similitudine
preuaricationis ade ad illa preua
ricationem pertinere monstrant
que data lege in paradiso prima
comissa est At p hoc recte illo
p(ri)sus excepto preuaricatores
estimantur omnes peccatores terre
Omnes aut peccauerut et egent
gloria dei Omnes g preuarica
tes gra saluatoris inuenit A
lios magis alios minus Quanto
enim legis maior in quocumqz
cognitio tanto minor peccato
excusatio tanto manifestior p
uaricatio Restabat ergo ut homi

non sua sed dei idest a deo dona
ta iusticia subueniret Unde
ait Apostolus per legem cognicio pec
cati Non ergo oblacio sed cog
nicio Nunc autem sine lege inquit
iusticia dei manifestata est testifi
cata per legem et prophetas Proinde
etiam iste subiunxit Propterea dile
xi testimonia tua tamquam
diceret Nam lex siue in paradiso
data siue naturaliter insita siue
in litteris promulgata preuaricantes
fecit omnes peccatores terre
propterea dilexi testimonia tua que
sunt in lege tua ut non sit in
me iusticia mea sed tua Lex
enim ad hoc prodest ut mittat ad
graciam Non solum enim quod atte
statur manifestande iusticie dei
que sine lege est uerum etiam
hoc ipso quod preuaricantes fa
cit ita ut etiam littera occidit et
ad iustificantem spiritum confugere
timore compellat Per quem pec
catorum delectatur iniquitas
et recte factorum caritas inspira
tur propterea inquit dilexi testi
monia tua Quidam codices
habent semper non habent Sed si
est sic accipiendum est intelli
gatur quamdiu uiuitur Sunt
enim necessaria testimonia de lege
et prophetis attestancia iusticie
qua iustificamur gratis hic
sunt et nostra testimonia ne
cessaria pro quibus ipsi que
hic agitur uita martires
finierunt Cognita itaque dei gratia
que sola liberat a preuaricatione
que legis cognicione committitur

orando dicit Confige clauis
a timore tuo carnes meas Hoc
expressius interpretati sunt quidam
nostri quod grece uno uerbo
dici potuit idest cathelodon Hoc
alii confige dicere noluerunt
nec addiderunt clauis atque ita
dum uolunt in uerbo grecum unum
latinum interpretando reddere similiter
minus expliciauerunt quoniam id
quod est confige non sonat cla
uis Cathelosom autem sine clauis
intelligi non potest nec nisi duo
bus uerbis latine dici potest Sicut
dictum est Confige clauis Ubi quid
uult intelligi nisi quod ait Apostolus
Michi autem absit gloriari nisi in
cruce domini nostri ihesu cristi
per quam michi mundus crucifixus
est et ego mundo Et item ipse
inquit confixus sum cruci Ui
uo autem iam non ego uiuit ue
ro uero in me cristus Quod
quid aliud est nisi non est in me
iusticia mea que ex lege est
in qua preuaricator effectus sum
Sed iusticia dei idest que michi
ex deo est non ex me Sic quippe
in me uiuit non ego sed cristus
qui factus est nobis sapiencia a deo
et iusticia et sanctificacio et
redempcio Quemadmodum
scriptum est Qui gloriatur in domino
glorietur Item dicit Qui autem
ihesu cristi sunt carnem suam
crucifixerunt cum passionibus
et concupiscenciis Cum hec dictum
sit quod ipsi crucifixerunt car
nem suam in isto psalmo tamen
deus rogatur ut id faciat cum

dicit Confige clauis a timore
tuo carnes meas ut intelligam
et iam id quod recte facimus gratie
dei esse tribuendum qui in nobis
et operatur et velle operari pro
bona voluntate Sed quid sibi
vult Quod cum dixisset con
fige clauis a timore tuo car
nes meas Addidit a iudiciis
tuis enim timui Quid est con
fige a timore tuo timui enim
Si iam timuerit nisi timebat
cur adhuc ut a timore suo deus
crucifigeret carnes eius orabat
An addi sibi volebat timorem
ut tantum vinceret quantum suffi
ceret crucifigendis suis carni
bus idest concupiscentiis affec
tibusque carnalibus tamquam
dicens perfice in me timorem
tuum Tunc enim a iudiciis tuis
Sed est hic alius altior sensus
quantum deus donat scrutatoribus
scripture huius eruendus
Confige inquit clauis a timo
re tuo carnes meas A iudiciis
enim tuis timui hoc est a timo
re tuo casto qui permanet in se
culum seculi ut carnalia ma
desideria comprimantur A iudiciis
enim tuis timui cum michi lex
minaretur penam que michi non
poterat dare iusticiam Et hunc
timorem quo pena metuitur
consummata caritas foras mittit
que non timore pene sed dela
ctione iusticie liberos reddit
Timor itaque iste quo non amatur
iusticia sed timetur pena serui
lis est quia carnalis est Et ideo
non crucifigit carnem Viuit enim
peccandi voluntas que tunc ap
paret in opere quando sperat im
punitas Cum vero pena credit
secutura latenter viuit viuit tamen
Mallet enim liceri et dolet non
licere quod lex vetat quia non
spiritaliter delectatur eius bono
sed carnaliter malum metuit
quod minatur Timore autem ca
sto ipsa que hunc timorem foras
mittit peccare timet caritas
etiam si sequatur iniquitas quam
nec impunitate mulcet secu
turam quando amore iusticie pec
catum ipsum deputat penam
Tali timore carnes crucifiguntur
quia carnales delectationes que
legis litera vetantur spiritalium bo
norum delectatione vincuntur
et eedem usque ad perfectionem
crescente victoria perimuntur
Confige ergo clauis inquit ti
more tuo carnes meas A iudi
ciis enim tuis timui hoc est
da michi castum timorem ad
quem perducendum me tamquam
pedagogus timor legis ille
perduxit quo timore a iudiciis
tuis timui Incipit sermo vicesimus
sextus de versu primo Feci iudicium
Istos magni psalmi huius versus
considerandos nunc suscepimus
atque tractandos Feci iudicium
et iusticiam ne tradas me no
centibus me Non mirum est
enim fecisse iudicium et iusticiam
qui superius poposcerat a timo
re dei utique casto confige cla
uis carnes suas hoc est carnales

concupiscentias que solent
quo minus rectum sit iustum
impedire iudicium. Quamuis
autem siue rectum siue prauum
in nostri sermonis usu iudicium
nuncupetur. Unde hominibus et
[illegible] dicitur nolite iudi
care personaliter sed rectum iudi
cium iudicate tamen hoc loco
ita positum est iudicium tamquam
si rectum non fuerit non debeat
iudicium nominari, alioquin non
sufficeret dicere feci iudicium sed
diceretur feci rectum iudicium.
Hoc genere locutus est dominus
ihesus ubi ait relinquitis gra
uiora legis iudicium et misericordiam
et fidem. Et hic enim sic positum
est iudicium tamquam non sit iu
dicium si peruersum est. Et in talibus
diuinarum scripturarum locis ita
ponitur. Quale illud est misericordiam
et iudicium cantabo tibi domine.
Et illud apud ysaiam Expec
taui ut faceret iudicium fecit
autem iniquitatem. Non ait Ex
pectaui ut faceret iudicium iustum
fecit autem iniquitatem uel iniquum.
Sed tamquam ideo iam iudicium
sit quia iustum est nec potest iu
dicium esse quod peruersum est. Iusticia uero
non solet dici iusticia bona uel
mala iusticia Sicut aliquando di
citur bonum malumque iudicium sed
eo ipso iam bona est quia iusti
cia est. Sic ergo habet loque
di consuetudo ut dicatur et
bonum iudicium et malum iudicium
quemadmodum habet ut dicatur
et bonus iudex et malus iu

dex. Non autem dicitur iusticia
uel mala iusticia Sicut nec dicitur
bonus iustus quia continuo bo
nus quisque si iustus. Iusticia ergo
uirtus est animi magna pa
riterque laudabilis de qua nunc
non est copiosius disputandi ne
cessitas. Iudicium uero quando non
in bono ponitur distinguitur loque
di uero huius uirtutis est operatio.
Cum enim habet iusticiam recte
iudicat. Primo secundum istam locu
tionem qua est iusticia iudi
cat quia nec iudicat si non
recte iudicat. Et iusticie nomine
hoc loco non ipsa uirtus sed opus
eius significatum est. Deus ei
facit iusticiam in homine ipse
qui iustificat impium hoc est
per gratiam suam ex impio facit
iustum. Unde ait Apostolus Iu
stificati gratis per gratiam ipsius.
Facit ergo iusticiam id est opus
iusticie. Feci inquit iudicium et iu
sticiam ne tradas me nocentibus
idest feci iudicium ne tradas
me illis qui me persequuntur.
Nam etiam quidam codices
habent Ne tradas me persequen
tibus. Quod enim grece dicitur
tois antidicois Et quidam interpreta
ti sunt nocentibus, quidam
calumpniantibus. Neutrum autem
omnium quos in principio hic posui
codicem unquam me legisse
aduersantibus eum
contrarium quod grece antidi
cos hoc latine aduersarius
appellatur. Orat itaque ne tra
datur a domino aduersantibus sibi

Quid orat nisi quod oramus
cum dicimus Ne nos inferas
in temptacionem. Adversarius
est enim de quo dicit apostolus Ne
forte temptavit vos qui tem-
ptat. Et tradit deus quem
deserit. Eum quippe ille non
decipit quem iste non deserit
in bona voluntate sua prestans de-
ctori hominis virtutem. Ab illo
autem qui dixerat in habundancia
sua non movebor in eternum aver-
tit faciem suam et factus est
conturbatus sibique monstra-
tus. Cuiusquis igitur a timore
dei casto cruciffixas habet
carnes suas et in nulla carna-
li corrupcius illecebra. Faciat
iudicium et iusticie orare debet
ne adversantibus tradatur id est
ne timendo perpeti mala adfa-
ciendo mala persequentibus
cedat. A quo enim accepit victo-
riam concupiscencie ne voluptate
pertrahatur ab illo eciam robur
paciencie ne dolore frangatur.
Cum de quo dicitur dominus dedit
suavitatem de illo et id dicitur
ab ipso est paciencia mea. Deinde
sequitur. Suscipe servum tuum
in bonum non calumpniantur me
superbi. Ibi impellunt ut cada-
m in malum tu suscipe in bonum.
Qui autem in prestanti sunt non
calumpnientur me. Quamquam locucio-
nem secuti sunt latine lingue
minus usitatam. Hic forte po-
tuit dici non calumpniantur
me quam si diceretur non
me capiant calumpniando. Poterit
aut possunt intelligi calump-
nie superborum quibus humilitas
christiana despicitur. Sed illa vel
maxima est si homines hoc loco
accipiuntur superbi quod a nobis
mortuum calumpniantur Christi. Hu-
militas quippe ipsa christiana
Christi morte insinuatur commen-
daturque dum id habet autem calump-
nia utrique in fide id est in iudeis
gentibus et omnibus. Habent
calumpnias suas et heretici singu-
lis quibusque heresibus proprias. Ha-
bent et scismatici quos omnes
superbia de membris Christi compa-
ge precidit. Ipsius autem dyaboli
calumpnia quanta vel qualis
est calumpniatus est iusto dicens
Numquid gratis Iob colit deum
Quorum omnium calumpnie superborum
tamquam colubrorum venena vin-
cuntur cum vigilantissima et di-
ligentissima pietate Christus cru-
cifixus attenditur. Propter quod
prefigurandum Moyses deo iube-
nte ac iubente exaltavit
in heremo similitudinem serpentis
in ligno ut similitudo carnis
peccati crucifigenda prefigu-
raretur in Christo. Hanc intuentes
salutiferam crucem omnem ca-
lumpniancium superborum virus ex-
pellimus. Quam precepis eciam
iste quodammodo ait valde
in mente intuens ait. Oculi
mei defecerunt in salutare tuum
et in eloquium iusticie dei. Christum
quippe ipsum deus propter simili-
tudinem carnis peccati peccatum
pro nobis fecit ut nos simus iusticia

dei in ipso Iubimus quia eloquium iusticie dei defecisse dicit oculos suos ardent et faciunt intuendo dum memor infirmitatis humane divinam in christo desiderat graciam propter quod sequitur Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam non vtique secundum iusticiam meam et iustificaciones tuas edoce me Illas procul dubio quibus deus facit iustos non ipsi se Servus tuus sum ego Neque enim michi bene cessit quando esse volui liber meus non servus tuus Da michi intellectum ut sciam testimonia tua Numquam est intermittenda ista peticio Non enim sufficit accepisse intellectum et dei testimonia didicisse nisi semper accipiat et quodammodo semper bibatur de fonte lucis eterne Testimonia quippe quanto fit quisque intelligencior tanto magis magisque sciuntur Tempus inquit faciendi domino Id enim plures codices habent non ut quidam domine Quod ergo tempus vel quid faciendi voluit intelligi domino Illud quid quod paulo ante dixerat Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam hoc faciendi tempus domino Quid est autem nisi gracia que in christo suo tempore revelata est De quo tempore ait apostolus Cum autem venit plenitudo temporis misit deus filium suum propter quod alibi etiam testimonium propheticum adiungens vbi dixit Tempore acceptabili exaudivi te Et in die salutis adiuvi te Ecce inquit nunc tempus acceptabile Ecce nunc dies salutis

Sed quid quod tamquam volens ostendere tempus domino esse faciendi continuo subiunxit dissipaverunt legem tuam velut propterea tempus esse faciendi domino quia eius legem dissipaverunt superbi qui ignorantes dei iusticiam et suam volentes constituere iusticie dei non sunt subiecti Quid enim dissipaverunt legem etiam nisi prevaricacionis iniquitate eius integritatem non custodierunt Oportebat ergo ut superbis et de libertate sui arbitrii presumentibus lex daretur qua prevaricata quicumque compuncti humiliarentur non iam per legem sed per fidem ad subvenientem currerent graciam Dissipata ergo lege tempus fuit ut per unigenitum filium dei misericordia mitteretur Lex enim subintravit ut habundaret delictum Quo delicto lex dissipata est et optimo iam tempore christus advenit ut ubi habundavit delictum superhabundaret gracia Ideo inquit dilexi mandata tua super aurum et topasion Id agit gracia ut dilectione impleantur mandata dei que timore non poterant Gracia quippe dei diffunditur caritas in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis propter quod et ipse dominus dicit Non veni legem solvere sed implere Et idem apostolus plenitudo legis caritas est Ideo super aurum et topasion hoc enim et in alio psalmo legitur Super aurum et lapidem preciosum multum Topasion quippe lapidem multum perhibent esse preciosum In testamento autem veteri latentem graciam tamquam

velo imposito non intelligentes
quod significabat quando in faciem
moysi intendere non valebant
propter mercedem terrenam atque car-
nalem dei mandata facere cona-
bantur neque faciebant quia non
ipsa sed aliud diligebant unde
illa non erant opera volencium
sed onera potius. Cum
vero ipsa mandata diligunt
super aurum et lapidem preciosum
multum omnis non ipsis manda-
tis terrena merces est viles si illa
comparate comparantur quecumque alia
hominis bona hiis bonis quibus
ipse homo fit bonus propterea inquit
ad omnia mandata tua corrige-
bar utique corrigebar quia dili-
gebam atque illis rectis ut eam
ipse rectus fieret dileccione cohe-
rebam Iam illud quod adiungit
consequens erat Omnem inquit
viam iniquam odio habui Unde
enim fieri poterat ut iniqua via
non odisset diligens recta Via
sicut aurum et lapidem preciosum
diligens odisset profecto quicquid
ei talium rerum dampnum posset
inferre ita quam dei manda-
ta diligebat oderat iniquitatis
viam quemadmodum aliquod
immanissimum
saxum ubi eam preciosarum rerum
necesse est pati naufragium Ne
verum contingat longe inde
velificat qui in ligno crucis ad
mandatorum divinorum merces
navigeat Incipit sermo xxviii
de versu Mirabilia testimonia

Verba psalmi hec sunt de
quibus adiuvante domino
disputaturi sumus Mirabilia
testimonia tua propter hoc scrutata
est anima mea Rem enim erat
saltem generaliter testimonia de
celum et terra visibilia et invi-
sibilia eius dicunt quoddam modo
testimonium bonitatis et magni-
tudinis eius et ipse cursus fre-
quens usitatusque nature quo tem-
pore voluit in rerum quarum gene-
ribus quamvis temporalibus atque
mortalibus que certa consuetudine
noluerunt sepius considerari
Admittite prohibet testimonium
creatori Quid autem harum rerum
est quod non sit mirabile si non
quodque non usu sed racione moveamur
Si vero tamquam subvinis
contemplacionis aspectu velud
audeamus cuncta contueri non
ne fit in nobis quod ait propheta
Consideravi opera tua et expa-
vi et tamen iste non est ipsa rerum
admiracione ~~[illegible]~~ Sed eam po-
tius dixit esse causam cur ea
debuerat scrutari quia mira sunt
Cum enim dixisset Mirabilia te-
stimonia tua secutus adiunxit
propter hoc scrutata est ea anima
mea quasi quanto fit ipsa investi-
gandi difficultate curiosior. Quanto
enim quoque res abstrusiores habet
causas tanto est mirabilior. Er-
go nobis homo ostrat qui propter
hoc dicit se scrutari testimonia
dei quia mirabilia sunt cum ple-
na sit eis et que conspicit et non
conspicit universa creatura Nonne
conspiciamus eum dicentes Altiora
te ne quesieris et forciora te ne
scrutatus fueris sed que tibi pre-
cepit dominus illa cogita semper
Sed si nobis videat et dicat
hec ipsa que precepit dominus et ge
iubet ut cogitem mirabilia sunt

eius testimonia. Eum quippe et
dominum quia iubet et bonum et ma-
gnum quia talia iubet esse testamur.
Numquid audebimus hominem ab
eorum scrutatione revocare? At non
potius ut sedulo hoc agat et tan-
te rei operam quantam potest impen-
dat hortabimur? Ante forte dei
precepta testimonia quidem bonitatis
eius esse fatebimur, sed mirabi-
lia esse negabimus. Quid enim
mirum si bona imperat bonus dominus?
Immo vero id primum est omnino mirandum
et cur ita sit perscrutandum. Quod
cum dominus bonus bona preceperit
eis tamen dederit bonam legem quibus
eadem lex vivificare non posset nec
ulla esset ex bona lege iusticia.
Si enim data esset lex que posset
vivificare omnino ex lege esset iusticia.
Cur ergo data est que vivificare
non posset et ex qua esset nulla iu-
sticia? Nempe mirandum est, nem-
pe stupendum. Hec sunt ergo mira-
bilia testimonia dei propter hoc huius
anima scrutata est ea. Quem debes
non ei dici quod posset: Fortiora te ne
scrutatus fueris. Sed que precepit ti-
bi dominus illa cogita semper. Ipsa
sunt enim que precepit nobis deus
et ideo cogitanda sunt semper potius.
Itaque videamus huius anima que
scrutata est quid invenit. Mani-
festatio inquit verborum tuorum illu-
minat et intellectum dat parvulis.
Faciens infantes. Quid est parvu-
lus nisi humilis et infirmus?
Noli ergo superbire, noli de tua
que nulla est virtute presumere
et intellige quare sit a bono deo

bona lex data que tamen iustifica-
re non possit. Ad hoc enim data est
ut te de magno parvulum faceret,
ut te ad faciendam legem vires
de tuo non habere monstraret, ac sic
inops indignus et egenus ad gra-
tiam confugeres et clamares:
Miserere mei domine quoniam
infirmus sum. Hoc ergo scrutan-
do intellexit hic parvulus quod
minimus apostolorum Paulus id est
parvulus ostendit ideo datam legem
que vivificare non posset quia
conclusit scriptura omnia sub peccato
ut promissio ex fide Ihesu Christi da-
retur credentibus. Ita domine ita
fac misericors domine. Impera quod
non possit impleri, ut cum homines
propriis viribus id impleri nequiue-
rint omne os obstruatur et nemo
sibi magnus videatur. Sint omnes
parvuli et reus fiat omnis mundus
tibi quia non iustificabitur ex lege
omnis caro coram te. Per legem enim
cognitio peccati. Nunc autem sine
lege iusticia tua manifestata est
testimonium habens a lege et prophetis.
Hec sunt mirabilia testimonia
tua que scrutata est anima parvu-
li huius. Et ideo invenit quia hu-
miliatus est et parvulus factus
est. Quis enim facit mandata
tua sicut facienda sunt, id est
ex fide que per dilectionem operatur,
nisi eius in corde per spiritum sanctum
ipsa dilectio diffundatur? Hoc et
iam iste parvulus confitetur.
Os meum inquit aperui et attra-
xi spiritum quia mandata tua de-
siderabam. Quid desiderabat

nisi facere mandata diuina Sed non
erat unde faceret infirmus fortia
pusillus magna aperuit os confitens
quod per se ipse non faceret et attra
xit unde faceret Aperuit os petendo
querendo pulsando et sitiens
hausit spiritum bonum unde faceret
quod per se ipsum non poterat manda
tum sanctum et iustum et bonum
Si enim nos cum simus mali no
uimus bona data dare filiis no
stris quanto magis pater noster de ce
lo dat spiritum bonum petentibus eum
Non enim qui spiritu suo aguntur
sed quotquot spiritu dei aguntur
hij filij dei sunt Non quia ipsi
nichil agunt sed ne nichil bo
ni agant a bono aguntur ut ag
ant Nam tanto magis efficitur
quisque filius bonus quanto largius
ei datur a patre spiritus bonus
Denique iste adhuc petit Os
meum aperui et attraxi spiritum et
adhuc ad patrem pulsat que
rit et bibit Sed quanto suauius
sentit tanto ardentius adhuc
sitit Audi verba sitientis Respi
ce inquit in me et miserere mei
secundum iudicium diligencium nomen
tuum idest secundum iudicium quo eos
fecisti qui diligunt nomen tuum
quoniam ut diligerent te prius dilexi
sti eos Sic enim Johannes apostolus
ait Nos diligimus inquit Et
velut causam quereret que nos
diligere fecit adiunxit quoniam ipse
prior dilexit nos Unde et iste
quod aptissime dicat Gressus
meos dirige secundum eloquium tuum
et non dominetur mei omnis iniquitas

Ubi quid aliud dicat quam rectum
et liberum me fac secundum promissum
tuum Quanto enim magis regnat
in bono quoque dei caritas tanto
minus ei dominatur iniquitas Quid
ergo aliud petit quam ut dona
te deo diligat deum diligendo
enim deum diligit seipsum ut di
ligere salubriter possit et proximum
sicut seipsum In quibus preceptis
tota lex pendet et prophete Quid
igitur dicit nisi ut precepta que deus
imponit iubendo implere faciat
adiuuando Sed quid est quod
dicit me a calumpniis hominum libera
ut custodiam mandata tua Si
uera illi homines crimina obiciunt
non calumpniantur Si falsa quid
est quod se redimi desiderat
a calumpniis idest a criminibus falsis
que illi nocere non possunt Crimine
quippe falsum quod est calumpnia
reum non facit hominem nisi apud
iudicem hominem Ubi autem deus
iudex est nullus falso crimine ledit
quia non cui obicitur sed obicienti
potius imputatur An hic ecclesie
pugnat oratio et vox ipsi ecclesie
qui redemptus est a calumpniis
hominum quibus exagitabantur
usque quaque [illegible] Sed numquid
propterea dei mandata non custodit
ratione mentiuntur calumpnias qui
ferebant multo gloriosius po
pulus sanctus in tribulacionibus
dei mandata [illegible] cum ad
perpetrandas impie tates p
sequentibus non cedebat
Sed numquid hic redime me
a calumpniis hominum ut custodiam

mandata tua. Tu age infuso spiritu
tuo ut non calumpnie hominum ter-
roribus vincant et actus mandatorum
ad sua mala facta traducant. Si
enim hoc metuum egeris, id est si hoc
modo me ab eorum calumpniis ne cri-
minationes falsas quas obiciunt
pertimescam pacientia donata re-
dimeris inter ipsas calumpnias
custodiam mandata tua. Faciem
tuam inquit illumina super servum
tuum id est tuam manifesta sub-
veniendo et opitulando presenciam
et doce me iustificationes tuas
doce utique ut faciam. Quod enim
dicitur alibi legitur doce me
ut faciam voluntatem tuam. Non
enim audiunt licet memoria te-
neant quod audiunt nequaquam
didicisse putandi sunt si non fa-
ciunt veritatis namque verbum est
Omnis qui audivit a patre et didi-
cerit venit ad me. Qui ergo non
facit id est non venit non didicit.
Deflens autem iste dolorem peni-
tencie prevaricationis sue exitus
aquarum inquit descenderunt ocu-
li mei quia non custodierunt legem
tuam id est ipsi oculi mei. Sic nam
in quibusdam codicibus et hic
legitur qui non custodivi legem
tuam. Descendenderunt ergo exitus
aquarum id est effusiones lacrimarum
hac locutione qua dici potuit
Montes descenderunt pedes mei
et si non diceret per montes vel in
montes ea locutione dicitur scala
descendit et si non dicatur
per scalas aut piscinam descendit
et si non dicatur per scalas aut
piscinam descendit. Et si non
dicatur in piscinam. Et bene
aut descenderunt humilitate scilicet
penitendi. Ascenderunt enim qui
per superbiam contumacie erecti
fuerant et elati. Omnium enim
sibi esse videbantur quando igno-
rantes dei iusticiam constituere
volebant suam. Iniqua fatiga-
ti et legis prevaricatione constu-
pati illa elatione descenderunt
flendo ut iusticiam dei potius
impetrarent petendo. Sicut co-
dices qui non habent descen-
derunt sed transierunt. Tamquam
exaggeranter dicit transisse se
flendo fontes aquarum id est
ut hoc intelligamus exitus
aquarum plus fluxisse quam ma-
nant aque de suis exitibus.
Cur autem non custodita lege
sit fletus nisi ut impetretur
gracia que penitentes delet
iniquitatem et credentis volun-
tatem. Incipit sermo xxxi^us

Dixerat superius qui cantat
hunc psalmum Exitus a-
quarum descenderunt oculi mei
qui non custodierunt legem tuam.
Ubi se multum flevisse testatus
est prevaricationem suam. Pro-
inde velut racionem reddens
cur multum flere debuerit et
sum graviter dolere peccatum, Iu-
stus es inquit domine et rectum
iudicium tuum. Mandasti iusticiam
testimonia tua et veritatem tuam
valde. Hec utique iusticia dei rectum-
que iudicium et veritas omni est
metuenda peccatori. Per hos enim

clamant. Dimittis quicunque
dampnant. nec est omnino qui
de sua dampnatione contra deum
iustum rectum causam querere possit
Inde fletus rectus est penitentis
qui si cor eius impenitens cla
maretur iustissime utique damp
naretur. Hanc iusticiam dicit
testimonia dei iustum quippe
se probat mandando iusticiam
Est etiam hec veritas ut deus
testimoniis talibus innotescat
Sed quid est quod sequitur
tabescere fecit me zelus meus vel
sicut alii codices habent zelus
tuus. sunt non nulli et iam do
mus tue et non tabescere fecit me
sed comedit quod de alio psalmo
quantum michi videtur putatum
est emendandum ubi scriptum
est zelus domus tue comedit
me. Quod commemoratum et in
in ewangelio nouimus. Simile tamen
aliquid est tabescere fecit hic et
quod ibi est comedit zelus
autem meus. Quod plures codi
ces habent nullam ingerit
questionem. Quid enim mirum
est si zelo suo quisque tabescat
Quod vero habent aliqui ze
lus tuus significat hominem
deo zelantem non sibi. Sed non
repugnat si ipse dicatur et meus
Nam quid aliud dicit apostolus
Emulor enim vos dei emulatio
ne dei. Nam dicendo emulor
vos quid nisi emulationem de
monstrat suam. Sed quia dixit
deo idest non sibi sed deo ideo
addidit emulatione dei. Hanc

quippe suo spiritu fidelibus suis
inspirat deus amoris enim est
non livoris. Nam que fuit ve
tera causa ut hoc apostolus diceret
Aptaui enim vos inquit uni viro
virginem castam exhibere christo
Timeo autem ne sicut serpens euam
seduxit versutia sua sic et vestre
mentes corrumpantur a simpli
citate et castitate que est in christo
Comedebat enim eum zelus
domus dei quam tamen zelabat
christo non sibi. Sponsus enim sibi
zelat sponsam suam amicus autem
sponsi non eam sibi debet zelare
sed sponso. Domus ergo et hic
intelligendus est zelus. Causam
namque subiungit et dicit. Quia ob
liti sunt verborum tuorum inimici
mei. Retribuebant ergo mala pro
bonis quia zelabat illos deo
tam vehementer et ardenter ut
eo zelo tabefactum se diceret
Ob hoc ipsum inimicitias exerce
bant utique ut deum amaret
nolebat quos amando zela
bat. Non ingratus enim gratie
dei per quam fuerat ex inimico
reconciliatus deo et iam ipse
suos diligebat inimicos et
eos zelabat deo dolens et ta
bescens quod essent verborum
eius obliti. Deinde considerans
ipse in verbis dei qua flamma
dilectionis arderet ignitum in
quit eloquium tuum valde et
servus tuus dilexit illud. Ac
lito zelabat in suis inimicis
cor impenitens qui fuerant
obliti verborum dei. Sed hoc enim

eos flagitabat addicite quod
ipse flagitantissime diligebat
Junior ego sum inquit et con
temptus iustificationes tuas
non sum oblitus Non sicut
inimici mei qui obliti sunt
verborum tuorum Videtur autem iu
nior etate non oblitus iustifi
cationes dei dolore pinimic
sius etate maioribus qui ob
liti sunt Nam quid iunior
Ego autem sum oblitus nisi illi
maiores obliti sunt Neotericus
est enim grece quod est et
iam in illo loco iuniore dictum
est Juniore corrigit iunior viam
suam Hoc autem nomen com
parativum est et ideo bene intel
ligitur in comparacione maioris
duos ergo populos hic agnosca9
qui et iam in rebecce utero
luctabantur quando non corporibus
sed vocante deum est ei maior
serviet minori Sed contemptum
se dicit hic iunior ideo factus
est maior Quia ignobilia et
contemptibilia mundi elegit
deus et ea que non sunt tamquam
sint evacuentur Et ecce sunt
novissimi qui erant primi et
primi qui erant novissimi Nec
immerito obliti sunt verborum
dei qui suam iusticiam consti
tuere voluerunt ignorantes
iusticiam dei Iste autem iunior
non est oblitus qui non suam
voluit habere iusticiam sed dei
de qua eciam nunc dicit Justi
cia tua iusticia in eternum et lex
tua veritas Quomodo enim non veri
tas lex per quam cognicio peccati
et que testimonium perhibet iu
sticie dei Hic enim dicit apostolus

Justicia dei manifesta est testi
ficata per legem et prophetas propter
hanc passus est persecutiones iu
nior a maiore sicut dicit iunior
quod sequitur Tribulacio et ne
cessitas invenerunt me mandata
ta tua meditacio mea est Fre
mant persequantur dum tamen
mandata dei non relinquantur
et ex ipsis mandatis et iam
qui seviunt diligantur Justi
cia testimonia tua in eternum
intellectum da michi et vivam
Intellectum poscit iste iunior
quem si non haberet non super
seniores intelligeret sed enim
poscit in tribulacione et necessi
tate quod intelligat quia sit
contempnendum quod ei possunt
auferre persequentes inimici
a quibus se dicit esse contemp
tum Ideo dixit et vivam quia
si eos iusta tribulacio necessitas
que provenit ex pinimicorum
persecucione manibus vita ista
finiatur vivet in eternum qui tempora
libus preponit iusticiam que
manet in eternum Que iusticia
in tribulacione et necessitate
martira sunt dei hoc est
testimonia dei per quibus sunt
martires coronati Incipit sermo
vicessimus nonus reccitaui 2c

Et clamavi in toto corde meo
exaudi me domine 2c Cla
morem ad dominum qui fit ab oran
tibus si sonitu vocis corporalis
fiat non intento in deum cor
de quis dubitat inaniter fi
eri Si autem fiat corde et iam si
lente corporis voce alium quem
libet hominem potest latere non
deum Sive ergo cum voce

carnis quod id opus est sine
tacendo silentio ad deum corde
clamandum est Est aūt clamor
cordis magna cogitationis in
tentio Que cum est in oratione
magnum exprimit desiderantis
et petentis affectum ut nō desperet
effectum Tunc porro in toto corde
clamatur quando aliunde non
cogitatur Tales orationes rare sunt
multis crebre aūt pandas o=
mnes vero utinam quando neqā
Talem suam commemorat ora
nem qui cantat huc psalmum
dicens Clamavi in toto corde
exaudi me domine Ad quid aūt
rei sonus clamor proficiat ad
iungit Justificationes tuas
exquiram Ad hoc ergo clama
uit in toto corde suo et hoc sibi
desideravit a domino exau
diente prestari ut iustificatio
nes eius exquirat Proinde ergo
ut faciamus iubetur ut ex
quiramus oratur Quam lon
ge est adhuc a faciente qui
exquirit Non enim est conse
quens ut qui exquirit inveniat
aut qui invenit faciat Non
potest aūt nisi invenit facere
et nisi quesierit invenire Sed
magnam spem dominus ihesus de
dit dicendo Querite et inve
nietis Rursus aūt dicit sa
piencia Ecce quid est nisi ipse
Querent me mali et non
invenient Non ergo malis
sed bonis dictum est Querite et
invenietis Ymo vero eis dictum
est quibus eodem loco paulo
post Si ergo nos inquit cum
sitis mali nostis bona data
dare filijs vestris Quomodo igitur
malis dicitur Querite et invenie
tis Cum rursus dicatur Quere
rent me mali et nō invenient
Qñ aliud eos dominus quam sa
pientiam querere volebat quam eos
inventuros si quererent pro
mittebat Illa quippe sunt
omnia que ab eis qui beati
esse cupiunt inquirenda sunt
Ibi ergo sunt et iustificationes
dei Quapropter restat ut intel
ligamus nō omnes malos nō
invenire sapientiam si quesierint
sed eos qui in tantum sunt mali
ut oderint eam Sic enim et
dixit Querent me mali et nō
invenient Oderunt enim sapien
tiam ideo ergo nō invenerunt quia
oderunt Sed rursus si oderunt
quomodo querunt nisi quia nō eam
querunt propter ipsam sed propter
aliquid quod mali amant
et ad hoc se facilius putant
perventuros per ipsam Multi sunt
enim qui dicta sapientie studiosissime
inquirunt eaque in doctrina nō
in vita volunt habere ut non
priores quos iubet sapientia
perveniant ad hominum laudem
quod est vana gloria Non ergo
sapientiam querunt et quomodo eam
querunt quia nō querunt ipsam
alioquin invenirent secundum ipsam
sed volunt verbis eius inflari
et quanto magis inflantur tanto
magis efficiuntur contra ipsam
Iste aūt hoc ipsum poscens a do
mino quod eum iubet facere
dominus ut ipse in illo et iam
quod imperat operetur deus Deus
enim qui operatur in nobis et
velle et operari et pro bona vo
luntate Clamavi inquit in toto

corde meo exaudi me domine
iustificationes tuas exquiram
utique faciendas non tantummodo
sciendas ne similis fiat illi ser-
vo qui etiam intellexerit et
non obaudiet Clamavi salvum
me fac Vel sicut non nulli co-
dices habent et greci et lati-
ni Clamavi te salvum me fac
Quid est clamavi te nisi cla-
mando invocavi te Sed cum di-
xisset salvum me fac quid ad-
iunxit Et custodiam testimonia
tua ne te scilicet per infirmitatem
negem Salus quippe anime
facit ut fiat quod faciendum
esse cognoscitur et usque ad mor-
tem corporis si hoc flagitat
externa temptatio pro testimo-
niis divinis veritati certetur
Ubi autem non est salus subsidit
infirmitas et deseritur veritas
Sed quod sequitur habet aliquid
obscuritatis quod aliquanto diutius
exponendum est Preveni in
tempesta nocte et clamavi Plu-
res codices non habent intem-
pesta nocte sed in maturitate
Vix autem unus inventus qui
haberet geminatam prepositionem
id est in in maturitate Inma-
turitas itaque hoc loco nocturnum
tempus est quod non est matu-
rum id est oportunum ut agatur
aliquid vigilando Quod et-
iam vulgo dici solet hora in-
portuna Nox quoque intem-
pesta id est media cum quiescendum
est sine procul dubio intempesta
est quia inportuna actionibus

vigilantium Tempestivum enim
dixerunt veteres oportunum Et
intempestivum inoportunum
a tempore ducto vocabulo non
ab illa tempestate que con-
suetudine latine lingue celi per-
turbatio iam vocatur Quam-
quam isto verbo libenter utuntur
historici ut dicant ea tempe-
state quod volunt eo tempore
intelligi Et quod ait locutor
egregius Unde hec tam clara
repente tempestas non celum
in nubibus ventis ne turbatum
sed magis subita et splendida
serenitate fulgidum signifi-
cavit hoc nomine Quod ergo
grece dictum est onaoria non
uno verbo sed duobus id est prepo-
sitione et nomine hoc interpretes
nostri quidam dixerunt inte-
pesta nocte plures in matu-
ritate non duobus verbis sed uno
cum vocabulum nominatum est
in maturitas Non nulli vero
in duobus verbis geminatam posuerunt
in in maturitate Aoria quippe
in maturitas est Enaoria in
maturitate Tamquam si vellet
et iam ille qui dixit intempe-
sta nocte prepositione geminata
dicere intempesta ut una pre-
positio significet in qua hora
altera pertineat ad compositum
nomen Nichil sane interest
ad sententiam utrum quid dicatur
egisse se aliquid in galli can-
tu an in gallicantu ita ni-
chil interesset utrum intem-
pesta an in intempesta

nocte id est in nocte intempe
sta clamasse dicet. Grecus
tamen in nocte intempesta
dixit quod idem valet si di
catur immaturitate id est in
tempore nocturno et immaturo
Hactenus de obscuro verbo
fuerit disputatio nunc vide
amus ipse sit sensus. Preveni
quit in nocte intempesta et
clamavi in verbis tuis speravi
Si hec ad unumquemque fidelium
referimus et ad spectatem rei
geste contingit ut tali noctis
tempore vigilet amor dei et
magno surgente ordinis affectu
non expectetur sed prevematur
quod post galli cantum consue
vit esse tempus orandi. Si autem
accipiamus hoc totum secundum viri
quod intempesta nocte clamavit
ad deum et prevenit maturi
tatem temporis in quo nobis
redditurus est quod promisit
Sicut alibi legitur preveniamus
faciem eius in confessione domini
quam si velimus intelligere in
maturum tempus noctis huius
antequam venisset plenitu
do temporis id est ipsa maturi
tas quando voluit manifestari
in carne nec nunc certa tacuit
sed preveniens istam maturi
tatem prophetando clamavit et
in verbis dei speravit potentis fa
cere quod promisit ut in semine
abrahe benedicerentur omnes gentes
Ipsa et quod sequitur dicit Preve
nerunt oculi mei ad te matu
tinum ut meditarer eloquia tua

Ponamus enim matutinum quando
qui sedebant in umbra mortis
lux orta est eis. Iroune ipsis
qui prius erant in terra ad hoc
matutinum oculi certe prevenit
quia hoc futurum antea previde
runt ut meditarentur eloquia
dei que tunc erant in lege
ac prophetasse et hec futura nuncia
bant. Vocem meam inquit
exaudi domine secundum misericordiam
tuam et secundum iudicium vivifica
me. Prius enim deus secundum misericordiam
aufert a peccatoribus penam
eorum postea iustis secundum iudicium
dabit vitam quia non frustra
ille hoc ordine dicitur misericordiam et
iudicium cantabo tibi domine
Veniamus et ipsum tempus in quo
non est sine iudicio de quo dicit
apostolus Si enim nos ipsos iudica
remus a domino non iudicaremur
Dum iudicamur autem a domino
corripimur ne cum mundo damp
nemur. Et eius corpus Tempus
est inquit ut iudicium incipiat
a domo domini. Et si initium a no
bis qualis finis erit eis qui
non credunt domini evangelio
Et ultimum tempus iudicium
non erit sine misericordia qua coronat
te ait psalmus in misericordia
et misericordia iudicium aut sine misericordia
sed si iustis qui non fecerunt
misericordiam. Appropinquaverunt inquit
persequentes me iniquitati vel
sicut non nulli codices habent
iniqui. Tunc appropinquat qui
persequitur quando usque ad exquire
cruciandum perimendumque

psecuunt Unde psalmus vice-
simus primus ubi passio domini
prophetata est ibi dicitur ne discedas a me
quoniam tribulacio proxima est
autem ea dicitur que nondum immi-
nente sed iam presente ipsa pas-
sione pressus est Sed proxima
dixit tribulacionem que fie-
bat in carne michi est quippe
anime proprius carne qua gestat
appropinquavit ergo persequentes
affligendo carnem eius quem
persequebantur Sed attende quod
sequitur A lege autem tua lon-
ge facti sunt Quanto magis
appropinquaverunt persequendis iustis
tanto longe facti sunt a iustitia
Sed quid nocuerunt eis quibus
persequentibus appropinquaverunt quan-
do tutior est propinquitas domini cor-
dis quos nullatenus deserunt
Denique sequitur Prope es tu domine
et omnes vie tue veritas Etiam
in tribulacionibus suis quas non
in meritis patiuntur tribuere ve-
ritatem deo solet est usitata
confessio Ita regina hester
ita sanctus daniel ita tres vi-
ri in camino ita cum sanctitate
alii sancti confitentur Queri autem
potest quomodo dictum sit Omnes
vie tue veritas Cum in alio
psalmo legatur Universe vie domini
misericordia et veritas Sed quia et sanctis et
universe vie domini misericordia et universe
vie domini veritas quia et in
iudicando subvenit atque ita
non deest misericordia et miserando
id exhibet quod promisit ne ve-
ritas desit Erga omnes autem et
quos liberat et quos dampnat
omnes vie domini misericordia et veritas
Quia ubi non miseretur vindicte
veritas exhibetur Multos quo-
que immeritos liberat in me-
ritum autem neminem dampnat
Ab inicio cognovi inquit de te-
stimoniis tuis quia in eternum
fundasti ea Quod grecus ait
katharchas aliqui nostri ab ini-
cio aliqui Aliqui
inicitus interpretati sunt Sed
qui pluraliter hoc dicere maluerunt
grecam locucionem latine
aut lingue illud potius usita-
tum est ut ab initio ut
dicatur quod katarchas grecat
quasi pluraliter Sed adverbialiter
dicatur Quale est apud nos
cum dicimus Alias hoc facit
pluralem numerum femini generis
dicere videmur Sed adverbium
est et significat alio tempore
Quid est ergo ab inicio cogno-
vi nisi prius ut et nos adverbi-
aliter id dicamus inicio cogno-
vi de testimoniis tuis quia in
eternum fundasti ea Testimonia
domini in eternum ab illo dicit esse
fundata et hoc se inicio cogno-
visse testatur nec aliunde
cognovisse quam de ipsis utique
testimoniis Que sunt ista te-
stimonia nisi quibus testatus
est deus daturum se regnum
suis filiis sempiternum Et quia
hoc in unigenito se daturum
esse testatus est de quo dictum
est Et regni eius non erit finis
Ipsa testimonia dixit in eternum

esse fundata qui ait Quod precepta deus promisit certum est hanc praecipua testimonia tunc non erunt necessaria quando res ipsa videbitur propter quam credenda in me testimonia requiruntur. Et ideo bene intelligitur dictum fundasti quia in Christo vera promissio fiunt. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod est Christus Ihesus. Unde hoc ergo iste initio cognovit nisi quia causa loquitur que eius non defuit ab initio generis humani tunc primitiam Abel iustus est immolatus et ipse in testimonium futuri sanguinis mediatoris ab impio fratre fundendi. Nam et illud ab initio dictum est Erunt duo in carne una quod magnum sacramentum apostolus Paulus exponens Ego inquit dico in Christo et in ecclesia.

Incipit sermo tricesimus tercius

Nemo in Christi corpore constitutus alienam hanc vocem esse arbitretur quoniam revera totum Christi corpus in hac humilitate positum dicit. Unde psalmi huius incipit lectio de qua nunc disputare suscepimus. Vide humilitatem meam et eripe me quia legem tuam non sum oblitus. Hoc loco nullam dei legem convenientius intelligimus nisi quia immobiliter fixum est ut omnis qui se exaltat humilietur et omnis qui se humiliat exaltetur. Omnibus ergo malis ut humilietur innectitur humilis a malis exaltetur eripitur. Iudica inquit iudicium meum et redime me. Quod prior quadam sima repetita est. Quod enim ait Vide humilitatem meam hoc est Iudica iudicium meum. Et quod ait Et eripe me hoc est et redime me. Quod vero supra dictum est Quia legem tuam non sum oblitus huic congruit quod infra est Propter eloquium tuum vivifica me. Ipsum enim eloquium est lex dei quam non est oblitus ut se ex-

humiliaret. Deinde vero ad exaltationem pertinet quod ait Vivifica me quia superior exaltatio vita eterna est. Longe est inquit a peccatoribus salus quia iustificationes tuas non exquisierunt. Quibus enim te discernit? O tu qui dixisti longe est a peccatoribus salus quibus te discernit a peccatoribus ut non a te longe sed tecum sit salus. Hinc te nempe discernit quia id quod isti non egerunt ipse fecisti hoc est dei iustificationes exquisisti. Quid autem habes quod non accepisti? Nonne tu es qui paulo ante dicebas Clamavi in toto corde meo exaudi me domine iustificationes tuas requiram. Ergo ab illo ad quem clamasti ut eas exquireres accepisti. Ipse te igitur discernit ab eis a quibus peccatoribus longe est salus quia iustificationes dei

nō ꝯquisierint vidi hoc et
iam ipse neqȝ enim ego hoc vide
rem nisi in ipso essem Corpus
enim xpi verba ista sunt cui mē
bra sumus vidit hꝰ iniquā cō
tinuo subiecit Miseraciones
tue multe domine etcª hꝰ gº
quod ꝯquirimus iustificaciones
tuas ptinet ad miseraciones
tuas Secundum iudiciū tuū viui
fica me Non enim quia et iu
dicium sine tua miseracione
nō erit super me Multi p
sequentes me et tribulātes
me a testimoniis tuis nō de
clinaui Factum est nonnus re
colimus agnoscimus purpurata
est vniuersa terra sanguine mar
tirum floret celum coronis
martirum ornate sunt ecclesie
memoriis martirum insignita
sunt tempora natalibus martirum
crebrescunt sanitates meritis
martirum Vnde hoc nisi quia
impletum est quod predictum
est de homine isto toto terrarum
orbe diffuso Multi persequen
tes me et tribulantes me a
testimoniis tuis nō declina
ui Agnoscimus et gracias
agamus dnō deo nr̄o En
namqȝ homo tu malos psal
tu ipse dixisti Nisi quia dominus
erat in nobis fortasse viuos
absorbuissent nos Ecce quē
ab eius testimoniis nō decli
nasti et ad palmam superne vo
cacionis inter manus mul
torum persequenciū tribulanciūqȝ
venisti Vidi inquit insensatos

et tabescebam vel sicut alii
codices habent vidi nō obser
uantes pactum et hoc plures
habent Sed qui sunt qui pac
tum nō obseruauerunt a testimo
niis dei tribulaciones multorum
persequenciū nō ferentes hoc
est autem pactum ut qui vicerit
coronetur hoc pactum nō ob
seruauerunt qui persecucionem nō
tolerantes a testimoniis dei
negando declinauerunt Hos gº
iste vidit et tabescebat quia
diligebat Zelus ille est enim
bonus de amore veniens nō
liuore In quo enim nō seruauit
pactum secutus adiunxit quia
eloquia tua nō custodierunt
Ea quippe in tribulacionibus
negauerunt Et commendat se
iste dissensus ab eis ac dicit
vide quoniam mandata tua dilexi
nō ait eloquia vel testimonia
tua nō negaui quod martires
facere cogebantur et nō facientes
intollerabilia paciebantur
Sed hoc dixit vbi fructus est
omnium passionum quia si tradidero
corpus meum ut ardeam cari
tatem autem nō habeam nichil
michi prodest Hanc iste comme
dans ait vide quoniam mādata
tua dilexi deinde postulat
premium Domine in tua miā
viuifica me Ista mortificant
tu viuifica Sed si premiū po
scitur in miā quod reddi debet
iusticia quanto magis impensa
est miā ut obtineretur cui p
miū debetur ipsa victoria

Principium inquit verborum tuorum veritas in eternum omnia iudicia iusticie tue. A veritate inquit tua verba procedunt et ideo veracia sunt et neminem fallunt. Quibus promittitur vita iusto pena impio. Hec sunt que in eternum iudicia iusticie dei. Incipit sermo xxx primus

Quas persecutiones a regibus terre corpus Christi hoc est ecclesia sancta pertulerit novimus agnoscamus ergo. Et iam hic eius verba dicentis. Principes persecuti sunt me gratis et a verbis tuis formidavit cor meum. Quid enim pagani leserunt regna terrena quamvis eis regnum celorum promiserit rex eorum. Quid inquam leserunt regna terrena numquid eorum rex milites suos prohibuit impendere cohibere que debetur regibus terre. Nonne de hoc sibi calumpniam molientibus ait Reddite cesari que cesaris sunt et deo que dei sunt. Nolic tributum de ore piscis et iam ipse persolvit. Nonne precursor militibus regni huius quid facere deberent pro eterna salute querentibus non ait Cingulum solvite arma proicite regem vestrum deserite ut possitis domino militare, sed ait Neminem concusseritis nulli calumpniam feceritis sufficiat vobis stipendium vestrum. Nonne unus militum eius et dilectissimus comes eius commilitonibus suis et quodam modo Christi provincialibus dixit Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Reddite omnibus debita. Cui tributum tributum. Cui vectigal vectigal. Cui timorem timorem. Cui honorem honorem. Nemini quidquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Nonne precepit ut pro ipsis etiam regibus oraret. Quid ergo eos christiani offenderunt quod debitum non reddiderunt in quo christiani non sunt terrenis regibus obsecuti. Ergo terreni reges christianos gratis sunt persecuti. Sed quid subiciat attende. Et a verbis tuis formidavit cor meum. Habuerunt quid et illi verba minancia. Et pello proscribo occido unguibus torqueo ignibus tero bestiis subigo membra dilanio. Sed tua me potius verba terruerunt. Nolite timere eos qui corpus occidunt et postea non habent quid faciant. Sed eum timete qui habet potestatem et corpus et animam perdere in gehennam. Ab hiis verbis tuis formidavit cor meum et contempsi hominem persecutorem meum et inimicum dyabolum seductorem meum. Deinde sequitur

Exultabo ego super eloquia tua sicut qui invenit spolia multa. Ipsa verba tua a quibus formidavit cor meum victis enim spolia detraxerunt. Sicut victus et spoliatus est ille

de quo dicitur in evangelio Nemo
intrat in domum fortis ut va
sa eius diripiat nisi prius
alligaverit fortem. Sed spolia
multa inventa sunt quando pag
enarum multa martirum et
iam qui persecuti sunt credide
runt et qui regem nostrum detri
mento militum eius sunt
dampnificare voluerunt ab illo
sunt insuper acquisiti. Sunt
quibus ergo eloquia dei ne inter
tamen vincatur formidet
super eadem verba victor exul
tat. Iram ne putaremus ex
illa formidine odium verborum
dei potuisse subrepere quibus
iam dixerat Exultabo sup
er eloquia tua quod utique non
diceret si odisset ea tum adhuc
addit et dicit Iniquitatem
odio habui et abhominatus
sum legem autem tuam dilexi. Ne
que enim eius illa formido
non fecit cor eius verborum odium
sed integram tenuit carita
tem. Neque enim lex dei non sunt
verba et eloquia dei. Absit
ergo ut timore pereat amor ubi
castus est timor. Sic patres
a filiis piis et timentur et amantur
Sic pudica coniux virum et
timet ne ab illo deseratur et
amat ut fruatur. Si ergo
pater homo et coniux homo
et timeri et amari debet mul
to magis pater noster qui est in ce
lis et ille sponsus non carne
pre filiis hominum sed virtute formo
sus. Quibus enim diligitur lex

dei nisi a quibus diligitur deus.
Et quid habet bonus filius tri
ste lex patris an quem quem
diligit corripit et flagellat
omnem filium quem recipit. Et
qui hec iudicia respuit promissa
non recipit. Patrem ergo in iudiciis
laudent et in flagello si pro
missa diligunt. In primo ita
plane facit iste qui dicit
Septies in die laudem te super
iudicia iusticie tue. Septies
in die quod ait significat semper.
Solet esse quippe iste numerus
universitatis indicium propter quod
sex diebus divine operacionis
septimus adiectus est quietis
et septem dies euntes et
redeuntes tempora universa
volvuntur. Nec ob aliud dictum
est Septies in die cadet iustus
et resurget id est non perit
iustus modis omnibus humilia
tus sed non prevaricatus alioquin
non erit iustus. Nam per omnem
generem tribulacionis qua in con
spectu hominum decidere positum
est septies cadit et per eos quod
ex ipsis omnibus tribulacionibus
proficiat positum est resurgit.
Satis illustrat in eo libro con
sequens sentencia precedentem
ubi enim sequitur Impii autem in
firmabuntur in malis hoc est
itaque iusto septies cadere et
resurgere in omnibus malis non
infirmari. Merito ergo septies
in die laudavit etiam deum super
iudicia iusticie iniustus quia con
temptus esset ut iudicium carperet

a domo domini in omnibus tri
bulationibus suis non infirma
ta sed coronis martirum glorificata
est. ¶ Pax multa inquit dili
gentibus legem tuam et non
est illis scandalum. Utrum
ipsa lex diligentibus se scan
dalum non est. An diligen
tibus eam nullum est un
dique scandalum sed utrumque
recte intelligitur. Qui enim
diligit dei legem et id quod
in ea non intelligit honorat
Et quod ei sonare videtur
absurde potius se non intel
ligere et aliquid magnum
latere ibi iudicat. Ideo lex
dei non est ei scandalum.
Ut autem nullum scandalum
omnino patiatur non sit hominis
sancte cuiusque professionis atten
dat ut fides eius ex eorum
moribus pendeat ne ali
quibus cadentibus quos pro magnis
habebat ipse scandalo pereat sed
ipsam legem dei diligit et
erit ei pax multa nullumque
scandalum. Securus enim
diligit eam inquam et iam
si multi peccant peccatorem ipse
non nouit. ¶ Expectabam inquit
salutare tuum domine et man
data tua dilexi. Quid enim
iustis profuisset antiquis dei
dilexisse mandata nisi eos
christus qui est deus salutare
liberasset cuius et iam spiritu
impertito mandata dei diligere
potuerunt. Si ergo expectabant
salutare dei qui mandata

eius dilexerunt quanto magis
nocuum erit dilexisse manda
ta nisi eos christus qui est ihesus
hoc est salutare dei
faciendis eis qui mandata
eius non dilexerunt. Post ista ce
ssit istorum temporum cognitio gratia
reuelata euangelium predicatur
congrue prophetia. Expectant
enim christum qui mandata dei
diligunt ut cum christus appa
ruerit vita nostra tunc et nos
appareamus cum illo in gloria.
¶ Custodiuit inquit anima mea
testimonia tua et dilexi ea
valde. Vel sicut non nulli co
dices habent dilexit ut sibi
audiatur anima mea. Custo
diunt testimonia dei dum
non negantur. Hoc est martirum
officium quia testimonia grece
martiria nuncupantur. Sed quod
pro testimoniis dei etiam fla
mmis concremari sine carita
te nichil prodest ideo addidit
et dilexit ea valde. Supra autem
dixerat mandata tua dilexi
deinde sequenti versu testimo
nia tua et custodiui et dilexi
postea et mandata et testimo
nia custodiui. Ait enim custo
diui mandata tua et testimo
nia tua. Qui enim diligit ipse
veraciter libenterque custodit. Ple
rique autem dum mandata dei
custodiunt sunt inimica coacta
quorum voluntate custodiuntur.
Nunc vero fortiter et testimonia
custodienda sunt ne persequen
tibus inimicis negentur. Ergo

se iste utrumque fecisse dixisset
deo tribuit unde fecit admo-
nendo atque dicendo Quod omnes
vie mee in conspectu tuo domine
id est quid custodivi man-
data tua et testimonia tua
quia omnes vie mee in
conspectu tuo Tamquam diceret
Si averteres a me faciem tuam
fierem conturbatus nec tua
mandata et testimonia cu-
stodirem Custodivi ergo quia
omnes vie mee in conspectu
tuo primo quippe et admonu-
te in conspectu voluit intelli-
gi deum videre vias suas si-
cut oravit qui dixit Aver-
tas faciem tuam a me/
Nam utique facies et super fa-
cientes mala ut perdat de
terra memoriam eorum Non
se perfecto iste dixit vias suas
ab illo videri Sed sicut novit
dominus viam iustorum Et sicut
ait Moysi Scio te pre omnibus nam
si hoc etiam non adiungeret di-
centem quod eius vie sint
in conspectu dei non diceret
ideo se custodisse mandata
et testimonia eius quia omnes
vie sue in conspectu sunt
domini Novit enim audire servi-
te domino in timore et exul-
tate ei cum tremore Apprehen-
dite disciplinam ne quando ira-
scatur dominus et pereatis a via
iusta Via nisi in conspectu
domini esset via iusta non esset
Nam hinc timorem et tre-
morem Apostolus et iam paulus
imponit eis quibus dicit Cum

timore et tremore vestram ipsorum
salutem operamini Et cur hoc
dixerit aperiens/ deus est enim
inquit qui operatur in nobis
et velle et operari pro bona vo-
luntate Ad hoc sunt ergo
in conspectu domini vie iustorum
ut dirigat gressus eorum
quia ipse sunt vie de quibus
scriptum est in proverbiis Vias
autem que a dextris sunt no-
vit dominus perverse autem sunt
que a sinistris sunt inquit
ut intelligeremus quod eas
non noverit dominus propter
quod perversis dicturus est non
novi vos porro ut duceret
quo fructu vias que a dex-
tris sunt id est vias iusto-
rum noverit dominus Continuo sub-
iecit Ipse enim rectos faciet
cursus tuos et itinera tua
in pace producet Ecce quare
ait et iam iste custodivi man-
data tua et testimonia tua
Et velut quereremus sed unde
potuerit quia omnes inquit
vie mee in conspectu tuo domine

Incipit sermo tricesimus secundus

Vocem mi orantis audia-
mus quem quis oret scien-
te nemine et nos ipsos si re-
probi non sumus in membris his
orantis agnoscimus Appropin-
quet oratio mea in conspectu
tuo domine id est oratio mea
que fit in conspectu tuo appro-
pinquet tibi ipse est enim dominus
hiis qui obtriverunt cor
Secundum eloquium tuum da michi
intellectum Piissimum petit

Nam h' ait secundum eloquium tuum
tamquam diceret secundum promissum
tuum promisit enim hoc dominus
ubi ait intellectum dabo tibi
¶ Intret postulacio mea in con
spectu tuo domine secundum eloquium
tuum eripe me Repetit quo
dammodo quod posuit verba
quod prius dixerat Appro
pinquet oratio mea in conspectu
tuo domine Huic simile est
quod ait postius Intret postu
lacio mea in conspectu tuo domine
Et quod prius secundum eloquium
tuum da michi intellectum huic
congruit quod posterius secundum
eloquium tuum eripe me Acci
piendo quippe intellectum eripitur
qui preceptum non intelligendo
decipitur ¶ Eructabunt inquit
labia mea ympnum cum docue
ris me iustificationes tuas
Novimus quemadmodum do
ceat deus eos qui sunt do
cibiles dei Omnis enim qui
audivit a patre et didicit
venit ad eum qui iustificat
impium ut non solum in memo
ria retinendo verum et iam fa
ciendo custodiat iustificatio
nes dei Ut enim qui gloriatur
non in se ipso sed in domino glorietur
ympnus quem eructatur Sed iam
qui didicit et laudavit doc
tor est domini deinde vult docere
¶ Pronunciavit inquit lingua mea
eloquia tua quia omnia man
data tua iusticia Cum
pronunciatur dicit utique minist
rat ubi Quamvis enim deus
iusticiam Sed illi dissipatores
susceperunt a dyabolo patre
suo Montes qui erant Ad ta-
les montes caveне fugias
Veniunt enim homines et
dicitur tibi Magnus ille vir
et magnus ille homo Qua-
lis fuit ille donatus Qualis
est maximianus et nescio
quis fortunius Qualis fuit
et ille Arrius qualis fuit
Omnes istos montes nominant
sed naufragosos videtis quia
lucet de illis aliqua flamma
sermonis et aliquis de ipsis
ignis accenditur Si navi-
gat in ligno et nocte pati-
tur id est caligine huius vite
non nos fallant nec dirigat
illuc navem Ibi sunt saxa
ibi naufragia magna sunt
Cum ergo tibi laudati fuerant
isti montes et ceperint tibi
suadere ut venias ad ipsos mon-
tes quasi ad auxilium et ibi
requiescas Vide In domino
confido quomodo dicitis anime
mee transmigra in montem
sicut passer Bonum est tibi
ut in illos montes leves ocu-
los unde tibi auxilium a domino
sit ut evades sicut passer
de muscipula venancium non
transmigres in montes passer
enim instabilis res est Cito
movetur cito volat huc inde
Sed tu confide in domino et eris
sicut mons syon non movebi-
tur in eternum et non transmigra-
bis in montes sicut passer
Nunquid ibi sic nominant

montes ut de duobus dicere Os
montes tales anima in quibus
deus est Tunc autem te amat
ipsi montes si non in illis spem
posueris Videte fratres quales
sunt montes dei Nam inde
sic nominati sunt malis locis
Iusticia tua sicut montes dei
non iusticia ipsorum sed iusticia
tua Audi talem montem
apostolum Ut inveniat in illo in-
quit non habens meam iusticiam
que ex lege est Sed eam que
est per fidem Christi Illi autem qui
iusticiam suam montes
esse voluerunt sicut iudei qui-
dam vel pharisei principes eorum
sic reprehenduntur Ignorantes
enim dei iusticiam et suam vo-
lentes constituere iusticie dei
non sunt subiecti Qui autem
subiecti sunt sic sunt alti
ut humiles sunt Et quia magni
sunt montes dicuntur Qui
vero subiecti sunt deo valles
sunt Et quia habent capacitatem
suscipiunt habundan-
ciam pacis et inundacionem
transmittunt ad colles Quomodo
tamen tu vide quos montes
ames Si vis amari ab omnibus
montibus noli spem ponere
nec in bonis montibus Nam
qualis mons erat paulus
qui inbenitur talis de magni-
tudine loquitur homo Tanta
gracia quam super potest facile inveni-
ri et tamen
passer ille in illo poneret
spem Et quid ait Nunquid
paulus pro vobis crucifixus est

Sed leuate oculos in montes
vnde auxilium veniat vobis
quia ego plantaui apollo
rigauit Sed auxilium meum
a domino qui fecit celum et terram
Quia deus incrementum de
dit ergo montes in circuitu eius
Sed quo montes in circuitu
eius Et dominus in circuitu plebis
sue ex hoc nunc et usque in secu
lum Si ergo montes in circuitu
eius et dominus in circuitu ple
bis sue constringit dominus
plebem suam in bino vinculo
caritatis et pacis ut qui con
fidunt in domino sicut mons
syon non commoueantur in eternum
et hoc est ex hoc et usque in
secula Quia non relinquet
virgam peccatorum super sortem
iustorum ut non extendant iusti
ad iniquitatem manus suas
Modo quidem iusti aliquantum
laborant et modo aliquando
iniusti dominantur iustis Quam
bus modis aliquando iusti per
veniunt ad honores seculi Cum
peruenerint et facti fuerint
vel iudices vel reges quia hoc
facit deus propter disciplinam
plebis sue propter disciplinam
populi sui non potest fieri nisi ut
ex hoc seruiatur illis honor de
bitus potestati Ordinauit enim
sic deus ecclesiam suam ut
omnis potestas ordinata in seculo
habeat honorem et aliquando
a melioribus Sed exempli
gratia unam rem dico hinc
gradibus omnium potestatum
prima et cottidiana potestas

hominis in hominem dominium est in
seruum ipse omnis dominus habeat
huiusmodi potestatem Sunt domini sui
et serui diuersa sunt nomina
sed homines et homines paria
sunt nomina Et quid dicit
apostolus Seruos dominis suis sub
ditos esse Serui obedite
dominis vestris secundum carnem Quia
est dominus secundum spiritum Ille est ve
rus dominus et eternus Isti autem
temporales secundum tempus Tu
cum ambulas in via cum vi
uit hac vita non vult te facere
superbum xpistus Contigit tibi
ut seruus efficereris et serui
dum hominem Non ideo seruus
effectus es ut dedignareris serui
(31) Cum enim xpisto iubente serui
homini non illi seruis sed illi
qui iussit Et hoc autem Obau
dite dominis vestris secundum carnem
cum timore et tremore in sim
plicitate cordis non ad oculum
seruientes quasi hominibus pla
centes sed quasi serui xpisti
facientes bona voluntate
dei ex animo cum bona vo
luntate Ecce non facit de ser
uis liberos Sed de malis
seruis bonos seruos Quantum
debent diuites xpisto qui illis
composuit domum ut si sint illi
serui infideles conuertat illos
xpistus et non ei dicat Dimit
te dominum tuum Iam cognoui
sti eum qui verus est dominus
Ille forte impius est et iniquus
tu iam fidelis et iustus
et fidelis seruiat iniquo et
infideli Non hoc ei dixit

Sed magis sunt servi et ut cor-
roboraret servum hoc dixit Ex-
emplo meo servi servorum ini-
quis / dominus cum tanta impas-
sione sustinens a quibus su-
stinuit ipse dominus a servis Et
a quibus ipse amatis servis
Iam si fuissent boni servi
honorarent dominum Sed quia
servi erant iniuriaverunt
dominus Ille quid contra red-
didit dilectionem pro odiis Dicit
enim Pater ignosce illis quia
nesciunt quid faciunt Cum dominus
tolerat et tenet patientiam facta sunt
omnia servi indignus ro-
gavit pro servientibus et sevi-
entibus et tamquam medicus
se exhibuit advenientibus / Ita
de medicina et arte et sanita-
te meliores sunt egrotis
quanto magis non debet de-
dignari homo ex toto animo
et ex tota bona voluntate
cum tota dilectione servire do-
mino et iam malo Ecce
fuit melior deteriori sed ad
tempus Quod autem dixi
de dominis et servis hoc intel-
ligite de potestatibus et regibus
de omnibus culminibus huius
seculi Aliquando enim potestates bo-
ne sunt et timent deum
Aliquando non timent deum
Iulianus exstitit infidelis
imperator exstitit apostata
iniquus ydolatra Milites
christiani servierunt imperatori in-
fideli Ubi veniebat ad cau-
sam christi non agnoscebant
nisi illum qui in celo erat

Si quando volebat ut ydola
colerent ut thurificarent prepo-
nebant illi deum Quando au-
tem dicebat producite aciem Ite contra
illam gentem statim obtem-
perabant Distinguebant do-
minum eternum et iam dominum temporalem
Sed numquid sic erit semper
ut iniqui imperent iustis / Non
sic erit Videte enim quid dicit
iste psalmus Quia non dere-
linquet dominus virgam peccatorum
super sortem iustorum Venit
ad tempus virga peccatorum
super sortem iustorum sed non
ibi relinquitur non erit in eternum
Veniet tempus quando nullus ag-
noscatur deus Veniet tempus
quando Christus in claritate sua
apparens congreget ante
se omnes gentes et dividat
eas sicut dividit pastor he-
dos ab ovibus Oves ponet
ad dextram edos ad sinistram
Et videbitis ibi multos servos
inter oves et sic multos dominos
inter edos Et rursus multos
servos inter edos Non enim quia
sic consolati sumus servos omnes
servi boni sunt aut quia sic
repressimus superbiam dominorum /
omnes domini mali sunt Sunt
boni fideles domini et sunt mali
Sunt boni fideles servi et sunt
mali Sed quamdiu servi boni
serviunt malis dominis ferant
ad tempus quia non derelinquet
dominus virgam peccatorum super sortem
iustorum Quare hoc ut non
extendant iusti ad iniquitatem
manus suas ut ad tempus

ferant iusti iniquos dominantes et intelligant non esse hoc sempiternum sed preparent se ad possidendum hereditatem sempiternam Quam hereditatem ubi destruetur omnis potentatus et omnis potestas ut sit deus omnia in omnibus Ad hoc se preparantes et hoc corde contemplantes et adhuc in fide retinentes et ut videant perdurantes non extendunt manus suas ad iniquitatem Nam si videant quia semper est virga peccatorum super sortem iustorum cogitant apud se et dicunt Quid michi prodest quod iustus sum semper michi dominabitur iniquus et semper servus ero faciam ergo et ego iniquitatem quia nichil prodest tenere iusticiam Ne autem hoc dicat insinuatur illi fides quia ad tempus potest esse virga peccatorum super sortem iustorum Non ea relinquet dominus super sortem iustorum ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas sed teneant ab iniquitate manus suas et ferant iniquitatem non faciant Melius est enim iniusticiam ferre quam facere Unde non semper erit quia non derelinquet virgam peccatorum super sortem iustorum Hoc cogitant qui recti sunt corde De quibus paulo ante dixi Rem voluntatem dei ferunt non voluntatem suam Sequi deum nolunt faciant illum precedentem et sequentes Non autem se precedentes et illum sequentem et in omnibus eius bonum inveniunt sive emendantem sive consolantem sive exercentem sive tonantem sive pugnantem sive illuminantem Dicit apostolus ait Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum Et ideo sequitur

Bene fac domine bonis et rectis corde Qui autem declinat a malo et facit bonum rectus corde quia non zelat in peccatoribus pacem peccatorum intuens sit purum cordis qui scandalizatur nimis declinat ad eos et facit malum et ei nescitur dulcedine seculi et ea illaqueatus et captus amaras penas luit Declinanti enim adeo cuius disciplinam ferre noluit fit illa punitio dei nec ius laqueus falsa malorum felicitas Unde continuo subiungit Declinantes autem in strangulationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem idest quorum stamnati sunt quia eorum presentes leticias amaverunt et futura supplicia non crediderunt Qui ergo recti sunt corde et non declinant quid habebunt Iam veniamus ad ipsam hereditatem fratres Quia filii sumus quid possidebimus Que est hereditas que patria nostra Quid vocatur pax Per hanc nos salutamus hanc nobis annunciam

Hanc susceperunt montes et colles iustitiam. Ipsa est Christus. Ipse est enim pax nostra qui fecit utraque unum et medium parietem materie solvit. Quia filii hereditatem habebimus. Et quid vocabitur ipsa hereditas nisi pax. Et videte quia exheredati sunt qui non amant pacem. Illi non autem amant pacem qui dividunt unitatem. Pacem possessuri possessio heredum. Et qui sunt heredes filii. Audi evangelium: Beati pacifici quia ipsi filii dei vocabuntur. Audite et conclusionem huius psalmi: Pax super Israel. Israel videns deum. Ierusalem interpretatur visio pacis. Intelligat civitas vestra: Israel interpretatur videns deum, Ierusalem interpretatur visio pacis. Nam non movebuntur in eternum qui habitant in Ierusalem. Illi non movebuntur ergo in eternum qui habitant visionem pacis et pax super Israel. Ergo Israel qui videns deum et videns pacem est et ipse Israel est et Ierusalem quia populus ille dei ipsa est civitas dei. Ergo videns pacem hoc est videns deum mundo et deus ipse et pax. Quomodo? Quia Christus filius dei pax et ideo venit colligere suos et separare ab iniquis. A quibus iniquis? Qui oderunt Ierusalem, qui oderunt pacem, qui volunt conscindere unitatem, qui non credunt paci, qui falsam pacem pronunciant in populo et non illam habent. Quibus vero dicitur: Cum dixerint pax vobiscum, Et cum spiritu tuo, falsa dicunt et falsum audiunt. Quibus dicunt pax vobiscum? Quos separant a pace orbis terrarum. Et quibus dicitur: Et cum spiritu tuo? Si in spiritu eorum esset pax, nonne unitatem diligerent et relinquerent dissensionem? Falsum ergo pronunciantes falsum audiunt. Nos verum pronunciemus et verum audiemus. Simus Israel et amplectamur pacem, quia Ierusalem est visio pacis et nos Israel et pax super Israel. Incipit de psalmo centesimo xxv.

Sicut iam meministis ordine nobis tractantibus iste psalmus est centesimus vicesimus quintus qui inter illos psalmos est quorum est titulus canticum graduum. Est autem sicut nostis vox ascendentium. Quo nisi ad illam supernam Ierusalem matrem omnium nostrum que est in celis. Que superna ipsa et eterna. Hec autem que in terra fuit umbram habebat illius. Itaque ista cecidit. Illa permanet. Hec implevit tempus predicationis. Illa tenet eternitatem reparationis nostre. Ab illa peregrinamur in hac vita. Ad eius redditum suspiramus tamquam dum miseri et laborantes donec ad illam redeamus. Nec cives nostri angeli deseruerunt nos in peregrinatione sed annunciaverunt nobis ipsum regem venturum ad nos. Et venit ad nos et contemptus est

inter nos a nobis et postea
nobiscum Et docuit nos con
tempni quia contemptus est
docuit tollerare quia tolle
rauit Docuit pati quia passus
est et promisit resurrectionem
quia resurrexit in se ipso osten
dens quid sperare debeamus
Si ergo fratres karissimi antiqui
patres nostri antequam dominus in
ihesus christus veniret in carne
antequam mortuus resurre
xisset et ascendisset in celum
suspirabant tamen illi ciui
tati quantum oportet nos desyde
rare quam nos ipse precessit et
unde in qua recessit Non enim
dominus sic venit ad nos ut de
sereret angelos et illis man
sit et ad nos venit Illis man
sit in maiestate ad nos venit
in carne Eramus autem ubi Cum
redemptor noster ille dicatur cap
tiui tenebamur Ubi ergo tene
bamur ut ille veniret et re
dimeret captiuos Ubi teneba
mur forte apud barbaros
Peior est barbarus dyabolus
et angeli eius Ipsi autem te
nebant genus humanum Ab
his redemit nos qui non
aurum neque argentum sed
sanguinem suum pro nobis dedit
Quo autem homo venerit in
captiuitatem paulum apostolum
interrogamus Et enim ipse pri
pue gemuit in ista captiuitate
suspirans etiam in hoc et
docuit nos gemere ex ipso spiritu
quo et ille impletus geme
bat Hoc enim ait Omnis creatura

congemescit et dolet usque nunc
Et iterum Vanitati enim creatura
subiecta est Ait non sponte sed
propter eum qui subiecit in spe
Omnem creaturam dixit in
hominibus et iam non dum cre
dentibus sed tamen credituris
ingemiscere creaturam in labo
ribus Reliquid nam in his t
qui non dum crediderunt Iam
vero in his qui crediderunt
non gemuit nec parturit creatura
Non solum autem inquit sed et
nos ipsi primicias spiritus habentes
idest qui iam spiritu deo firmi
qui iam mente deo credidimus
Et in ipsa fide primicias quasi
dedimus ut primicias nostras
sequamur ergo et nos ipsi in
nobis metipsis ingemiscimus
adoptionem expectantes rede
mptionem corporis nostri Geme
bat ergo et ipse et gemunt
omnes fideles adoptionem ex
pectantes redemptionem cor
poris Ubi gemunt in ista morta
litate quam redemptionem ex
pectant corporis sui que precessit
in domino qui resurrexit a mor
tuis et ascendit in celum Hoc
nobis antequam reddatur necesse
est ut gemamus et iam fide
les et iam sperantes Ideo sequi
tur et dicit Dum dicit et ipsi
in nobis metipsis ingemiscimus
adoptionem expectantes re
demptionem corporis nostri quasi
diceretur ei Quid tibi ergo pro
fuit christus si adhuc gemis
et quomodo saluator saluum te fecit
qui gemens adhuc egrotat

Dubitavit et ait Spe enim sal
vi facti sumus Spes autem que
videtur non est spes Quod enim
videt quis sperat Si autem quod
non videmus speramus per pacienciam
expectamus Ecce quare gemimus
Ideo quia quod speramus iam quidem
expectamus sed dum tenemus
Et donec teneamus in tempore
suspiramus quia desideramus
quod non dum teneamus Quare
quia spe salui facti sumus Iam
caro sumpta de nobis in domino
non spe sed re salua facta est
Resurrexit enim et ascendit
in capite nostro caro nostra salua
in membris adhuc saluanda est
Secura gaudeant membra quia
a capite suo non sunt deserta di
xit enim membris laborantibus
Ecce ego vobiscum sum usque ad
consumacionem seculi Ita sane
est ut conuertamur ad deum Spe
enim non habebamus nisi ad seculum
et inde fui miseri et hic mise
ri quia labat vita et faciem
habentes ad seculum dorsum contra
deum Cum vero conuertit nos
deus ut iam incipiamus faciem
habere ad deum et dorsum ad
seculum quia adhuc in via sumus
tamen patriam attendimus et
quando forte aliqua tribulacionem
patimur sed tamen tenemus viam
et lignum portamus asperum quidem
ventus est sed ventus noster
cum labore quidem sed cito du
cit et cito perducit Prima ergo
de captiuitate nostra gemebamus
gemunt autem et illi qui iam cre
diderunt Quo autem facti sumus

captiui obliti sumus sed per scrip
turam commemoramur paulum
ipsum apostolum interrogemus Aut enim
Scimus quia lex spiritualis est
ego autem carnalis sum venunda
tus sub peccato Ecce vide facti
sumus captiui quia venundati
sumus sub peccato Quis nos
vendidit nos ipsi qui consensimus
seductori vendere nos potuimus
sed redimere nos non possumus
Vendidimus nos consensione
peccati redimimur in fide iusti
cie Sanguis enim innocens da
tus est pro nobis ut redimeremur
Quemcumque sanguinem ille fudit
persequendo iustos Qualem sanguinem
fudit iustum quidem sanguinem fudit
et martirum tamen omnes de
propagine peccati venientes Quam
sanguinem fuderunt eius qui non
solum iustificatus sed iustus
natus est Ille sanguine suo perdi
dit quos tenebat per quibus enim
datus est innocens sanguis rede
mpti sunt et conuersi a captiuitate
cantate istum psalmum Cum
conuerterit dominus captiuitatem syon
facti sumus sicut consolati Hoc
volui dicere facti sumus gauden
tes Quando cum conuerterit dominus
captiuitatem syon Que syon
ipsa ierusalem Eterna syon Quid est
syon Quomodo captiua syon In an
gelis eterna in hominibus captiua
Non enim omnes illius ciuitatis
ciues captiui sunt Sed qui in
de peregrinantur ipsi captiui sunt
Homo ciuis erat ierusalem sed venditus
sub peccato factus est peregrinus De
propagine ipsius natum est genus

humani et impleuit tras ca-
ptiuitas syon quo umbra il-
lius syon quam acceperunt
iudei in ymagine insignata sunt
in captiuitate in babilonia et
post lxx annos redijt ille
populus ad ciuitatem suam Sep-
tuaginta anni significant de
tempus quod septem diebus
voluitur Cum autem transierit
omne tempus tunc redimus et
nos ad patriam nostram Quo
ille populus post septuaginta
annos redijt a captiuitate
babilonie ¶ Babilonia est
enim mundus iste Babilonia
enim interpretatur confusio Vide-
te si non est confusio tota vi-
ta humana Quidquid agunt
homines in spe vana quando
quando cogitauerint quid a-
gunt erubescunt Quare
laborant cum laborant filiis
meis inquit et ipsi cum filiis
suis et ipsi quibus filiis suis
Nemo ergo sibi ¶ Ab ista con-
fusione iam conuersi erant
quibus dicit apostolus Quam
enim gloriam habebatis in illis in
quibus nunc erubescitis Con-
fusio est ergo ista tota vita re-
humana non pertinens ad dey
In hac confusione idest in ista
babilonia captiua tenetur syon
Sed conuertit dominus captiuitatem
syon et facti sumus inquit sicut
consolati idest gauisi sumus
tamquam consolationem accipientes
Consolatio non est nisi miserorum
Consolatio non est nisi geme-
tium lugentium Quare quod con-

solati nisi quia adhuc ge-
mimus Gemimus inter consola-
mur in spe Cum transierit re-
degemitu gaudium veniet e-
ternum ubi non opus erit conso-
latione quia nulla miseria sa-
tiebimur Quare autem velut co-
solati ait et non ait consola-
ti Non semper quasi ad similitudi-
nem ponitur hoc verbum quod
dicimus sicut Aliquando ad veri-
tatem refertur aliquando ad simili-
tudinem Modo ad proprietatem
relatum est Sed exempla
nobis et iam de communi lo-
cutione hominum danda sunt ut
facile intelligatur Quando dici-
tur sicut meus pater ita et fili-
us ad similitudinem hoc dicitur
Et sicut pecus moritur ita ho-
mo moritur ad similitudinem hoc
dicitur Quando autem dicimus fe-
cit vir bonus numquid non
est vir bonus Sed similitudinem
est vir bonus fecit tamquam
iustus hoc tamquam non ne-
gat eum iustum esse Sed proprie-
tatem eius ostendit Fecisti sicut
senator ergo non sum senator
Si dicat vnus quia es sicut
senator fecisti Et quia iustus
es sicut iustus fecisti Et quia
bonus es sicut bonus fecisti
Ergo quia et ista vere consolati
erant sicut consolati gaudebant
idest magnum erat gaudium
ipsorum tamquam consolatorum
illo consolante morituros qui
mortuus est Omnes enim mori-
gemimus Consolatus est ille
qui mortuus est ne morti ti-

meremus prior resurrexit
ut speremus quod spemus Illa
ergo prior resurrexit spem
nobis dedit Nam in miseria
positi spe consolati sumus hinc
gaudium magnum Et convertit
dominus captivitatem nostram
ut iam de captivitate viam
teneamus et eamus ad patriam
Iam ergo redempti in via non
timeamus insidiantes hostes
nobis Ideo enim redemit nos
ut non audeat hostis insidiari
nobis si de via non recesserimus
Ipse enim xpus factus est via
Vis non pati latrones aut tibi
viam tibi stravit ad patriam
noli recedere Talem viam
munivit ut latro ad te non au-
deat accedere Tu ab illa noli
recedere et latro ad te non au-
det accedere Ambula ergo ideo
et canta gaudens Canta tan-
quam consolatus quia ille
te precessit qui iussit ut sequa-
ris Tunc repletum est gau-
dio os nostrum et lingua nostra
exultacione Os fratres mei
quod habemus in corpore
quando impletur gaudio non
solet impleri nisi aut cibo
aut potu aut aliqua re talium
missa in os impletur aliquando
os nostrum Et plus est quod
dicimus sanctitati vestre quia
os plenum habemus loqui non
possumus Habemus autem intus
os id est in corde unde quicquid
quod procedit si malum est
inquinat nos si bonum est
mundat nos De ipso enim ore
audistis dum ewangelium

legeretur Insultabant enim domino
iudei quia discipuli eius non
lotis manibus manducabant
Illi insultabant qui mundiciam
foris habebant et intus ma-
lis pleni erant Illi insulta-
bant quorum iusticia non erat
nisi in oculis hominum Dominus
autem querebat mundiciam nostram
interiorem que si fuerit necesse
est ut et que foris sunt mun-
da sint Mundate inquit que
intus sunt et que foris sunt
munda erunt Ipse dominus dicit
alio loco Verum date elemosinas
et ecce omnia munda sunt vobis
Unde autem procedit elemosina
de corde Si enim manum porri-
gas nec in corde miserearis
nichil fecisti Si autem in corde
miserearis et iam si non habes
quod porrigas manum accep-
tat deus elemosinam tuam
Illi autem iniqui foris querebant
mundiciam de talibus erat
et iam ille phariseus qui in-
vitaverat dominum quando accessit
mulier que in civitate peccatrix
erat et famosa que lacrimis
lavit pedes domini tersit capillis
unxit unguento Phariseus
ergo qui invitaverat dominum et
mundiciam non habebat nisi fo-
rinsecus corporis corde autem ple-
nus erat iniquitate et rapi-
na dixit apud semetipsum
Iste si esset propheta sciret que
mulier illa accessisset ad pedes
unde noverat ut sciret an
nesciret Sed ideo tu nescire
arbitratus est quia non abie-
cam repulit Si enim accessisset

adipsum phariseum talis mu
lier ille qui mundiciam tene
bat quasi inmunde desuffla
ret repelleret abiceret ne in
munda tangeret mundum et con
taminaret eius mundiciam Ca
hoc non fecit dominus ideo illud
credidit inter nequaquam qualis mulier
illi accessisset ad pedes Dominus
autem non solum illam noverat
sed cogitationes illius audie
bat Prima et si contactus corporis
aliquid facit domini mundo pha
riseo talis deum posset pollui
contactu mulieris an mulier
posset mundari contactu domini
Permittebat autem medicus egro
tam tangere medicamentum
et illa que venerat ad medicum
Et que solebat in sua sorta [?]
se esse fornicatione frontosa
frontosior facta est ad salutem
Irrupit in domum quo non erat
invitata sed vulnerata habebat
et illuc veniat ubi medicus
recumbebat Ille autem qui simul
tanat [?] medicum sanus sibi
videbatur Prea [?] non curabatur
Iam que sequuntur in ewangelio
nostris exponis [?] confessus est
ipse phariseus cum ei ondet [?]
quia et illam mulierem et co
gitacionem cordis ipsius audie
bat Sed ad id quod modo de e
wangelio lectum est quod pertinet
ad presentem versum ubi dictum
est Impletum est gaudio os
meum et lingua mea exulta
tione Querimus enim quod os
et que lingua attendat ca
ritas vestra Insultatum est
domino quia non lotis manibus

discipuli eius manducarent
Rudit [?] illis dominus sic oportebat
Et vocans turbas ait Audi
te omnes et intelligite Omne
quod intrat in os non coinquinat
hominem sed quod exit Quid
est ergo dixit quod intrat in os
non nisi os corporis voluit au
dere Intrat enim tibi et non
coinquinat homines tibi qua
omnia munda mundis et omnis
creatura dei bona est et ni
chil abiciendum quod cum gratiarum
actione percipitur In figura inde
posita erant quedam et in
munda dicta sunt Sed postea
quam figurarum lux ipsa venit
et remote sunt umbre non
sumus retenti in littera sed vivi
ficati in spiritu et non est impo
situm iugum observationis
bonis [?] quod impositum erat
iudeis Prima dominus dixit Iu
gum enim meum suave est
et sarcina mea levis est
Et omnia ait apostolus munda
mundis In mundis autem et in
fidelibus nichil est mundum
sed polluta sunt eorum et
mens et consciencia Quid vo
luit intelligi Omnia munda homini
et panis porcina munda est
In mundo nec panis nec por
cina In inmundis autem inquit
et infidelibus nichil est
mundum Quare nichil est
mundum Sed polluta sunt
inquit eorum et mens et con
sciencia Quia si intus quod
est inmundum est foris quod
nichil mundum esse [illegible]
illis quibus interiora immunda

sint exteriora munda esse non
possunt. Si volueritis ut exteri-
ora munda sint interiora munda-
te. Ibi est enim os implebitur
tibi gaudio. Et quando taces /
Nudo taces enim et gaudes
os tuum clamat ad deum. Sed
inde unde gaudeas. Si de se-
culo gaudes immundo gaudio
vociferaris ad deum. Si vero
de redempcione gaudes quod
dixit psalmus iste. In conver-
tendo dominus captivitatem Syon
facti sumus sicut consolati. Tunc im-
pletur gaudio os tuum et lin-
gua tua exultacione. Manife-
stum est quia inspe gaudemus
et gaudium tuum acceptum est
apud deum. In ipso gaudio
ut in ipso ore quo henemus intus
et manducamus et bibimus
Dicit de isto ore ad refeccionem
corporis. Sic de illo ore ad
refeccionem cordis. Vera unde
beati qui esuriunt et siciunt iu-
sticiam quoniam ipsi saturabuntur
Si autem non facit immundum
nisi quod exit de ore. Et hoc
cum audimus in ewangelio non in-
telligimus nisi os corporis ab-
surdum est et nimis stultum
ut tunc putemus non fieri im-
mundum hominem cum manducat
tunc autem putemus immundum
si vomat. Ait enim dominus non
quod intrat sed quod exit inqui-
nat. Nudo quod manducas
non fis immundus et quando vo-
mis efficeris immundus. Nudo
bibis non es immundus et quando
spuis immundus es. Nudo spuis
enim de ore tuo exit aliquid

et quando bibis in os intrat ali-
quid. Nunc volunt dicere dominus
Non quod intrat in os sed quod
exit inquinat. Secutus eodem
loco secundum alium ewangelistam
dixit. Nunc sunt que procedunt
de ore ut intelligas non de
ore corporis eum dixisse. Sed
de ore cordis. Ait enim De cor-
de enim exeunt cogitaciones
male fornicaciones homicidia
blasphemie. Hec sunt que in-
quinant hominem. Non lotis
autem manibus manducare non
coinquinat hominem. Illa ergo
fratres mei quando exeunt de ore
nisi quia exeunt de corde
Dicit ipse dominus dicat / Non enim
quando illa loquimur tunc nos
maculant ne quis dicat /
Nudo loquimur de ore nostro
exeunt quia verba et voces
de ore nostro exeunt. Et quando
mala loquimur immundi effi-
cimur. Nunc si aliquis non
loquatur et tantum cogitet ma-
la immundus est quia de ore
ipsius corporis nichil processit
sed ore cordis iam deus au-
divit. Ecce fratres attendite
que dico. Nomine furtum exodo
nominari furtum / Unquid quia
nominavi furtum coinquinavit
me furtum. Attendite quod dico
Ecce de ore meo exiit et non
me fecit immundum. Fur autem
surgit in nocte et nichil dicit
ore faciendo fit immundus
Non solum non dicit sed et
premit faciens toto silencio
Et usque adeo noctem suam
timet audiri ut ne vestigia

sua velit seruare Nunquid ergo
qui ita silet mutus est pre
dixit dicens fratres mei Ecce adhuc
misteriatur suo iacet nondum pu
trescit ut furtum faciat vi
gilat et expectat ut homines
dormiant Iam deo clamat
iam fur est Iam in mundus
est facinus de ore interiore
precessit Quando enim facinus
precessit ex ore quando voluntas
faciendi decreuit decreuisti
facere dixisti Dixisti fecisti Si
furtum non fecisti forsan ille
non meruit perdere tu dispo
nebas auferre et ille nichil
perdidit et tu de furto dampn
nabaris decreuisti occidere
hominem dixisti in corde posuit
de ore interiore tuo homicidium
adhuc homo viuit et tu ho
micida punieris Quid sis enim
apud deum queritur Nunquid
nondum appareat apud ho
mines Certe ergo nouimus et
nosse debemus et tenere quia
est os cordis et lingua cordis
Ipsum os impletur gaudio In
ipso ore intus oramus deum
quando labia clausa sunt et
patet consciencia silencium est
et clamat pectus Sed auribus
cuius non hominis sed dei Secu
rus ergo esto Ille autem qui
misereretur Et ruinus qui nescit
audit hominem mala si per
dunt de ore tuo noli esse se
curus quia ille te audit
qui dampnat Susanna au
diebatur ab iniustis iudicibus
Tacebat et orabat os eius
non audiebatur ab hominibus Cor

eius clamabat ad deum Nun
quid quia vox eius de ore cor
poris non processit ipsa exau
diri non meruit Exaudita est
illa quamuis orauit nemo homi
num sciuit Ergo fratres quid habeatis
in ore interiore cogitate Ibi
videte ne quid mali dicatis
intus et nichil mali foris
Non potest enim fieri ab homine foris
nisi quod dicit fit intus Cu
stodi os cordis a malo et in
nocens eris Innocens erit
lingua corporis tui innocentes
manus Erunt et iam pedes
innocentes Erunt oculi inno
centes erunt aures innocen
tes Omnia membra tua iusticie
militabunt quia imperator in
suis tenuit cor ¶ Tunc dicent
inter gentes magnificauit do
minus facere cum eis Magnificauit
dominus facere nobiscum facti su
mus iocundati Videte fratres si modo
non illud dicit inter gen
tes per totum orbem terrarum
Videte si non ad ecclesiam currit
In toto orbe terrarum precium nostrum
accipitur amen respondetur Dicunt
ergo inter gentes ierosolimi
tani captiui Ierosolimitani
reddituri peregrini suspirantes
patrie sue Quid dicunt Magni
ficauit dominus facere nobiscum
facti sumus iocundati Nunquid
ipsi secum fecerunt ipsi male
secum fecerunt quia sub peccato
se vendiderunt Redemptor ve
nit et hunc cum illis fecit
Magnificauit dominus facere no
biscum facti sumus iocundati
¶ Conuerte domine captiuitatem nostram

sicut torrens in austro Quid
sit hoc Attendat caritas vestra
Iam dixerat Cum converterit
dominus captivitatem syon Quasi
de preterito loquebatur Sed so
let fieri ut de futuro loquens
futura promittet ipsa vera
quasi de preterito loquebatur
Cum in alio psalmo diceret
foderunt manus meas et pe
des meos dinumeraverunt omnia
ossa mea Non dixit fossuri
sunt Non dixit dinumerabunt
Non dixit diviserunt sibi ve
stimenta mea Non dixit
Super vestem meam miserunt
sortem futura erant et quasi
facta cantabantur Omnia enim
que futura sunt deo iam facta
sunt Hic ergo cum diceret In
convertendo dominus captivitatem
syon velud consolati facti sumus
Tunc repletum est gaudio
os nostrum et lingua nostra
exultacione ut ostenderet se figura
preterita futura cogitare ait
Tunc dicent inter gentes
Dicent iam de futuro est Mag
nificavit dominus facere nobiscum
facti sumus iocundati Tunc
ergo cantabantur futura erant
et nunc videntur preterita Ergo
orat tamquam futurum qui futura
tamquam preterita precinebat
Converte domine captivitatem
nostram Non dum erat ergo
conversa captivitas quia nondum
redemptor advenerat Ergo
quando cantata sunt psalmum
quod orabat tunc iam factum
est Converte domine captivitatem
nostram sicut torrens in austro

Sic converte captivitatem nostram
Querebatur quid sit Sed pate
bit modo adiuvante domino mentibus
vestris Quodam loco dixit
scriptura Cum proficit et monet
de operibus bonis ait Sicut
glacies in sereno ita solventur
peccata tua Ergo peccata liga
bant nos Quomodo frigus ligat
aquam ne currat et ligati fri
gore peccatorum gelavimus Au
ster autem calidus ventus est
Quando flat auster lique
scunt glacies et implentur
torrentes Torrentes autem di
cuntur flumina yemalia Mag
no impetu repentinis aquis
impleta currunt Gelaveramus
ergo in captivitate constringebat
nos peccata nostra flavit auster
spiritus sanctus dimissa sunt
nobis peccata soluti sumus a fri
gore iniquitatis Tamquam
glacies in sereno solvuntur peccata
nostra Curramus ad patriam
quasi torrens in austro Cum
enim laboravimus et laboramus
et iam facientes bene Nam
ipsa vita humana quam ingressi
si sumus misera est laboribus
plena doloribus et periculis
plena temptacionibus Nolite
seduci gaudiis rerum humanarum
flenda in rebus humanis ad
tendite Postat videte prius puer
qui nascitur Quare a fletu in
cipit vivere ridere non dum
novit Quare plorare iam
novit quia cepit in ista
vitam Sed si de illis captivis
est hic flet et gemit sed ve
niet gaudium Sequitur enim

Qui seminant in lacrimis in gau-
dio metent. Iusta vita que ple-
na est lacrimis seminemus. Quod
seminabimus opera bona opera misericordie
nostra sunt de quibus semi-
nibus ait apostolus. Bonum autem
facientes non deficiamus. Tempore
enim proprio metemus. Infatigabi-
les itaque dum tempus habemus
operemur bonum ad omnes maxime
ad domesticos fidei. Loquens
itaque de ipsis elemosinis quid
ait. Hoc autem dico. Qui parce
seminat parce et metet. Ergo
qui multum seminat multum me-
tet. Qui parce seminat parce
et metet. Et qui nichil seminat
nichil metet. Quare desidera-
ratis latos fundos ubi multa
semina seminetis. Labor vobis non
est ubi seminetis quam christus
qui misereri noluit seminari. Terra
nostra caritas est. Dilatate quantum po-
testis sed parum habes unde facias
habes voluntatem. Nichil inopi
esset quod habes si non adesset bona
voluntas. Sit et quia non habes
noli esse tristis si est tibi bona
voluntas. Quid enim seminas
[illegible]. Et quid metis pacem. Nam
quid autem dixerunt angeli pax
in terra divitibus hominibus. Sed
pax in terra hominibus bone vo-
luntatis. Ecce dico magna vo-
luntas in zacheo caritas magna.
Suscepit dominum hospicio gau-
dens suscepit et dimidium
patrimonii sui pauperibus promisit
daturum. Et si cui aliquid
abstulerat quadruplum reddi-
turum ut intelligas ipsum sibi
eum tenuisse dimidium non ut
haberet quod possideret sed ut ha-
beret unde debita redderet. Magna
voluntas multum dedit multum
seminavit. Ergo vidua illa que
duo minuta misit parum seminavit.
Imo tantum quantum zacheus. Impa-
res enim facultates habebat sed
parem voluntatem habebat. Illa
duo minuta de tanta voluntate
dedit quanta zacheus dimidium pa-
trimonii sui. Si attendas quid
dederint diversa invenies. Si atten-
dis unde dederint paria inve-
nies. Quia quidquid habuit de-
dit illa et quod habuit dedit
ille. Sed forte aliquem non habere vel
duos minutos. Est aliquid vilius
quod seminemus ut metamus
illam messem. Et calicem aque
frigide qui dederit discipulo
non perdet mercedem. Calix aque
frigide non duobus minutis sed
gratis constat. Tamen aliquando
sic gratis constat ut habeat illud
alius et alius non habeat. Si ergo
ille qui illum habet det illi qui
non habet tantum dedit si de
plena caritate dedit quod
dedit tantum dedit quantum
illa in duobus minutis quantum
zacheus in dimidio rerum suarum.
Pro enim sine causa addidit fri-
gide ut pauperem ostenderet. Ideo
dixit calicem aque frigide
ne quis vel inde causaretur
quod lignum non habuit unde ca-
lefaceret aquam. Calicem aque
frigide qui dederit uni ex mini-
mis non perdet mercedem suam.
Quid si nec hoc habeat securus
sit. Et si nec hoc habet pax in terra
hominibus bone voluntatis. Tam

pauperes obla. et divites

illud timeat ne liceat et non fa
ciat. Si enim habet et non facit
intus gelavit. Non enim soluta
sunt peccata eius sicut torrentes
in austro quia voluntas frigida
est. Quid valent tanta bona
que possidet. Accedit voluntas
fervens iam soluta calore au
stri et si nichil habet totum illi
computatur. Multa sibi prestant
mendici. Intendat caritas ve
stra quod fiat elemosina. Etc
mendici sunt in quos facis
elemosinam. Mendici egent.
Attendimus forte fratres in vobis
non aliquos egent. Ebrietas si
est in nobis prius et iam offer
Sed si illi sunt mendici quam pro
fessionem habent petendi elemo
synam et ipsi habent quod sibi
prestant invicem. Non illos de
seruit deus unde probantur
quia faciunt elemosinas. Iste
non potest ambulare. Qui potest am
bulare pedes suos accommodat
claudo. Qui videt oculos suos
accommodat ceco. Et qui iuvenis
est et sanus vires suas accommo
dat vel senem argento portat illud
Ille indiget ille dives est. Ali
quando et dives invenitur pauper
et a paupere prestatur illi aliquid.
Venit nescio quis ad flumen tan
to delicatior quanto ditior. Transire
non potest. Si nudatis membris tran
sierit frigescet egrotabit mo
rietur. Accedit pauper robustior
re corpore traducit divitem. Ele
mosinam fecit in divitem. Ergo
nolite eos tantum putare pau
peres qui non habent pecuniam.
Inquire quisque pauper est ibi illud

inde quia forte tu in eo di
ves es in quo ille pauper et
habes unde accommodes. Forte
membra tua accommodas. Et
plus est si pecuniam accommo
dares. Consilio indiget tu ple
nus es consilio. In consilio ille
pauper tu dives es. Ecce nec la
borasti nec aliquid perdidisti. Das
consilium et prestitisti elemosinam.
Modo fratres dum loquimur quasi
pauperes ad nos estis. Et quia
nobis deus dignatus est dare
damus inde vobis et omnes
ab illo accipimus qui solus dives
est. Sic se ergo tenet corpus Christi
membra sociata sic compinguntur
et adunantur in caritate et in
vinculo pacis cum quisque id
quod habet prestat ei qui non
habet. In eo quod habet dives
est in eo quod ille non habet pauper
est. Sic vos diligite sic vos
amate. Nolite ad vos solos
attendere sed attendite indigen
tes circa vos. Sed quia cum
laboribus et erumpnis sunt
ista in ista vita nolite deficere.
In lacrimis seminatis in gaudio
metetis. Quid enim fratres mei
ipse agricola quando procedit cu
aratro et portat semen nonne
aliquando frigus est ventus et
imber deterret. Attendit celum
videt tristem diem tremit fri
gore et tamen procedit et se
minat. Timet enim ne cum
tristem diem attendit et ex
pectat diem letum ne tempus
transeat et non inveniat quod
metat. Nolite differre fratres
mei. Seminate in yeme seminate

bona opera et cum plorat
quia qui seminat in lacrimis in
gaudio metet Euntes mittunt semina
sua bonam voluntatem bona
opera Euntes ibant et fle
bant mittentes semina sua Qua
re flebant quia inter miseros
erant et miseri erant Melius
est fratres mei ut melius sit mi
ser quam ut tu facias misericordiam
Nam qui enim ut faciat misericordiam op
tat esse miseros crudelis habetur
misericordia quando si medicus ut exer
ceret artem suam optaret esse
multos egrotos crudelis me
dicina esset Melius est ut
omnes sani sint quam ut exercean
tur medici Melius est ergo
ut omnes boni regnent in illa
patria quam ut sit quibus
impendatur misericordia Tamen quam
diu est quibus impendatur
misericordia Tamen quamdiu est quibus
impendatur non deficiamus
in ista erumpna mittere semina
Et si cum fletu seminamus cum
cum gaudio metemus In illa
enim resurrectione mortuorum
recipiet quisque manipulos
suos id est fructum seminis cum
gaudio et exultacione Tunc
erit triumphus letancium et ipsi
morti insultancium in quo ge
mebat Tunc dicent morti Ubi
est mors contencio tua Ubi
est mors aculeus tuus Sed
quare iam gaudent quia por
tant manipulos suos qui eun
tes ibant et flebant mittentes
semina sua Quare mittentes
semina sua Quia qui seminant
in lacrimis in gaudio metent

Isto psalmo exortati nos sumus
maxime ad faciendam misericordiam
quia hinc ascenditur et be
ditis quia ille cantat canti
cum graduum qui ascendit me
mentote et nolite amare de
scendere et non ascendere sed
de ascensione cogitate quia
qui descendebat ab ierusalem in
iericho incidit in latrones Non
descenderet et non incideret in la
trones Iam ergo adam descen
dit incidit in latrones Omnes
enim nos adam sumus Sed tran
siit sacerdos et contempsit trans
iuit levita et contempsit quia
lex sanare non potuit Transiit
samaritanus quidam id est
dominus noster ihesus xpistus Ille enim
dictus est Nonne enim verum dicimus
quia samaritanus es et de
monium habes Ille autem non
dixit Non sum samaritanus
sed dixit Ego demonium non
habeo Samarites enim interpretatur
custos Sed diceret non sum sa
maritanus non diceret non sum
custos et quis alius custo
diret Deinde ponens [illegible]
Transiit inquit samarites et
fecit cum illo misericordiam sicut saucius
iacebat inquit in via vulne
ratus quia descendit Tran
siens samaritanus non non
contempsit Curavit nos le
vavit in iumentum in carne
suam perduxit ad stabulum
id est ad ecclesiam Commendavit
stabulario id est apostolo dedit
duos denarios unde curaret
caritatem dei et caritatem
proximi Iussus enim duobus

preceptis tota lex pendet et
prophete Dixit autem stabulario
Si quid amplius erogaveris
in reddendo reddam tibi Am
plius erogavit apostolus qui a
cum omnibus apostolis promissum
esset ut acciperent tamquam
milites xpi stipendia a pro
vincialibus xpi ille manibus
suis laboravit
provincialibus donavit Om
facta sunt si descendimus
et vulnerati sumus ascendamus
cantemus et proficiamus ut
perveniamus Incipit de psalmo
centesimo vicesimo Sexto

Inter omnia cantica quibus
est titulus canticum graduum
iste psalmus aliquid am
plius in titulo accepit quod
additum est salomonis Sic
enim pnotatur Canticum gra
duum salomonis Itaque fratres
nos intentos in vestibulo tytu
lus ceteris ut queramus qua
re sit additum salomonis Nam
quid sit canticum graduum
non opus est sepe repetere
plura enim hinc dicta sunt
quia cantat ascendentes nos
in affectu pietatis et caritatis
ad illam supernam ierusalem cui
suspiramus quamdiu pere
grinamur et ubi letabimur cum
a peregrinacione redierimus
Ascendit ad hanc omnis qui
proficit Cadit ab hac omnis qui
deficit Nec pedibus ascen
dere queras nec pedibus te
descendere putes Amando
deum ascendis Amando se
culum cadis Sunt ergo ista can

tica amancium quodam sancto
desiderio flagrancium ardent
qui ista cantant ex corde que
et iam cor ardens in bonis
in moribus in bona conversacione
in operibus secundum precepta dei in
contemptu temporalium in caritate
et amore Sed quare sic additum
salomonis quantum inspiravit
dominus dicam caritati vestre Sa
lomon erat tempore suo filius
david magnus ille propheta
multa sancta precepta et salubria
monita et divina sacramenta
spiritus sanctus in divinis litteris operatus
est Nam ipse salomon mulierum
amator fuit et reprobatus est
adeo et usque adeo laqueus illi
fuit illa cupiditas ut amulie
ribus et iam ydolis sacrificare
cogeretur Sic de illo scriptura te
stis est Sed si illo cadente que
per illum dicta sunt delerentur
indicaretur quia ipse dixerat
non per illum dicta erant Conpertum
igitur et iam hoc egit misericordia dei
et spiritus eius ut quidquid bo
ni per salomonem dictum est deo tri
buetur peccatum autem hominis homini
Quid mirum quia in populo dei ce
cidit salomon in paradiso non ce
cidit adam Nonne cecidit de ce
lo angelus et dyabolus factus est
Ideo docemur in nullo hominum
spem esse ponendam quia et
iste salomon edificaverat templum
domino in typo quidem et in figura
future ecclesie et corporis domini
Unde dicit in evangelio Solvite
templum hoc et in triduo exci
tabo illud Omnia ergo ipse edi
ficaverat illud templum edificatur

sibi templum. Verus Salomō
dn̄s n̄r ihūs xpūs verꝯ paci
ficus Nomen enī salomonis
interp̄tatur pacificus Est autē
ille verus pacificus de quo dī
apl̄us Ipse est enī pax nostra
qui fecit vtraque vnū Ille est
verus pacificus quid nos pa
rietes ediuerso venientes inse
copulauit quibus factus lapis
angularis venientem p̄plm̄ ex
circumcisione credencium et veni
entem p̄plm̄ ex p̄puciis gencium
et ipsorum credencium fecit vnā
ecclesiam de duobus p̄plis et factus
est illis lapis angularis et
ideo verus pacificus Nam
ergo ille verus salomon a° ille
filius dauid de mulie bersabee
rex israhel figuram gestabat
huius pacifici quādo templum
edificauit ideo ne illū putes
salomonē quia edificauit do
mū deo aliū salomonē tibi
ostendens ista scriptura sic cepit
in psalmo Nisi dn̄s edifica
uerit domū in vanū labora
uerūt edificantes eam Quis
ergo edificauit domū dominus
ihūs xpūs edificat domum
suam laborant multi in edi
ficando sed si non ille edifi
cet in vanū laborant edifi
cantes eam Qui sunt isti qui
laborant edificantes omnes
qui in ecclesia p̄dicant v̄bū dei
ministri sacramentorum dei Omnes
currimus omnes laboramus omnes
edificamus modo et añ nos
cucurrerunt laborauerunt edifica
uerūt Sed nisi dn̄s edifica
uit domū in vanū laborauerunt
edificantes eam Ideo quosdā
videntes ruere apl̄i Et p̄cipue
paulus ait Dies obseruatis et
annos et menses et tempora
Times nos ne forte sine cā
laborauerim in nos Quia no
uerat se intus a domino edifi
cari plangebat istos quia
sine causa laborauerat in eis
Nos ergo loquimur foris ille
edificat intus Quō audiatis
nos aduertimus quid cogitetis
ille solus nouit Qui cogita
ciones v̄ras nouit ipse edifi
cat ipse monet ipse terret ipse
intellectum apit ipse ad fidem
applicat sensum v̄rm̄ Et tamē
laboramus et nos tamquam opa
rij Sed nisi dn̄s edificauerit do
mū in vanum laborauerunt edi
ficantes eam Que autē do
mus dei ipsa et ciuitas do
mus enī dei p̄plus dei quia
domus dei templum dei Et
quid dicit apl̄us Templum
enī dei sanctum est quod estis vos
Omnes autē fideles que est
domus dei non solum qui modo
sunt sed et qui ante nos fue
runt et iam dormierunt et qui
post nos futuri sunt adhuc
qui nasci habent in rebus huma
nis usque in finem seculi con
gregati in vnum fideles innu
merabiles sed dn̄o numerati
de quibus dicit apl̄us Nouit
dn̄s qui sunt eius grana illa
que modo gemunt inter paleas
que massā vnā factura sunt cum
area in fine fuerit ventilata
Omnis ergo numerus fidelium sancto
rum ex hominibus commutandorum vt fiant

equales angelis dei adiuncti et iam ipsis angelis qui modo non peregrinantur sed expectant nos quando a peregrinatione redeamus. Omnes simul unam domum dei facimus et unam civitatem. Ipsa est Jerusalem. Habet custodes. Quomodo habet edificantes, quomodo laborantes ut edificetur, sic habet et custodientes. Nam ad custodiam pertinet quod dicit apostolus: Timeo ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, sic et vestre mentes corrumpantur a castitate que est in Christo. Custodiebat, custos erat, vigilabat quantum poterat super eos quibus preerat. Et episcopi hoc faciunt. Nam ideo altior locus positus est ut ipsi superintendant et tamquam custodiant populum. Nam et grece quod dicitur episcopus, hoc latine superintentor interpretatur, quia superintendit, quia desuper videt. Quomodo enim vinitori altior fit locus ad custodiendam vineam, sic et episcopis altior locus factus est. Et de isto alto loco periculosa redditur ratio, nisi eo corde stemus hic, ut humilitate sub pedibus vestris simus et pro vobis oremus, ut qui novit mentes vestras ipse custodiat, quia nos intrantes possumus videre et exeuntes; adeo autem non videmus quid cogitetis in cordibus vestris, ut neque quid agatis in domibus vestris videre possimus. Quomodo ergo custodimus? Quomodo homines: quantum possumus, quantum accepimus. Et quia nos sicut homines custodimus et perfecte custodire non possumus, ideo sine custode remanebitis?

Absit. Nam ubi est ille de quo dicit: Nisi dominus custodierit civitatem, in vanum laborabat qui edificant eam. Tales custodiunt ecclesiam. Laboramus in custodiendo, sed vanus est labor noster, nisi ille custodiat qui videt cogitationes vestras. Custodit ille cum vigilatis, custodit et cum dormitis. Ille enim dormivit in cruce semel et surrexit. Iam non dormit nec dormitabit qui custodit Israel. Ergo fratres si volumus sub umbra alarum dei custodiri, custodimus vos ex officio dispensationis, sed custodiri volumus vobiscum. Tamquam vobis pastores sumus, sed sub illo pastore vobiscum oves sumus. Tamquam vobis ex hoc loco doctores sumus, sed sub illo uno magistro in hac scola vobiscum condiscipuli sumus. Si volumus custodiri ab illo qui humiliatus est propter nos et exaltatus est ad custodiendos nos, humiles simus. Nemo sibi arroget aliquid. Nemo habet aliquid boni nisi ab illo acceperit qui solus bonus est. Quisquis autem sibi voluit arrogare sapientiam, stultus est. Sit humilis ut veniat sapientia et illuminet illum. Si autem antequam veniat in illo sapientia putat se esse sapientem, ante lucem surgit, in tenebris ambulat. Et quid audit in isto psalmo? Vanum est vobis ante lucem surgere. Quid est in vanum est vobis ante lucem surgere? Si surgitis antequam surgat lux, necesse est ut in vanitate remaneatis, quia in tenebris eritis. Surrexit lux nostra

xpistus. Bonum est tibi ut surgas
post xpistum non surgas ante xpistum
Illi surgunt ante xpistum qui se
volunt preponere xpisto. Et qui sunt
qui se nolunt preponere ad xpistum
qui volunt sit excelsi et ubi
humilis ille fuit. Sint ergo hic
humiles si volunt esse ibi excel-
si ubi xpistus excelsus est. Aut
enim decipiunt qui illi adheserant
fide in quibus et nos sumus
si et nos puro corde in illum
credimus. Pater inquit quos
dedisti michi volo ut ubi ego
sum et ipsi sint mecum. Mag-
num donum magna gratia mag-
na promissio fratres mei. Et quibus non
vult esse cum xpisto ubi est xpistus
sed iam excelsus xpistus vis ibi
esse ubi est excelsus esto humilis
ubi et ille humilis fuit. propterea ait
dicit ipsa lex. Non est discipulus
super magistrum nec servus super
dominum suum. Illi volebant di-
scipuli esse super magistrum et ser-
vi volebant esse super dominum
suum ante lucem volebant surgere
inde vanum ibant quia non post
lucem ibant. Talibus ergo dicit
iste psalmus Vanum est vobis
ante lucem surgere. Tales erant
filii zebedei qui antequam hu-
miliarentur secundum passionem
domini iam sibi loca eligebant
ubi sederent unus ad dexteram
alter ad sinistram ante lucem vo-
lebant surgere. Ideo in vanum
ibant. Revocat illos dominus
ad humilitatem cum audiret
et ait illis Potestis bibere ca-
licem quem ego bibiturus
sum. Ergo debemus similes esse
et vos ante me vultis ex-

celsi. Quo ego eo illuc sequi-
mini. Nam si hinc vultis ne
ego non eo in vanum est vobis
ante lucem surgere. Et petrus
ante lucem surrexerat quando con-
silium domino dare volebat ut n
pateretur pro nobis. Dixit enim
ille de passione sua in qua s
mi fuimus erimus de ipsa humili-
tate similis enim passus est. Cum
ergo de passione sua futura
diceret expavit petrus qui ali
paulo ante dixerat filium dei
timuit ne moreretur et ait ille
Absit a te domine propicius esto
tibi non fiet istud. Ante lucem
volebat surgere et locum consilium
dare. Sed quid fecit dominus fe
illum ut post lucem surgat
Vade post me sathana. Ideo er
enim sathanas quia ante lucem
vis surgere. Vade post me et
ego precedam tu sequeris. Qu
ego et illuc eas non quo tu
vis ire illuc me velis ducere.
Ergo illis qui volebant ante
lucem surgere dicit psalmus
Vanum est vobis ante lucem
surgere. Et quo surgimus cum
fuerimus humiliati. Surgite post-
ea quam sederitis. Surrectio
ecclesia et translatus est ab ini
quis Aliquando in sola domo noe
ecclesia erat et pertulit omnes qui
diluuio perierunt et sola ar
cha natauit in fluctibus et
euasit At sic aliquando in solo
abraham ecclesia erat et quanta
pertulerit nouimus ab iniquis
In solo filio fratris eius loth et
in domo eius in sodomis ecclesia
erat et pertulit sodomorum
iniquitates et peruersitates quo
usque deus eum de medio eorum
liberauit Cepit esse in solo

ysrl etiam protulit pharaone
et egipcios et in ipsa etiam iudei
in ipsis ysrl nubis sanctorum moyses
et ceteri sancti protulerunt magis
iudeos ierusalem ysrl ventum est
et ad dominum ihesum xpistum predica
tum est ewangelium Dixit ipse
Annunciaui et locutus sum mul
tiplicati sunt super numerum Quid
est super numerum non solum illi
qui crediderunt qui pertinere
ad numerum sanctorum sed et super numerum
intrauerunt multi iusti sed plures
iniqui et protulerunt iusti magis
Quando in ecclesia aliquid modo
solum cogno eruat cogno
commemorat Ideo ne minimi
modo etiam uel ne quisquam mira
retur in ecclesia volens esse bonum
membrum ecclesie audiat ipsam
ecclesiam matrem suam dicentem
sibi Sepe expugnauerunt me
a iuventute mea exaggeratus affec
tus sit cepisse psalmum Sepe
expugnauerunt me a iuventute
mea Quasi aliquid iam lo
quebatur videtur non cepisse
sed audisse Vide autem cum his
cogitacionibus et dicent tibi
Multa mala perferimus quanta
scandala crebrescunt cottidie
quanti iniqui intrent ecclesiam
et portemus eos Videat etiam
de quibusdam id est de for
cioribus ne videat querelis
infirmorum et confirmet suis
infirmos et grandes pusil
los Et dicat etiam Sepe ex
pugnauerunt me a iuventute
mea dicat nunc ysrl Sepe ex
pugnauerunt me a iuventute
mea Dicat illud non illud

non illud timent Quo enim va
let quod enim dixisset Sepe exp
ugnauerunt me addidit a iuuen
tute mea Iam modo senectus
ecclesie expugnatur sed non timet
dicat Sepe expugnauerunt
me a iuuentute mea Numquid
ideo non peruenit ad senectutem
quia non cessauerunt illi expug
nando Numquid delere potuit
dicat non ysrl Complet scriptura
etiam de ceteris exemplis et di
cat Sepe expugnauerunt me
a iuventute mea Quare expug
nauerunt ¶ Et enim non potue
runt michi Supra dorsum me
um fabricauerunt peccatores lon
ge fecerunt iniusticiam suam
Quare expugnauerunt Quia
non potuerunt michi Quid est
non potuerunt michi fabricare
Quia non potuerunt michi non
illis consensi ad malum Omnis
enim malus sperat perquirit bo
num quia non illi consensit bonus
ad malum Faciat aliquid ma
li non obiurget eum bonus
est eius Rapiat aliquid ta
ceat cui rapit bonus z salte
loquatur et reprehendat et si
non repetat malus z malus
est qui reprehendit raptorem
et bonus qui rapit Ambule
manducemus et bibamus cras
enim moriemur Contra apostolus
Corrumpunt mores bonos col
loquia mala Sobrii estote iu
sti et nolite peccare Sonat
ubique sonat sermo contradicta
libidinibus At ille amicus libi
dinis sue et inimicus sermoni
contradicenti amice sue infestus

est et odit sermone dei facta
est amica avaricia inimicus
deus Contradicat eum deus
avaricie et vult nihil possi-
deri ab avaricia Ego posside-
re clama Quid vis ab avar-
icia possideri diuitias iubet
lemia iubeo Onus eius grave
est Sarcina mea levis est
Jugum eius asperum Jugum
meum leve Noli velle ab
avaricia possideri Jubet ava-
ricia mare tuo eas et obtem-
peras Jubet ut tenentes pro-
tellisque committas Jubeo ego
intrantem hospitium tuum eo quod
habes des pauperi piger es
ad faciendum ante te opus bonum
et strenuus ad tuo scribendum ma-
re Clama maria imperat fi-
nis quod deus iubet odistis et
quid tum odisse cepit incipit
velle timari eos a quibus
audit bona precepta et velle
persuasiones pravas criminum
querere fratres dei Cum nos
ista dicimus ipsi non faciunt ista
et ista fine que fiunt fine
que non fiunt et que non fiunt
dicuntur fieri et que fiunt bene
dicuntur male fieri et que to-
leramus ad culpam nostram
ampliamus Nos quid rudere
Noli me attendere sermonem
istum attende Ipse loquitur
tibi per quoslibet Esto tu inimicus
es Concordia cum adversario
tuo cito es cum eo in via Ad-
versarium tuum sermone dei fecisti
Noli attendere quia ille tibi
loquitur Malus est per quem
tibi loquitur sed non malus qui
tibi loquitur Sermonem dei
accusa dominum accusa si potes
Creditis fratres huc usque pro-
misse eos de quibus dictum
Sepe oppugnaverunt me a iuven-
tute mea ut etiam ipsum deum
accusare non dubitent Accu-
sas avarum et ille accusat deum
quia fecit avarum Noli avarus
esse et non faciet deus avarum sa-
ne restat quod tua opera mala
cohibere non potes Accusas opera
bona dei displicet tibi creator
et fabricator mundi Non facit
et solem quia multa in fenestris
sunt tendunt de luminaribus
et ad iudicia se trahunt Ope-
rum istorum cohibeamus quia
bona sunt omnia quia bonus
est deus qui fecit omnia ad
laudant illum opera sua con-
siderata quia bona sunt ab
eo qui habet spiritum considerandi
spiritum pietatis et sapientie undique
Deus laudatur ab operibus suis
Omnia illum laudant opera
sua per os trium puerorum in cami-
no igneo Quid pretermiserunt
laudat celum laudant angeli
laudant sydera laudant sol
et luna laudant dies et noc-
tes laudat quidquid germinat
de terra laudat quidquid na-
tat in mari laudat quidquid
in aere volat laudat omnes
montes colles laudat frigo-
ra et estus et omnia cetera
que deus fecit Audistis quia
laudant eum Numquid au-
distis ibi quia deum laudat
avaricia quia deum laudat
luxuria non laudat ista quare

nō ipse illa fecit laudat ibi
homines deum hominis creator
est deus Auaricia opus est
mali hominis homo ipse opus
est dei Et quid wlt deus
occidere in te quod ipse fecisti
et saluare te quem ipse fecit
Noli feneirare tu accusas scri
pturam dicentem Qui pecuniam
suam nō dedit ad vsuram Nō
ergo illud scripsi nō decem mo
primum exit dm audi et ille
illa nō feneirat / forte qui
tibi loquitur nō feneirat Sed
fac quod tibi dicit et tu nō fa
cis iunge illud in regnum Si
nō facit tibi et parit facit
mala que tu facis et dicit
bona que nō facit pater in
ignem fenum ardebit Verbum aut
dei manet ineternum / Nunquid
videt sermo qui tibi pellibus
loquitur Z aut moyses e qui
tibi loquitur id est bonus et
iustus famulus dei aut pha
riseus est in cathedra moysi
sedens Audistis et decipis
Que dicunt facite Que aut
faciunt facere nolite Nō habes
tu vnde te excuses quod sermo
dei tibi loquitur quia nō po
tes interficere sermone dm Di
uina queris eis per quos tibi
loquitur sermo dei Timere quan
tum vis dic quantum vis bla
sphema quantum vis Sepe ex
pugnauit me a iuuentute
mea dicat nō iste Sepe ex
pugnauerunt me a iuuentute
mea Audeat et feneratores
res dicere / Nō habeo aliud
vnde viuam hic michi latro

dicet deprehensus in fauce
hoc et effractor dicet depre
hensus circa mente alienam
hoc michi et leno dicet emens
puellas ad prostitutionem hoc
et maleficus incantans mala
et vendens nequiciam suam
Quidquid tale prohibe contra
rium videant omnes quia non
habent vnde viuant quia inde
se pascunt quasi nō hoc ipsum
in illis maxime puniendum
est quia artem nequicie dile
xerunt vnde victum transigant
inde se noluerunt pascere vnde of
fendunt eum a quo omnes pas
cuntur Sed cum clamamus hec
et dicentes illis Audent se
se nō adhuc attendimus sed se
nō intramus ipsam certam
Clamant inrent audiant /
Sepe expugnauerunt me a iuuen
tute mea et enim nō potuerunt
michi Supra dorsum meum
fabricauerunt peccatores nō po
tuerunt agere ut cum sentencia
fecerunt quod portem Sua peccata
te deum quam optime significa
uit et enim nō potuerunt michi
Supra dorsum meum fabrica
uerunt peccatores Agunt nobiscum
primo ut consenciamus illis ad
facta mala Si nō consenserimus
tolerare nos dicunt Tu ergo
nō potuisti michi ascendere
in dorsum meum portare te
habeo quousque veniat finis /
Dic enim michi est preceptum
est ut fructum afferas cum
tolerancia / Nō te corrigo to
lero te aut forte nō tolero
te corrigis te Sed mente

corriges usque in finem et usque
in finem super dorsum meum
eris veniet enim qui inde te
corripiat veniet tempus mes-
sis veniet finis seculi mittet
deus messores Messores autem
angeli separabunt malos de me-
dio iustorum sicut zizania a tri-
tico frumentum recondent
in horreo paleam autem combu-
rent igni inextinguibili por-
tam quousque potes iam ga-
udeas tu qui es in horreum dei
et securus tanto Saepe expu-
gnaverunt me a iuventute mea
Quid enim michi facere potue-
runt quia expugnaverunt
me a iuventute mea contine-
runt me non oppresserunt value-
runt michi sicut ignis ad aurum
non sicut ignis ad fenum Ignis
enim accedens ad aurum sordes
tollet accedens ad fenum in
cinerem vertit et enim non potue-
runt michi quia non consensi
quia non me fecerunt quales
sunt ipsi Supra dorsum meum
fabricaverunt peccatores longe
fecerunt iniusticiam suam fe-
cerunt quod tolerarem et non fe-
cerunt cui consentirem Iam
ergo iniusticia ipsorum longe
est a me Mali mixti sunt bo-
nis Nostis et probastis et ma-
gis probastis filii mei fueritis(?)
Cum enim crevisset herba et
fructum fecisset tunc appa-
ruit zizania Nulli apparet
messis nisi ei qui sunt boni
Nostis ergo quia mixti sunt
et semper ubique dicat scriptura
quia non separabuntur nisi in fine

Sic quomodo mixti sunt longe sunt
a se Nec quis ergo dico quod
mixti sunt mali inter bonos
putaret iniquitatem esse iniu-
sticiam non potuerunt iniqui
michi id est dixerunt et ma-
le dixerunt manducemus et
bibamus cras enim moriemur
Nam corrumpunt sermones mali
mores bonos Boni quod au-
diunt adeo non [gap] ser-
monibus horum fecerunt michi
peccatores quod portare non tu-
lisseret(?) et facta est iniquitas
eorum longe a me Quid enim
tam prope quam duo homines
in una cathena Quid tam longe
quam iniquitas a iusticia
Ubi enim est consensio ibi propin-
quitas ligantur duo et mitti-
tur ad iudicem latro et alligatur
ille scelleratus ille innocens
Una cathena ligantur et lon-
ge sunt a se Tantum longe
sunt quantum scelus longe est
ab innocencia Ecce isti longe
sunt ab invicem Alius latro
in yspania facit scelera proximus(?)
est qui facit in affrica Quanto
proximus quantum sibi iunguntur
scelus et scelus quanto sibi
iunguntur latro timeat et latro
timeat Nemo ergo timeat
mixtos sibi corpore malos
longe ab illis sit corde et
securus portat quod non timet
longe fecerunt iniusticiam
suam Quid ergo crevit flores(?)
illi qui regnant iniqui et
ut sermonem loquamur vulgi
tonant iniqui extolluntur
in typos et calumpnias Quid

ergo semp hoc n audi q seq
Domin iustus concidet ceruices
pctor Intendat caritas vra
Domin inquit iustus concidet
ceruices pctor Cuius nō con
tremiscat Cuius eni nō pcut
dominus iustus concidet ceruin
ces pctor omnibus qui audi
unt intrat tremor illor nō
credunt scripture dei Si eni
nunc causa tundunt sibi ho
mines pectora mentiunt qz
tundunt pectora si iusti sut
Et ideo quod mentiut ideo
sunt peccatores Si g° vacie
sibi tundunt pectora pctores
sunt Et quis mihi nobis sibi
tundit pectus Et quis nō
fixum nō eludet oculos ad
terram sicut ille publican
et dicit dne pcius esto
michi pctori Si g° omnes
pctores et nemo inuenitur
nunc pctor omnibus timendus
est gladius ineuitabilis q'a
dns iustus concidet ceruices
pctor Non puto fres mei
qui omn pctor sed in mebr
q̄ pcutit ibi designat quos
peccatores percutiat Non eni
dixit dns iustus concidet
manus pctor aut dominus
concidet pedes pctor nō
dixit sed quia pctores sup
bos volebat intelligi Sup
bi aut omis ceruicati sunt
qui nō solum faciunt male
sed ut cognoscere noluit et
quando obiurgantur iustificat
se Ecce fecisti falte agnosce
quid faces Odit deus pcto
rem odeis et tu Contere

deo simul psequi pctam tua
Nunquid ego bene feci deus
male fecit Quid est hic ergo
nichil mali feci inquit quia
fatuus fecit quia mars fecit
quia venus fecit Ergo nichil
mali feci stelle fecerunt Insti
ficas te accusas deum qui
fecit stellas qui ornant ce
lum Itaqz qui iustificas pctam
tua et supbis aduersus deum
quia te facis extra culpam
dum inculpa et tu excusa
ceruicem et curuista contra
deum Sicut scriptum ē i Iob
dicebat de impio peccatore
currens aduersus deum in
crassa ceruice sua et ibi cer
uicem nō curuauit Quia sic
te erigis et nō elidis oclos
ad terram et tundis pectus
et dicas domine pcius esto
michi pctori sed iactas te de
meritis tuis et nis incidunt
deus iudicas contende mecu
se mecum iudicium cum deas
in reatu tuo satis face deo
et clamare ad illum q̄ cla
mat malo psalmo Si iniq
tates obseruaueris dne dne
qui sustinebit Clamare ad
illum q̄ clamat malo pbo
Ego dixi dne misere mei sa
na animam meam qz pctaui
tibi Cum hec nō vis dicere
sed iustificas facta tua adu
sus sermone dei venit ire q̄
sequitur scriptura et dicit Domin
iustus concidet ceruices pec
cator confundantur et conuer
tantur retrorsum omnes qui ode
runt syon Qui oderunt syon

oderunt eciam Syon ecclesia est
Et qui intrant in ecclesiam ficte
oderunt eciam Qui noluit
observare verba dei oderunt
eciam Sed supra dorsum fab-
ricaverunt Quid factura est ecclesia
nisi portatura usque in finem
Sed quod de illis sequitur dicit
fiant sicut fenum tectorum quod
prius quam evellatur aruit fe-
num tectorum herbam que nascitur
in tectis in solario integulato in
alto videtur et radicem non habet
Multo melius humilis nasceretur
et lecius viresceret Modo nascitur
alcius ad celeriorem ariditatem
Non dum divulsum est et aruit
Non dum puniti sunt iudi-
cio dei et iam non habent succum
viriditatis Attendite opera ipsorum
et videte quia aruerunt Sed
vivunt et hic sunt Non dum ergo
avulsi sunt aruerunt Sed non
dum avulsi sunt facti sunt sicut
fenum tectorum quod prius quam
evellatur aruit et venient
messores sed non de illis implent
manipulos Venturi sunt enim
messores et colligentur sicut tri-
ticum in horreum zizania alli-
gabunt et mittent in ignem
Sic et fenum tectorum dum purgatur
et quidquid inde evellitur in igne
mittitur quia et prius quam evel-
leretur aruit Non inde implet
messor manus Sequitur enim et
dicit Non implebit manum suam
messor et sinum suum qui mani-
pulos colligit Messores autem
angeli sunt dominus dicit Et
non dixerunt transeuntes viam
benedictio domini super nos benediximus

vobis in nomine domini Nostis
enim fratres qui transeunt
est consuetudo ut dicatur illis
benedictio domini super nos et magis
ista consuetudo erat in gente
iudeorum Nemo transibat et vide-
bat aliquos facere aliquod opus
in agro vel in vinea vel in messe
in aliquid huiusmodi non licebat tran-
sire sine benedictione Alii sunt
qui manipulos colligunt Alii
sunt transeuntes viam qui ma-
nipulos colligunt non de illis
replent manus quia non colli-
gentur ad horreum fenum tectorum
qui sunt qui manipulos colli-
gunt messores Qui sunt mes-
sores dominus dixit Messores
sunt autem angeli qui sunt tran-
seuntes illi qui iam per viam istam
transierunt hinc ad patriam apostoli
transeuntes erant et quos benedixe-
runt prophete et apostoli illos in quibus
radicem caritatis viderunt Illos
autem invenerunt in tectis eminere
et superbire
dixerunt contra illos qui super-
erant Benedictionem autem su-
per eos non dederunt Ergo istos
omnes malos quos portat
ecclesia qui legitis in scripturis in-
venimus maledictos despera-
tos ad antiquum prius et ad
impleta in malicia [illegible]
Dicatur de illis Nam non omnis
qui dicit michi domine domine
intrabit in regnum celorum Vel-
lam in Bein septimam que de
illis hic loquatur quia transeun-
tes viam non illos benedixerunt
Transierunt prophete omnia de illis
maledixerunt Ecce et iste que

portamus dauid tusit viam
audistis quid deillis dicat dns
iustus concidet ceruices pctor
confundantur et auertantur retror
sum omnes qui oderunt syon fi
ant sicut fenum tectorum quod priusquam
euellatur aruit Non reple
bit manum suam messor et sinum
suum qui manipulos colligit h
deillis dixit Non quod sup illos
iste cursicus bndicat et imple
tum est etiam pillud quod ipse dixit
Et non dixerunt transeuntes via
bndiximus vos in nomine domini
et isti transeuntes sunt prophete sunt
patriarche sunt apli quicunque tran
sierunt si bene viuimus fratres
bndixerunt nos in nomine domini
Audio me inquit bndixit pa
ulus qui bndixit pe
trus Attendite inquit inde
si bene viuis et inde ibi bene
dicam te fuisse Omnes bni viuentes
bndixerunt Et quos bndixerunt
in nomine dni non in nomine suo
sicut heretici Nam enim dicunt quod
nos damus hoc est sanctum in suo
nomine suo volunt bndicere non
innomine dni Nam autem dicunt
non sanctificat nisi deus nec
quisquam est bonus nisi dono
dei isti innomine dni bndicunt
non in nomine suo Omnia amici
sunt sponsi nolunt esse adul
teri sponse cristi addnm Incipit
depsalmo centesimo xxix cc

O nomiam nos non solum ocu
lis corporis sed et corde
vigilare psummus intelliget
nos cantare oportet De psfundo
clamaui adte domine domine
exaudi vocem meam Et enim
het vox ascendentis z ptinens
adcanticum graduum debet ita
quod vnus quisque incipiat videre inquo
psfundo sit dequo clamet addnm
Clamauit depsfundo ionas
debentre ceti Erat non solum
sub fluctibus verum etiam immitte
bilis belue Nec tamen illud
corpus et illi fluctus inter cla
userunt orationem ne puenirent ad
deum et ueniret non po
tuit terre depcantis penetra
uit omnia disrupit omnia puenit
adaures dei Si tamen dicend
est quia disruptis omnibus puenit
ad aures dei quia aures dei in
corde precantis erant Ubi enim
deum putem non habet cuius fide
lis est vox vnita et nos deum
intellige dequo psfundo clame
mus addeum psfundum enim nobis
vita ista mortalis Quisquis
sunt inpsfundo et intellexerit
clamat gemit suspirat donec
depsfundo eruatur et veniat
addeum qui sup omnes abyssos
solet super cherubin sup omnia
que creauit non solum corporalia
sed etiam spiritualia donec adeum
veniat anima donec ab illo
liberetur ymago ipsius que est homo
qui inhoc psfundo terrumque assi
duis fluctibus coagitata de
trita est et nisi renouetur et re
petur adeo qui illam inpsfi
quando formauit hominem ydoneus
potuit esse homo adcasum
suum non est ydoneus adresur
rectionem suam Semper inpsfundo
est nisi liberetur ut dixi semper
inpsfundo est nisi liberetur Sed
enim inpsfundo clamat surgit

de profundo et ipse ille clamor
non enim permittit multo minus
esse valde enim in profundo sunt
qui nec clamant de profundo
dicit scriptura peccator cum vene
rit in profundum malorum contempnit
Jam videte fratres quale profund
sit ubi est contempnit Cum
quisque viderit se cottidianis
peccatis obrutum aceruis qui
busdam et mollibus quibusdam
iniquitatum sunt non deum illi
fuerit ut dum regit invidet
Omnibus modis primo dicit si
deo displicerent facinora ego
vincerem Si curaret deus res
humanas ad tanta scelera que
feci non solum vincerem sed et
bene michi esset Solet enim
hoc illis euenire qui multum
in profundo sunt et proficiuntur
in iniquitatibus suis et tanto ma
gis in profundo mergiuntur quanto
magis videntur esse felices fal
lax enim felicitas ipsa est maior
infelicitas Deinde hoc solent
homines dicere Jam qui multa
feci et dampnatorum in venit
hoc perdo quod non facio quidquid
possum Quod solent desperati ho
mines vel latrones dicere Sit
me occisurus et iudex perdo tem
homicidii quod per quoniam probus
Quare non iam quidquid michi
occurrit facit hoc est peccator cum
venit in profundum malorum contemp
nit Sed dominus ihesus christus qui
nec profunda nostra contempsit quo
usque ad istam vitam venire
dignatus est promittens remissio
nem omnium peccatorum etiam de profundo
excitavit hominem ut clama

ret de profundo sub molibus peccatorum
et perveniret vox peccatoris ad deum
Unde clamantes iam de profundo
malorum et iniuste quia vox pec
catoris clamat de profundo De pro
fundis clamavi ad te domine
domine exaudi vocem meam [Fiant
aures tue intendentes in vocem
deprecationis mee] Unde clamat
de profundo Quis est ergo qui cla
mat peccator et quare clamat
quia qui venit solvere peccata de
dit spem etiam in profundo posito
peccatori Ideo quid sequatur post
istas voces [Si iniquitates ob
servaveris domine domine quis su
stinebit] Ecce aperuit de quo pro
fundo clamaret Clamat enim
sub molibus et fluctibus ini
quitatum suarum circumspexit se circum
spexit vitam suam vidit illam
undique flagitiis et facinoribus
coopertam Quocumque respexit
nichil in se bonum invenit nichil
iusticie illi serenum potuit occurrere
Et cum tanta et tam multa
peccata undique et tantas sce
lerum suorum videret tanquam
expavescens exclamavit Si
iniquitates observaveris domine domine
quis sustinebit Non dixit ego
non sustinebo sed quis sustine
bit Vidit enim pene totam vitam
humanam peccati
sui accusari omnes conscientias
cogitationibus suis non inve
niri cor castum presumens de
iusticia sua Si ergo castum
cor non potest inveniri quod presu
mat de iusticia sua presumat
omnium corda de misericordia dei et dicat
deo Si iniquitates observaveris

domine domine quis sustinebit.
Quare autem spes est? Quia apud
te propiciacio est. Et que est ista
propiciacio nisi sacrificium et quod
est sacrificium nisi quod pro nobis
oblatum est sanguis innocens
fusus delevit omnia peccata nocen-
cium precium tantum datum rede-
mit omnes captivos de manu
captivitatis inimici. Ergo est
apud te propiciacio est. Utramque non
esset apud te propiciacio non in-
dex solum esse velles et mise-
ricors esse nolles observares
omnes iniquitates nostras et que-
reres eas. Quis sustineret quis
ante te staret et diceret innocens
sum quis staret in iudicio tuo.
Spes ergo una est quoniam apud te
propiciacio est. Propter legem tuam
sustinui te domine. Quam le-
gem querens facit data est
lex sancta iusta bona iudeis. Sed
reos eos potuit facere. Non da-
ta est lex que possit vivifica-
re sed que ostenderet peccata peccator
peccator etiam oblitus erat se non
videbat se fecit reum lex li-
beravit lator legis lator enim
legis imperator est lex data est
que terreat et constringat in
reatum. Et non solvit lex ap-
tatis sed ostendit peccata. Et forte
sub ipsa lege positus animadver-
tit iste in profundo quanta fecit
esse legem et sic exclamavit
dicens. Si iniquitates observa-
veris domine domine quis sustine-
bit. Est ergo lex nostre dei
lex propiciacionis dei. Illa timo-
ris fuit. Est alia lex caritatis
dat veniam peccatis delet

preterita admonet de futuris in via
non deserit comitem. Comes sit
ei quem educit in via. Sed cum
cordandum est cum adversario
dum in via cum illo. Est enim
sermo dei adversarius tuus quando
dum cum illo non concordas. Con-
cordas autem cum cepit te de-
lectare facere quod dicit sermo dei.
Iam qui erat adversarius fit
amicus. Sic finita via non erit
qui te tradat iudici. Ergo propter
legem tuam sustinui te domine
quia dignatus es legem nostre
afferre michi dimittere omnia
peccata mea dare michi decre-
te monita ne te offendam. In
ipsis monitis si quid forte
titubavero dedisti michi reme-
dium qui te orem dicens Dimit-
te nobis debita nostra sicut et
nos dimittimus debitoribus
nostris. Hanc legem statuisti mi-
chi ut quando dimitto dimittatur
michi. Propter hanc legem susti-
nui te domine expectans quando
venias et liberes ab omni ne-
cessitate quia in ipsa necessitate
non reservasti legem nostram.
Audi quam legem dicat. Sed
non dum intellexisti quod legem
modo dicat caritatis. Apostolum au-
di. Invicem honera vestra por-
tate et sic implebitis legem
Christi. Qui portant invicem omnia
sua nisi qui habent caritatem qui
non habent caritatem portat se.
Licet te aliquis petit veniam
Si non dimittis non portas
omnes fratres mei. Si dimittis
portas infirmum et tu si forte
in aliqua infirmitate cecideris

quasi homo opteet ut sic te por
tet et ille quemadmodum et tu
Audi quid prosequit fratres inquit
si preoccupatus fuerit homo ali-
quo delicto vos qui spirituales estis
instruite huiusmodi in spiritu levitatis et
ne forte quia spirituales inveniat
nil ut se curari sibi videatur contra
immo subiciat intendens teipsum
ne et tu tempteris Deinde quod
commemoravi subiunxit Alter al-
terius onera portate et sic im-
plebitis legem christi Unde dicit
Propter legem tuam sustinui te
domine Dicitur cervi qui transeunt
in proximas insulas sicut pastus
gratia capita sup iniicem ponere
Unus qui ante est plus por
tat caput et non ponit super
alterum Sed cum et ipse deficit
tollit se ab anteriore parte redit
postius ut et ipse in alto req-
escat et sic portant omnes omnia
sua et perveniunt adque desiderant
et non paciuntur naufra-
gium quia quasi navis est illis
caritas portat onera sed non
timet ne obruetur oneribus
talibus Nec peccatis suis unus-
quisque premetur attendat Verum
quando portas infirmitatem fratris
tui non ea te onerant peccata
ipsius plane si conscientia ta-
tua te premit non alterius Nun-
quis enim consenserit peccatori
non alienis sed suis gravatur
Consensio enim ad peccatum alterius
tum fit peccatum et non est quare
queraris quod peccata aliena
te premant Dicitur enim tibi
te sed tua vidisti
furem et currebas cum eo

Quid est hoc pedibus ambu
lasti ad furtum uno mente
cucurristi te furto Quod ipsius
plenum erat factum est et tuum
quia placuit et tibi Si autem
displicuerit tibi et oraveris
pro eo et desperatus veniam dedis
ut possis libera fronte dicere
in precibus tuis quas tibi iuris-
peritus celestis dictavit Dimitte
nobis debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris
Didicisti portare onera fratris
tui ut et alius portet si qua
sunt tua et fiat in nobis quod
ait apostolus Invicem omnia vestra
portate et sic implebitis le-
gem christi Ita securus caritas
quod modo dictum est propter legem
tuam sustinui te domine hanc
autem legem qui non servat nec
sustinet diu Nec si velit su-
stinere causa et quare sustineat
In aliud sustinet / Venturus
est enim dominus et inventurus
peccata tua Quod autem perfecta
iusticia invisa non es inven-
turus homicida forte quia
sunt enim et valde maiora
Non es inventurus adulter
non es inventurus fur non es
inventurus raptor non es in
venturus maleficus non es
inventurus ydolatra non es
ita inventurus Nichil ergo
inventurus Audi sermonem
ewangelii Nam dixit fratri
suo fatue Absistis enim peccatis
lingue in maximis enim
abstinet Sed forte dicis parva
sunt Reus erit inquit
gehenne ignis Si parum tibi

videtur aut modicum fratri
dicere fatue vel gehenna igitur
videtur tibi magna Si contemp
nebas minimus peccatum vel pene
magnitudine deterere Sed dic
maiora sunt sine quibus non
potest ista vita esse Congere
et faciunt ingentem
acervum grana et grana minu
ta sunt et tamen massam faciunt
Et minuta sed flumina
implent et moles trahunt
Ideo et ille considerans quod
multa in vita peccata cottidiana
committat homo si nichil aliud
vel cogitationes et lingua acce
dit quod multa sunt videt per
multa minuta fieri acervum
magnum et non quasi peccata
sua pessima cogitans sed ipsa
fragilitate humana iam aperte ait
Deus clamat De profundis cla
mavi ad te domine Domine exau
di vocem meam fiant aures
tue intendentes in vocem de
precationis mee Si iniquitates
observaveris domine domine quis
sustinebit Possum vitare
homicidia adulteria rapi
nas periuria maleficia ydola
tria numquid et peccata lingue
numquid et peccata cordis Scriptum
est peccatum iniquitas est Quis
ergo sustinebit si tu iniqui
tates observaveris si nobiscum
senseris iudex agere nolumus
non in[...]ria [...]ericors pater
quis sta[...]b[...]bit ante oculos
tuos S[...] est apud te propi
ciatio [...]propter legem tuam
sustinui te domine Que lex
est ista In vicem onera vestra

portate et sic implebitis legem
Christi Qui non portant invicem onera
sua qui fideliter dicunt dimitte
nobis debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris
Sustinuit anima mea in verbum
tuum homo sustinet nisi qui
nondum accepit quod promissum est
Iam qui iam accepit qui su
stinet accepimus remissionem
peccatorum sed promissum est nobis
regnum celorum debita nostra
deleta sunt sed merces nostra
adhuc futura est Accepimus ve
niam sed etiam vitam nondum
tenemus Sed qui dedit ve
niam ipse promisit et vitam
etiam Si verbum hominis esset
debemus timere Quia verbum
dei est non fallit Securi ergo
speramus in verbo eius quod fal
lere non potest Speravit anima
mea in dominum a vigilia matu
tina usque ad noctem Quid est
quod ait uno die speravit in
dominum et finita est tota spes
nostra a vigilia matutina
usque ad noctem speravit in dominum
Ista vigilia matutina finis
noctis est hinc usque ad noctem
speravit anima mea in dominum
Ergo intelligendum est ne
putemus uno die sperandum
esse in deum a vigilia matu
tina usque ad noctem Quid
ergo fratres putatis hoc esse
A vigilia matutina usque ad
noctem speravit in dominum quia
dominus per quem nobis dimissa
sunt peccata in vigilia ma
tutina resurrexit a mortuis
ut hoc speremus in nobis futurum

quod p̄cessit in dn̄o Jam enī
pc̄ca nr̄a dimissa sunt sed nō
dum resurreximus Si nodū
resurreximus nondum in nob
fcm̄ est quod p̄cessit in capite
nr̄o Quid p̄cessit in capite no
stro quia et caro ipius capitis
resurrexit Si ipius capitis
nō quod mortuus est q̄ven
mortuū est resurrexit Resur
rexit aūt tercia die et quo
dam modo hoc nobis dixit
domin9 quod in me vidistis spe
rate in idem quia erit resur
rectio resurgentis resurge9
et nos Sed deus qui dicit
Ecce resurrexit dns̄ nunq̄d
ipsa spandum ē ut ne poss
resurgere vtiq3 ipsa Jnhoc
enī resurrexit domin9 quod
cāc accepit Non enī resurge
ret mortuus Non aūt mor
tuus esset nisi carnē porta
ret Quid accepit cāc domin9
carnem Quid venit ipe vbū
dei quod erat ante omnia
p quod facta sunt omīa Sed
hīc accipet ab ipe aliquid nō
dum caro fcm̄ ē et habitauit
in nobis Hic cepit ab ipe qd
offerret p̄te Quid accepit ab
ipe quod offerret p̄te Quo
accepit cāc famulos q̄ p̄ te
offerat quo nos placare dm̄
accepit quod p nobis offerat
Accepit enī a nobis carnem
Jn ipa carne victima fcūs ē
holocaustum fcūs ē sacrificiū
fcūs est in passione fcūs ē sa
crificium in resurrectōe inno
uauit illud q̄ occisum ē et
tanquā primicias dedit deo

et ait tibi Consecrata sunt o
iam tua q̄ndo tales primici
dete date sunt deo Spa erg
et inte futurē quod p̄ceess
in primicijs tuis Ergo quia ill
a vigilia matutina cepit aūd
nostra ꝯ hoc spare Et quo
usq3 in nocte quousq3 moria
Omnis enī mors nr̄a carnali
quasi somnus ē Cepisti spare
ꝯquo resurrexit domin9 no
deficiē spare quousq3 ꝯcal
Ab hac uita Nam si nō usq3 a
noctem spaueris Sunt enī hoī
qui incipiūt spare sed nō p
nerant usq3 ad noctem Jncip
iunt pati tribulacōnes aliq̄s
Jncipiūt pati temptacōnes vi
dent homines malos et iniqu
felicitate temporali pollē Et
q̄m talia spabant de domin
ut hic essent felices Atten
dunt eos qui scelera sua fec
rūt habere quod ipi habere
desiderabant et deficiūt pe
des eoꝝ et deficiūt spare in
dūm quare quia nō a vigil
matutina ceperunt spare Quid
est hoc nō hoc ceperunt spare
de dn̄o quod p̄cessit in dn̄o
Ab illa vigilia matutina s
spabunt de dn̄o ut si essent
xp̄iani haberent plena domi
frumento vino oleo auro arg
to nullus eoꝝ moreretur in ma
turus Si quis ... nō haberet
filios accipet ... sibi bu
rem Si nō du... ... vixisset d
ceret Nō
nō solum aliqua ... mulier m
domo eius sed nec pecus ei
nō   ei9 nō

grandmaret' vinea eius Cum
se spabat indum amadnertit
hijs rebus hinndare eos qui
no colebant deum et defece
rut pedes eius et no spaint
usque adnoctem quia no cepit
a vigilia matutina Cuius g°
se incipit a vigilia matutina
sparare qui hoc spat de domino
quod cepit ostendere a vigilia
matutina in qua resurrexit
Antea eni nemo resurrexit
semp victurus Intendat cari
tas vra Resuscitati sut mor
tui ante adventum dni Vra
et helias resuscitaverunt mortuu
Et heliseus sed resurrexerunt
itu morituri Dominus ipse quos
resuscitavit morituri resurre
xerunt Sive ille iuvenis filius
vidue sive illa puella duodecim
annorum filia archisinagogi
sive lazarus aliter resuscitati
sunt oms morituri Semel
nati sunt et bis mortui sunt
Nemo resurrexit nunq mori
turus nisi dns Nudo aut
resurrexit dns no q morituri
rus a vigilia matutina hec spa
et tu de domino resurrectur
te no quo lazarus resurrexit
no quo filius vidue et archi
sinagogi filia resurrexerunt
no quo quos suscitaverunt
antiqui prophe Sed resurrectum
te spa quo dns ut post resur
rectionem qua resurrexis non
iam timeas mortem et cepi
sti sperare a vigilia matutina
spa aut usque in nocte quousque
finiatur hec vita quousque sic
sit dimissi quibus hijdam i otia

su seli Quare hucusque quia p9
istam noctem iam no erit spes
sed ipa res Spes eni que videtur
no est spes Apostolus dicit Quod
eni videt quis hec spat Si aut
q no videmus spamus p pacie
ciam expectamus Si g° paci
ent' expectare debemus q d
no videmus usque adnoctem
speremus id est usque in fine huius
vite nre vel seculi Cum aut
nox ista transierit iam veniet
quod spabamus et iam no spa
bimus nec tamen desperati erimus
Est eni anticipacio desperatorum
et … aliquid detestamur homines
et … dicimus no habet spem
Nos … semp malum est no ha
be … spem in hac vita cum summum
… malum est no habere spem
Nam eni modo spem no habet
rem postea no habebit g° nos
spem debemus habere Sed cum
res venerit nunquid spes erit
Quod eni videt quis hec spat
Veniet dns deus in primo
formam ipam in qua … cru
cifixus est et resurrexit … de
monstraturus generi h… u
mano ut videant pij et impij
Illi videant et gratulentur
in venisse se quod crediderunt
antequam viderent et illi eru
bescant no credidisse q vide
bunt Erubescentes dampna
bunt' et gratulati coronabunt'
Dicetur confusis Ite in igne
eternum qui paratus est dyabolo
et angelis eius dicet' gaude
tibus Venite benedicti patris mei
percipite regnum q vobis paratum
est ab origine mundi Quod

cium accepit iam spes non erit
quia res tenebitur. Insperata gaudio
spe turbit novilla. Sed donec
fuerit a vigilia matutina usque
ad noctem sperat anima mea in dominum
et redit ad illud. A vigilia ma
tutina usque ad noctem speravit
anima mea in dominum. Sed quid spera
re a vigilia matutina sperat israel
in dominum. Non solum sperat israel in
dominum sed a vigilia matutina
sperat israel. Ergo culpe spe sali
qui speratur de deo. Non. Sed ad
spes est israel propria non propo
sito bono sperat israel divicias
non salutem corporis non ... ha
bundancia tereno est uno ... tri
bulacionum hic sicuti nobis est ... si
forte contigerit illi propter ... be
ritatem pati aliquas in ... o
lestias. Non enim non sperabat in
dominum martires et tamen talia
sunt passi qualia latrones que
lia nunquam subrepti ad bestias
ignibus concremati gladio p
cu ... isti ungulis exarati carce
ribus ... abstracti carcere necati. Illa
o... omnia mala passi non spera
b... ant in dominum aut ideo spera
bant ut istis malis carentes
hac vita fruerentur. Non plane
quia a vigilia matutina spera
bant. Quid est hoc considera
bant illam vigiliam matutinam
qua resurrexit dominus eorum
et videbant quia antequam
resurrexit talia et ipse passus
erat qualia et ipsi patiebantur
et non desperabunt etiam se post
tales passiones resurrecturos
ad vitam eternam. Speravit israel
in dominum a vigilia matutina
usque ad noctem. Quia apud do
minum misericordia et multa apud illum rede
mptio. Magnifice melius dici
non posset loco suo propter illud
quod dixit a vigilia matutina
sperat israel in domino. Quare quia
a vigilia matutina surrexit
dominus et hoc debet sperare cor
pus quod in capite precessit.
Sed ne suggereratur ista cogitatio
capiti licuit resurgere quia peccatis
non premebatur. Nullum peccatum
erat in illo. Quid nos sanati
simus sperabimus talem resurre
ctionem qualis in domino precessit
tamen peccatis nostris aggravemur.
Sed inde quid sequitur. Quia
apud dominum misericordia et multa apud
illum redemptio. Et ipse re
dimet israel ab omnibus iniquitatibus
eius. Ergo si premebatur peccatis
suis adest misericordia dei. Ideo pre
cessit ille sine peccato ut deleat
peccata sequentium. Nolite in vos
presumere sed a vigilia matu
tina presumere videte capud
vestrum surrexisse et ascendisse
in celum. In illo culpa non
erat sed per illum nostre culpe
delebuntur. Ipse redimet israel
ab omnibus iniquitatibus eius
quia israel vendere se potuit
et fieri venundatus sub peccato
redimere se ab iniquitatibus
non potest. Ille potuit redimere
qui se non potuit quia non commisit
peccatum. Ipse est redemptor a peccato
ipse redimet israel. Unde redimet
israel. Unde redimet ab
illa iniquitate ab omnibus ini
quitatibus suis. Non ergo timeat
accessurus ad dominum aliquas

iniquitates suas tamquam eas in
cendat pleno corde et desina
at iam facere que faciebat et
non dicat illud iniquitas non
michi dimittetur. Si enim hoc di
xerit propter ipsam quam putat
sibi non dimitti non se committit
et faciendo certa non illi dimitti
tur et illud quod non timebat
Nimis feci inquit scelus magnum
et non michi dimitti iam facia
mus. Hoc enim perdis quod non facio
Noli timere in profundo es noli
contempnere. De profundis clama
ad deum et dic. Si iniquitates
observaveris domine domine quis
sustinebit. Observa illum et
sustine propter legem ipsius
quam legem tibi dedit.
Dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debito
ribus nostris. Spera te resurrec
turum et time finem omnimodo
sine peccato quia ille resurrexit
qui prius fuit sine peccato. A vi
gilia matutina spera. Noli dicere
ego non sum dignus ut peccata
non es dignus sed multa apud
illum redempcio et ipse re
dimet israel ab omnibus iniqui
tatibus eius etc. Incipit trac
tatus de psalmo C xxx.

In isto psalmo commendatur nobis
humilitas servi dei et fidelis
cuius voce cantatur quod est uni
versum corpus christi. Sepe enim
admonuimus caritatem vestram
non quasi unius hominis canta
tis vocem accipi debere sed
omnium qui sunt in christi corpore et
quia in illius corpore sunt
omnes tamquam unus homo loquitur
et ipse est unus qui et multi
sunt. Multi enim sunt in se ipsis
unus sunt in illo qui unus est. Ipse
est ipsum est etiam templum
dei de quo apostolus dicit. Templum
enim dei sanctum est quod estis
vos omnes qui credunt in christum
et sic credunt ut diligant. Hoc
est enim credere in christum diligere
christum non quomodo demones crede
bant sed non diligebant. Et ideo
quamvis crederent dicebant
Quid nobis et tibi fili dei. Nos
autem sic credamus ut in ipsum
credamus diligentes eum
et non dicamus. Quid nobis et
tibi est. Sed dicamus potius
ad te pertinemus tu nos emisti
Omnes ergo qui sic credunt
tamquam lapides sunt vivi quibus
templum dei edificatur et tamquam
ligna imputribilia quibus archa
illa compacta est que in diluvio
mergi non potuit. Hoc autem tem
plum est ipsi homines ubi rogatur
deus et exaudit. Quisquis
enim preter templum dei oraverit
deum non exauditur ad illam
pacem superiam urbem et non
exauditur ad quedam tempora
lia que deus et paganis
donavit. Nam et ipsi demo
nes exauditi sunt ut irent
in porcos. Et audivi ad vitam
etiam aliud est. Vere concedi
nisi ei qui in templo dei orat
Ille autem in templo dei orat qui
orat in pace ecclesie in unitate
corporis christi quod corpus christi constat
ex multis credentibus in toto
orbe terrarum et ideo exauditur
quia orat in templo. Ipse enim

orat in spiritu et veritate qui orat in
pace ecclesie non in illo templo quod
figura erat. Secundum figuram
enim dominus exclusit homines
de templo illos qui sua quere
bant idest qui propter emendum
et vendendum ibant in tem
plum manifestum scilicet quia et
corpus christi quod est verum templum
cuius illa ymago erat hic per
mixtos ementes et venden
tes idest sua querentes non
que ihesu christi. Sed excludunt
inde de flagello resticule re
stis enim peccata significat. Sicut
dicitur per prophetam Ve eis qui trahunt
peccata

qui addunt peccata
peccatis. Sicut cum fecerunt unum
peccatum ut cooperiant illud faciunt
alterum. Quomodo enim ut restis fiat
additur sparcum non autem in
rectum sed torquetur. Sic omnia
ista facta que sunt peccata cum
adduntur sibi et peccatum ad peccatum
adnectitur fit restis longa
quorum semita prava et fructuosi
gressus eorum. Quo valet autem
ista restis nisi unde ligantur
ei manus et pedes et proiciatur
in tenebras exteriores. Commemini
stis enim dictum est de quodam
peccatore in ewangelio ligate illi ma
nus et pedes et proicite eum in
tenebras exteriores ibi erit fle
tus et stridor dentium. Non esset
unde illi ligarentur manus et
pedes nisi ipsi sibi restem feci
ssent unde et aptissime alio
loco scriptum est funiculis peccatorum
suorum unusquisque restringitur.
Ergo quia de peccatis suis homines

vapulant. Ideo dominus flagel
lum de resticula fecit et inde
exclausit de templo omnes qui
sua querebant non que ihesu christi.
Huius ergo templi vox est in psalmo.
In hoc templo ut dixi rogatur
deus et exaudit in spiritu et ve
ritate non in illo corporali. Nam
illic umbra erat in qua demon
straretur quod venturum erat. Ideo
illud iam cecidit. Cecidit ergo
domus orationis nostre. Absit. Non
enim illud templum quod cecidit
hoc potuit dici domus orationis
de qua dictum est domus mea
domus orationis vocabitur omnibus
gentibus. Audistis enim quid dicit
dominus ihesus christus. Scriptum est
domus mea domus orationis
vocabitur omnibus gentibus. Vos
autem fecistis illam speluncam la
tronum. Numquid illi qui volu
erunt facere domum dei speluncam
latronum fecerunt ut rueret
templum. Sic et illi qui ma
le vivunt in ecclesia catholica quan
tum in ipsis est domum dei volunt
facere speluncam latronum
nec ideo evertunt templum. Ve
niet enim tempus quando de re
ste peccatorum suorum foras mit
tantur. Hoc autem templum dei
hoc autem corpus christi scilicet congre
gacio fidelium unam vocem habet
et tamquam unus homo cantat
in psalmo. Eius vocem iam in
multis psalmis audivimus
audiamus et in isto. Si volumus
nostra vox est. Si nolumus auri
bus audimus cantantem et corde
cantamus. Si autem nolumus
erimus in illo templo tamquam

ementes et vendentes id est iniqui quientes. Intramus etiam nos ad ea que placent oculis dei videre. Ergo in murmure nostro quisquis audiat utrum audiat et videat utrum audiat et post ponat ut exaudiat et componat id est senciat hic vocem suam et adiungat vocem cordis sui voci psalmi huius. Tamen nos psalmum tacet nos instruatur qui possunt ymo qui non sunt qui non sunt non impediunt. Commendatur nobis humilitas inde cepit. Domine non est exaltatum cor meum. Sacrificium obtulit. Unde probamus quia sacrificium obtulit quia humilitas cordis sacrificium est. Dicit in alio psalmo. Nam si voluisses sacrificium dedissem utique. David volebat facere deo pro peccatis suis propiciare illum volebat ut acciperet indulgenciam peccatorum et quasi querens unde illum propiciaret si voluisses inquit sacrificium dedissem utique holocaustis non delectaberis. Ergo superflue aut arietes aut thauros aut aliquam talem victimam unde placaretur deus. Quid ergo quia holocaustis non delectatur deus non accipit sacrificium et sine sacrificio placatur si nullum sacrificium est nullus sacerdos. Si autem habemus sacerdotem in celis qui pro nobis interpellat patrem intravit enim in sancta sanctorum interiora veli quo non intrabat sacerdos in figura nisi semel in anno. Dicit et dominus in toto tempore semel oblatus est. Ipse obtulit se ipse sacerdos ipse victima intravit in sancta sanctorum semel et iam non moritur nec mors ei ultra non dominabitur. Securi sumus quia habemus sacerdotem ibi offeramus et hostiam. Videamus quod sacrificium debemus offerre quia holocaustis non delectatur deus. Sicut audistis in psalmo. Sed ibi sequitur et ostendit quid offerat. Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et humiliatum deus non spernit. Si ergo humiliatum cor sacrificium deo est sacrificium obtulit qui dixit Domine non est exaltatum cor meum. Vide alio loco se offerentem dicat deo Vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea. Domine non est exaltatum cor meum neque in altum elati sunt oculi mei. Neque ingressus sum in magnis neque in mirabilibus super me. Hoc planius dicitur et audiatur. Non sum superbus nolui quasi mirabilibus innotescere hominibus et querere aliquid super vires meas unde me aput imperitos iactarem. Intendat caritas vestra. Magna res commendatur quo Simon ille magus in mirabilibus ingredi volebat super se. Ideo plus illum delectavit potencia apostolorum quam iusticia christianorum. Et ubi vidit per manus imposicionem apostolorum et per oracionem eorum demum dari fidelibus spiritum sanctum. Et quia tunc per miraculum demonstrabatur

adventus spiritus sancti ut linguis
loquerentur quas non didicerant omnes
super quos veniebat spiritus sanctus
Nec ideo modo non datur spiritus
sanctus quia linguis non loquun-
tur credunt Ideo enim tunc opor-
tebat ut linguis loquerentur ut
significarent omnes linguas xpo
credituras Ubi impletum est
quod significatur miraculum abla-
tum est Cum ergo hoc videret
symon noluit tale facere non
talis esse et nostis quia ecclesiam
pecunia putavit comparari
spiritum sanctum Erat ergo de talibus
qui in templo mercabant ad emen-
dum et vendendum Emere volebat
quod vendere disponebat et ve-
fires mei quia talis ille erat
et sic mercabat Ideo dominus
eos expulit de templo qui co-
lumbas vendebant Columba
autem spiritum sanctum significat Vole-
bat ergo symeon emere colum-
bam et vendere columbam Ac-
cessit dominus ihesus xpus qui
habitabat in petro et flagello
de resticula expulit foras ma-
lum mercatorem Ergo sunt
homines quos delectat miracu-
lum facere et ab eis qui profece-
runt in certa miraculum exigunt
et ipsi qui quasi profecisse sibi
videntur talia nolunt facere et
putant se ad deum non pertinere
si non fecerint Dominus autem deus
noster qui novit quid cui tri-
buat et ut fruetur compago
corporis in pace alloquitur etiam
paulum Non potest dicere oculus
manui opus non habeo aut iterum
caput pedibus opus nobis non

habeo Si totum corpus oculus
ubi auditus Si totum auditus
ubi odoratus Ergo in membris
nostris fratres videtis quomodo singula
officium suum habeant membra
Oculus videt non audit Auris
audit et non videt Manus operatur
et nec videt Pes ambulat
nec audit nec videt nec facit
quod manus Sed unius corporis
si sit sanitas et non adversum
se litigent membra et auris
videt in oculo et oculus au-
dit in aure Nec obici potest
auri qui non videt ut dicatur
ei nichil es minor es numquid
videre et discernere potes colo-
res quod facit oculus Tu videt
enim auris de parte corporis
et dicit Ibi sum ubi est oculus
meo corpore sum ipso non vi-
deo in illo tamen quo sum video
Ita tamen auris dicit oculus in
videt Oculus dicit auris non
audit Oculi et aures dicunt
Manus nobis operantur Manus
dicunt oculi et aures nobis
vident et audiunt Oculi et
aures et manus dicunt pe-
des nobis ambulant omnia in
uno corpore cum operantur si sit
ibi sanitas et concordent
membra gaudent sibi et con-
gaudent et si aliquid mole-
stie sit in aliquo membro non
se deserit sed compatiuntur
sibi alia reliquid quia in corpo-
re pes quasi longe videtur ab
oculis Illi enim sunt locati in
sublimitate Ille autem infra po-
situs quia forte pes spinam cal-
caverit deserit oculi et non

expulsio de templo

sicut videmus totum corpus
contrahitur et sedet homo cur-
vatur spina dorsi ut queratur
spina que habet implanta omnia
membra quidquid possunt faciunt
ut de infimo et digniori loco
spina que nihil sperat ordinatur.
Si ergo fures quisquis in corpore
xpi non potest suscitare mortuum
non in illud querat ne discor-
det in corpore. Quoniam si auris
querat videre discordare potest.
Nam quod non accipit non potest
facere. Sed si ei delectum fuit
et dictum si iustus esses resu-
scitares mortuum quem resusci-
tavit petrus. In xpo enim ma-
iora videntur fecisse apostoli quam
ipse dominus. Sed unde fieri
potest ut plus valeant sarmenta
quam radix. Quoniam enim quasi
maiora videntur fecisse illi quam
ille. Ad vocem domini surrexit
mortuus. Ad umbram transeuntis
petri surrexit in mortuis quasi
hoc videtur quam illud. Ergo
opus sine patre facere potuit
petrus ipse in xpo non potuit
quia sine me inquit nichil
potestis facere. Cum ergo audie-
rit homo qui prestat quasi ob-
iectam calumpniam abiiciatur
paganus ab hominibus nescien-
tibus quid loquantur in compage
corporis xpi videat et dicat
non es iustus quia non facis
miraculum posses et enim di-
cere non es in corpore quia sim-
des fac ergo inquit tu sicut
petrus fecit. Sed petrus et
michi fecit. In illo quia potest pos-
sum a quo divisus non sum.
Quod minus possum opera-

tur michi et quod plus potest
congaudeo illi. Ipse dominus de celo
clamavit pro corpore suo Saule
saule quid me persequeris et
ipsum nemo tangebat sed pro
corpore interiori laboranti ca-
put de celo clamabat. Si ergo
fueris unusquisque quod potest iuste egerit
et in eo quod alius plus
potest non invideat sed congratu-
latus fuit tamquam in uno corpore
cum eo constitutus pertinet
ad eum vox ista psalmi Domine
non est exaltatum cor meum
neque in altum elati sunt oculi
mei. Neque ingressus sum in
magnis neque in mirabilibus
super me. Quod enim excessit
vires meas aut non quesivi
ibi me extendi nolui ibi ma-
gnificari. Nam exaltacio ista
de habundancia gratie quod sit ti-
menda ne quis de dono dei
superbiat sed magis servet hu-
militatem et faciat quod scriptum est [tato]
Quanto magnus es humilia te
in omnibus et coram deo invenies
gratiam. Quamvis ergo sit time-
da superbia de dono dei eadem
atque etiam commendandus est cari-
tati mee. Maxime quia psalmus
brevis finis prmittit nos lo-
qui paulus apostolus quamvis ex
persecutore factus predicator habu-
it ministeriorum gratiam consecutus
est in omni labore apostolos quam
ceteri apostoli ut magis deus osten-
deret sum esse quod dat non ho-
minis. Quomodo solent medici
potenciam artis sue in despera-
tis ostendere. Sic dominus ihesus xpus
medicus et salvator noster
in desperate qui persecutor erat

Dub peccatis glo x d x cor

fuit ōdit magnitudinē arc
ne ut nō solum vocarī eum
faceret sed apłm vocet tantum
apłm Sed sicut ipe dicit plus
omnibus ille laboraret Excel
lentissime ergo grē fuit Et
videte fr̄es quia modo in ecclā
pauli eple vigent magis q̄ co
apłorū eius Alii enī nō scripsert
sed tantū locuti sunt in eccla
siam quo pferunt aberran
tibus sublatione ipōr quia nō
sunt ipōr improbant nec accep
tant ab ecclīa Alii aut qui scri
pserunt nec tantū nec grā tā
scripserunt Cum ergo esset ma
gna grā et magna dona me
ruisset adeo vtud dicat quodā
loco ppt magnitudinē inquit
revelacionū ne extollat me
datus est michi stimulus carnis
mee angelus sathane qui me
colafizet Vnd est hic fr̄es ne
extolleret tamq̄ innems cola
phizabat tamquā puer et ago
ab angelo sathane Vnd est
hoc dolore quodam traditur
corporis exagitatus vehemet
dolores aut corpor plerūq̄ i
mittunt ab angelis sathane
Sed hoc nō possunt nisi pmissi
onem et Job sāus sic pbatus est
pmissus est ademi pbandū
sathanas et percussit eum vulne
re ut vermibus putresceret Inmundus
eni pmittebatur sed sāus pba
verit dyabolus quāta bona de
illo fiunt et iam cum sciunt
Demens intravit incor inde
sciens tradidit xpm sciens
eius crucifixit et crucifixo vero
redemptus est orbis terrarum

Ecce scientia dyaboli dyabolo
aut obfuit nobis pfuit aut
Demendo eos quos tenebat
amisit redemptor sanguine dm̄
que eum sciret effudit Si
sciret tantum dampnum se
passurum nō funderet inertia p̄
cium quo redemptum est genus
humanum Sic ergo angelus ille
sathane quasi libenter pmissus
est colaphizare apłm sed tamen
aplus curabat et quia illud
quod medicus apposuerat
molestum erat infirmus ro
gavit medicum ut afferret
quō cum medicus apponit
vulneribus aliquid forte epi
thema molestum et ardens
inde tamen curandus ille
cuius viscera tumebant Cum
ille ardere cepit et cruciari
medicamento rogat medicū
ut auferat Medicus aut co
solatur monet paciam quia
novit quod sit utile q̄ appo
suit Ita et aplus sequitur et
dicit Cum dixisset datus est
michi stimulus carnis mee
angelus sathane qui me co
lafizet Pro dixit aut quare
ne magnitudine revelacionū
nō extollar datus est michi
stimulus carnis mee ange
lus sathane qui me colaphi
zet propter quod dm̄ rogaui
ut discederet a me hoc est dicit
Rogaui medicum ut aufferret
a me molestum epithema
quod michi apposuerat Sed
audio vocem medici et dixit
michi Sufficit tibi grā mea
nam virtus in infirmitate pficitur

Ego nom quid appo(su)erim e(tc).
nom unde egrotes Ego nom
unde saner(is) Si g(ener)o car(nis) sum
paulus potuit ap(osto)lus extolli
magnitudine revelacionu(m) nisi
acciperet angelum sathane qui
eum colaphizaret quis de se
possit esse securus tuens in
deter ambulare qui nunq(uam)
accepit Sed si no(n) p(re)sse queat
q(uod) recte no(n) accepit querat q(uo)d
recte no(n) accepit querat sine
quo no(n) p(otes)t esse in corpe xpi
aut sine quo male e(st) illi Tu
tior est eni(m) in corpe digitus
sanus q(uam) lippiens oculus Di
gitus designa quedam reb(us)
Oculus magnifica nil(nisi) p(otes)t
et tamen melius est digitu(m)
esse et sanu(m) esse q(uam) oculum
esse et p(er)turbari et lippire
excecari Non ergo querat p(ri)ma
in corpe xpi quisq(ue) nisi sani
tatem h(ab)eat fidem Ex fide
mundatur cor eius Ex munda
cione cordis videbit illa facie
de qua dictum e(st) Beati mundo
corde q(uonia)m ip(s)i deum videbunt
et qui fecit miracula et qui
no(n) fecit miracula in corpore
xpi no(n) debet gaude(re) nisi de
facie dei Redierunt ap(osto)li et di
xerunt domino cum missi essent
a d(omi)no Ecce d(omi)ne in nomine tuo
etiam demonia nobis subiecta
sunt Vidit dominus q(uod) tempta
ret eos sup(er)bia ex potencia
miraculor(um) et ille qui medicus
venerat sanare timores n(ost)ros
et ferre infirmitates n(ost)ras
continuo ait Nolite in hoc
gaudere quia demonia nob(is)

subiecta sunt Sed gaudete
quia nomina v(est)ra scripta sunt in
celis Non om(ne)s vani boni de
mones eiciunt om(n)i(u)m tamen no(m)i(n)a
scripta sunt in celo Non eos nolunt
gaudere ex eo q(uod) p(ro)p(r)ium habebat
sed ex eo q(uod) cum ceteris salutem
tenebant Inde nolunt gaude(re)
ap(osto)los unde gaudes et tua in
tendat caritas Nullus fidel(is)
h(abe)t spem si nomine eius no(n) est
scriptum in celo Om(n)i(u)m fidelium
qui diligunt xpm qui ambu
lant viam eius similit(er) quia
ip(s)e donavit similis nomina
scripta sunt in celis Cuius vis
contemptibilis in eccl(es)i(a) qui cre
dit in xpm et amat patem
xpi nomen eius scriptum est
in celo cuiuslibet q(ue)m co(n)temp
tus et quis similis ip(s)is ap(osto)lis
qui tanta miracula fecerunt
et tamen ap(osto)li rep(re)hensi(?) ex
eo quod de bono p(ro)prio gau
debant et iubent(ur) inde gau
dere unde gaudet et ille co(n)
temptibilis Non in merito
fit et mei cum ista similitate
dicit Domine no(n) est exalta
tum cor meum neq(ue) elati sunt
elati sunt elati oculi mei Neq(ue)
ingressus sum in magnis neq(ue)
in mirabilibus super me Si
no(n) humiliter senciebam sed
exaltavi animam meam que
admodum qui ablactatus
est a lacte sup(er) matrem suam
sit et retribucio in a(n)i(m)a mea
videtis eu(m) velut maledicto
se obstrinxisse quo in alio
loco in psalmo dicit Domine
deus meus si feci istud si e(st)

iniquitas in manibus meis Si
reddidi retribuentibus michi ma
la decidam merito ab inimicis
meis inanis recta sit videtur
et hic dixisse Si non humiliter
sentiebam sed exaltaui animam
meam Age quasi dicturus es
Illud michi contingat quomodo
et tibi Si reddidi retribuentibus
michi mala Contingat michi
illud Quid decidam merito ab
inimicis meis inanis Dicit et
hic Si non humiliter sentiebam
sed exaltaui animam meam
quemadmodum oblactatus est
a lacte super matrem suam sic re
tribucio in animam meam Inten
dite nostis quia quibusdam
infirmis dicit apostolus lac vobis
potum dedi non escam Nondum enim
poteratis sed nec quidem adhuc
potestis Dicit infirmi qui
non sunt ydonei valido cibo
nolunt se tendere ad id quod
capere non possunt et si aliquid
ut tamquam ceperint aut unquam sibi
capere quod non ceperunt
extolluntur inde et superbiunt
inde videntur sibi quasi sapi
entes Hoc autem contingit omnibus
hereticis Qui cum essent animales
et carnales defendendo suas
prauas quas falsas non po
tuerunt videre exclusi sunt de
catholica ecclesia Dicam caritati
vestre quod possum Dominus ie
sus christus quia verbum dei est
Recordamini illud Iohannis In principio
erat verbum et verbum erat apud
deum et deus erat verbum Hoc
erat in principio apud deum
Omnia per ipsum facta sunt et sine

ipso factum est nichil Panis ergo
est inde viuunt angeli Ecce pa
tus est et sed cresce de lacte ut
ad panem venias et quo in
quas crescis de lacte quod factus
est christus ad infirmitatem tuam
hoc primo crede et fortiter
tene Quando ergo mater cum vi
derit filium minus ydoneum
ad capiendum cibum ipsos ci
bos ei dat sed traiectos per car
nem suam Reuera ipse est panis
quo infans pascitur quo et
mater eius pascitur Sed adhuc
cum infans minus ydoneus
est ad mamillam ydoneus est
Panis ergo demensa trahitur
per matris mamillam ut sic
perueniat id est alimentum ad
puerum infantem Sic dominus ie
sus christus cum esset verbum
apud patrem per quem facta sunt
omnia qui cum in forma dei
esset non rapinam arbitratus
est esse equalis deo qualem
rapuerunt pro modo suo angeli
et inde in celo potestates et vir
tutes spiritus intellectuales per
dierunt Homo autem infirmus
et carne inuolutus iaceret
in terra nec posset ad eum
peruenire panis celestis ut
panem angelorum manduca
ret homo et manna descen
deret ad venorem ipsum ipse
verbum caro factum est et habitauit
in nobis Ecce propter ipsis infir
mis paulus apostolus hoc dicit
Vos dicit animales et car
nales et nunquid dixi me scire
aliquid in vobis nisi ihesum christum
et hunc crucifixum [illegible]

Nam xpus erat et non cruci
fixus In principio erat verbum
et verbum erat apud deum et
deus erat verbum et quia ipsum
verbum crucifixum est sed non
est mutatum in hominem homo
in illo mutatus est Mutatus homo
in illo ut melior fieret quam erat
non ut in ipsam substanciam
verbi conuerteretur Inde ergo quod homo
erat mortuus est deus Inde
quod deus erat mutatus est
homo et resurrexit ascendit
in celum Quidquid passus
est homo non potest dici non passus
deus quia deus erat hominem
assumendo sed non est mutatus
in hominem Tu non potes
dicere non te passum in iniuria
si vestis tua conscindatur et qui
queritur vel clamaveris vel in iu
dicio hoc dicis iudici Consci
dit me non dicis conscidit ves
tem meum sed conscidit me
Si potuit et meruit dici ve
stis tua tu que non es tu sed ve
stis tua quanto pocius meruit
audire Caro xpi templum
verbi mutari cum verbo ut quod
quid in carne patitur deus ipse
patiatur quia verbum nec mori
potuerit nec corrumpi nec mu
tari nec occidi Sed quid quod
homini passum est Nec anima hominis
potest pati aliquid occisa carne
dicente ipso domino Nolite time
re eos qui corpus occidunt animam
autem non possunt occidere Si
anima non potest occidi verbum dei
poterat occidi et tamen quid
dicit flagellauit me colap
hizauit me percussit me dila
niauit me Totum hoc non fit
in anima Et tamen non dicit
nisi me propter vnitatem consorcii
ipsius dominus ergo ihesus xpus
panem fecit nobis lac incar
natus et apparens mortalibus
ut dies finiret mors et non
aberraremus a verbo creden
tes incarnacionem quod factum est
verbum hinc crescamus ipso lac
te nutrimenti anteque validi
ssimus ad accipiendum verbum
non recedamus a fide lactis
nostri Illi autem heretici nolentes
disputare de eo quod non pote
rant capere dixerunt quod filius
minor est quam pater et di
xerunt quia spiritus sanctus minor
est quam filius et fecerunt
gradus et in miserunt mentibus
tres deos Non enim possunt
negare deum esse patrem
nec possunt negare filium
deum nec possunt negare
spiritum sanctum Et si pater deus et
filius deus et spiritus sanctus
deus inequales sunt et eius
substancie non est vnus deus
sed tres dii Disputantes ergo
quod capere non potuerunt elati
sunt in superbiam Et factum est
in eis quod dicitur in isto psalmo
Si non humiliter senciebam sed
exaltaui animam meam sicut que
admodum qui ablactatus est
a lacte super matrem suam sic
retribucio in animam meam
Mater enim ecclesia est Corde illi
separati sunt vbi lactari et nu
triri debebant ut crescerent
ad accipiendum verbum dicit apostolus
deum in forma dei equalem

pati visa est hic quod ab hiis
qui ante nos ista tractarunt et
alia sententia et alius intellectus
in hiis verbis quem non tacebo ca-
ritati vestre Hoc enim dixerunt
Omnis sub pedibus displicet
deo et debet se anima humilia-
re ne deo displiceat et toto
corde intueri quod deum est quanto
magnus es tanto humilia te in
omnibus et coram deo invenies
graciam Sed rursus sunt quidam
homines qui cum audierunt
quia humiles esse debent dimi-
ttunt se nichil nolunt discere
putantes quia si aliquid di-
dicerint superbirent et remanent
in solo lacte Quos reprehendit
scriptura dicens Et facti estis opus
habentes lacte non solido cibo Et
enim deus nos vult nutriri lac-
te ut non ibi remaneamus sed
crescendo per lac ad solidum cibum
perveniamus Ergo non debet
homo extollere cor suum in super-
biam sed debet levare in doc-
trinam verbi dei Nam si levan-
da anima non esset non diceretur
alia voce psalmi Ad te domine
levavi animam meam et nisi
se ipsa anima super se effunderit
non perveniet ad visionem dei et
ad cognitionem substancie illius inco-
mutabilis Nam modo cum ad
huc in carne est dicitur ei Ubi est
deus tuus sed intus est deus
eius et spiritualiter intus est et spiritua-
liter excelsus est Non quasi in-
tervallis locorum quomodo sunt alia
loca altiora sunt Nam si ta-
lis altitudo querenda est vin-
cunt nos aves ad deum Ergo

intus deus altus est et spiritualiter
altus nec perveniet anima ut
contingat eum nisi transierit se
Nam quidquid de deo senties
secundum corpus intuitum erras
carnaliter infans es si senties
de deo etiam secundum animam hu-
manam quod deus obliviscatur
aut ita sapiat aut desipiat
aut faciat aliquid et peniteat
at eum Omnia enim ista posita
sunt in scriptura ut nobis lac-
tantibus commendaretur deus
non ut ipse de illo sit audiam-
ista et intelligamus quasi
peniteat deum et modo ali-
quid dictat quod non noverat et
intelligat quod non intelligebat
et reminiscatur quod oblitus erat
Talia enim anime sunt non dei Ni-
si ergo transierit et modo animam
suam non videbit quia deus est
quod est qui dixit Ego sum qui
sum Itaque ille cum diceretur
ubi est deus tuus quid dixit
facte sunt michi lacrime mee
panes die ac nocte dum dicitur
michi cottidie ubi est deus
tuus Ut autem inveniret deum
suum quid egit Hec meditatus
sum inquit et effudi super me
animam meam Ubi inveniret
deum effudit super se animam
suam Non ergo sic tibi dicitur
humilis es tu ut non sapias hu-
milis esto propter superbiam alt-
esto propter sapientiam Audi evi-
dentem sentenciam de hac re Nolite
pueri effici mentibus sed ma-
licia infantes estote ut mentibus
perfecti sitis Certe explicatum
est fratres mei ubi nos deus

nolunt esse humiles ubi altos
humiles propter tenendam superbiam
Altos propter capiendam sapientiam
lactare ut nutriaris sic nutrire
ut crescas Sic cresce ut panem
manduces Cum enim ceperis pa
nem manducare ablactaberis
id est iam non tibi opus erit
lacte sed solido cibo Et hoc
videtur dixisse Si non humiliter
sentiebam sed exaltavi animam
meam id est si mente sed ma
litia parvulus fui Quod signi
ficans dixit Superiora verba
Domine non est exaltatum cor
meum neque in altum elati sunt
oculi mei Neque ingressus sum
in magnis neque in mirabilibus
super me Ecce quia malitia
parvulus fui Sed quia sensu
non fui parvulus si non humiliter
sentiebam sed exaltavi animam
meam Retribuatur michi quod
retribuitur parvulo qui ablactatur
a matre ut iam panem sit
ydoneus manducare Et hec
ergo fratres sententia non displicet
quia non est contra fidem mo
vet me tamen quia non tantum
dictum est quemadmodum qui
ablactatus est a lacte sic retri
butio in animam meam sed addi
tum est quemadmodum qui
ablactatus est a lacte super
matrem suam sic retributio in
animam meam hic michi nescio
quid tale occurrit ut videatur
quia maledictum est Ablactatur
enim non infans sed iam gran
dius … culus Nam autem in
fir … mus est sententia infan
tia … que vera infantia

est super matrem suam est Si forte
fuerit a lacte ablactatus contin
gitur Non frustra additum
ergo est super matrem suam Ablac
tari enim omnes possunt crescendo
Nam crescit et sic ablactatur
bonum illi est Nam autem adhuc
super matrem suam est pernitiosum
est Ergo tenendum fratres et ti
mendum est ne quis ante tempus
ablactetur Nam omnes grandes
separantur a lacte Sed ne quis
esse a lacte separetur qui adhuc
super matrem suam est Cum autem
portatur manibus matris qui por
tatus est utero portatus est enim
utero ut nasceretur portatur ma
nibus ut crescat lacte opus habet
adhuc super matrem suam est
Non ergo velit tunc exaltare
animam suam cum forte minus
ydoneus est ad capiendum cibum
sed implere precepta humilitatis
habet ubi se exerceat credat in Christum
ut possit intelligere Christum Vide
verbum non potest capere non potest equa
litatem ubi cum patre et verbo
non potest videre credat hoc et su
gat securus est quia cum cre
verit manducabit quod non
poterat antequam sugendo
cresceret et habet ubi se extendat
Altiora te ne quesieris et fortio
ra te ne scrutatus fueris id est
adque capienda minus ydoneus
es Et quid facio inquit sic
remanebit sed que precepit
tibi deus illa cogita semper
Nunc tibi precepit dominus fac misericordiam
parem caritate noli dimittere
in homines spem noli ponere
desiderando miracula noli

temptare demum. Si iam esse
ante fructus cognoscis quia cum
bonis tulerat zizania usque ad
messem quia cum malis ad tem
pus potes esse non metuas pa
lea sit tibi invita et in hoc tempore
marea in horreo retinuerit sed
que tibi precepit dominus illa cogi
ta semper. A lacte non separaberis
quo adusque super inventutem tuam
es ne prius fame moriaris
antequam manducare possis
ydoneus. Cresce erit valide tue
et videbis quod non poteras etiam
pies quod non capiebas. Quid ergo
cum videre que non poteram cape
iam securius ero inquit dominus sed
dum. Ipsa est perfectio nostra simili
tas. Audistis quod conclusit modo
apostolica lectio non haesit in memo
ria nostra. Quo ille qui accepit
colaphum ne extolleretur in re
velationibus quanta enim revela
bantur propter ipsam magnitudinem
revelationum quia poterat extolli
nisi acciperet angelum sathane
et tamen cum tanta revelabatur
quid ait fratres ego meipsum non
arbitror. Apprehendi se paulus
dicit fratres ego me ipsum non ar
bitror apprehendisse qui adhuc
accepit colaphizantem angelum
sathane ne extolleretur in ma
gnitudine revelationum. Quaris
Quis audet dicere quia compre
hendit et dicit non me arbitror
comprehendisse. Et quid agis
o paule ad hoc curro inquit ut
apprehendam. Adhuc paulus in
via est et tu te putas in patria
Unum autem inquit que retro sunt
oblitus sed fac et tu vitam
preteritam malam obliviscere si te
delectavit aliquando vanitas non
delectet. Nunc retro oblitus in
quit mea que ante sunt exten
tus secundum intencionem sequor
ad palmam superne vocacionis
dei in christo ihesu. Audio vocem
dei desuper et curro ut appre
hendam. Vero enim dimisit me
in via remanere qui non cessat
alloqui me. Ergo fratres deus
non cessat alloqui nos. Ita non
cessat quid est quod agimus quid
est quod agunt lectiones divine
et cantica divina. Obliviscimini
ergo que retro sunt et hec que
ante sunt vos extendite. Sic
fugite lac ut ciberis ad cibum
Cum ergo veneritis gaudebitis
in patria. Et adhuc attende
apostolum sequi ad palmam super
ne vocationis dicit enim. Quotquot
ergo perfecti hoc sapiamus. Vero lo
quor inquit perfectis quibus ad
huc non possum loqui sapientiam.
Adhuc lacte potantur non solido
cibo pascuntur. Sed illis dico
qui iam manducant solidum
cibum iam videntur esse perfecti
quia intelligunt equalitatem
verbi cum patre adhuc non sic
vident quomodo videndus est fa
cie ad faciem adhuc ex parte
in enigmate currunt. Ergo quia
cum via finita fuit tunc re
dimus ad patriam currunt ex
tendant se. Quod quot perfecti
hoc sapiamus. Et si quid aliter
sapitis hoc quoque nobis deus
revelavit. Si for[...] te er
ras maligno qua[...] re non
redis ad lac nu[...] quia

si non extollimini si non exalta
tis cor vestrum quia si non ingredi
mini in mirabilibus super vos
sed servatis humilitatem reve
labit vobis deus quod aliter
sapitis Si autem hoc ipsum quod
aliter sapitis defendere vult
et pertinaciter adstruere et contra
pacem catholice fit vobis maledictum
hoc quod dixit super matre
eum estis et foras a lacte sepa
remini foris absistentibus miris
fame moriemini Si autem perseve
ratis in pace katholica si quid
forte aliter sapitis quam oportet
sape deus vobis revelabit
humilibus Quare quia superbis
resistit humilibus autem dat graciam
Ideo ad hoc conclusit psalmus
Speret israel in domino ex hoc
nunc et usque in seculum Ex non
semper seculi nomine seculum hoc
significat Sed aliquam eternita
tem quia eternum duobus modis
intelligitur usque in eternum
id est aut semper sine fine
aut quousque veniamus ad
eternitatem Hic ergo quomodo in
telligendum est quousque veniamus
ad eternitatem speremus in deo
quia cum venerimus ad
eternitatem iam spes
non erit sed ipsa res erit

Incipit tractatus de psalmo
centesimo tricesimo primo

Iustum quidem erat fratrum ut
fratrem pocius audiremus
collegam meum precibus omnibus
nobis non negavit sed distu
lit Et ideo hoc indico caritati
vestre ut inimicum promissum te
neatis Non sit autem absurdum
caritate vestra ut pro eo obtem
perem iubenti Et credo sit etiam
iniectum ut esset modo auditor
meus eo sane pacto ut et ego
sim ipsius quia in ipsa caritate
omnes auditores sumus eius
qui unus nobis in celo magister
est Ergo animo intendite ad
psalmum quem in ordine sicut
nostis tractandum habemus Est
etiam ipse prenotatus canticum
graduum et aliquando ceteris sub
eodem titulo prolixior Non ergo
immorem nisi ubi necessitas
coegerit ut totum si dominus
permiserit explicare possimus
quia et vos non tamquam rudes
omnia debetis audire aliquid
de preteritis audicionibus adiu
vare nos debetis ne omnia
tamquam nova a nobis dici
necesse sit et novi quidem esse
debemus quia vetustas nobis
obrepere non debet Sed ea cre
scendum et proficiendum est de ipso
quippe profectu ait apostolus Et si
exterior homo noster corrumpitur
sed interior renovatur de die
in diem Non sit proficiamus
ut a novis veteres efficiamur
sed ipsa novitas crescat Memento
domine david et omnis
mansuetudinis eius Sicut iu
ravit domino votum vovit deo ia
cob David secundum fidem rerum
gestarum unus homo erat rex
israel filius yesse Erat quidem
et ipse mansuetus sicut eum
indicat atque commendat scriptura
divina et ita mansuetus ut
nec persecutori suo sauli ma
lum pro malo redderet Quamvis

aut erga eum tantam humilita
tem ut illum regem fateretur
se aut tamen et non paterne
nec superbe cum esset inde po
tentior videbat regi sed eum
placare potius affectabat hu
militate quam conciare superbia
et iam in potestate datus est
ei saul et hoc a deo deo ut
ei faceret quidquid vellet Sed
quia non preceptum illi erat
ut occideret sed tum in potestate da
tum illi erat sicut aut homo
uti potestate sua ad lenitate po
tius deflexit quod ei deus con
cessit Cum si vellet occidere
caveret inimico Sed quo diceret
dimitte michi debita sicut
ego dimitto debitoribus meis
in speluncam intravit saul ubi
erat david nesciens quod illic
esset david ad naturam ventris
ille intravit Surrexit david
edente post ipsum precidit
ei de veste panniculum que illi
ostenderet ut nosset quia habebat
illum in potestate et non necessitate
sed voluntate pepercerat et
noluit occidere forte mansue
tudine ipsum commendavit ut
diceres Memento domine david
et omnis mansuetudinis eius
hoc secundum rerum gestarum fidem
quam scriptura divina ut diximus
continet Sed solemus in psal
mis non ad literam attendere
sicut nomine prophetia sed plurium
scrutari misteria et meminit ca
ritas vestra quia eiusdem ho
minis vocem in omnibus psalmis
solemus audire qui unus est
caput et corpus Caput aut

in celo est Corpus in terra Sed
quo precessit et corpus secuturum
est et iam non dico quibus corpus
sit quibus caput sit quia scien
tibus loquor Commendatur ergo
humilitas david commendatur
mansuetudo david et dicitur
deo Memento domine david
et omnis mansuetudinis eius
Adquam vero Memento domine
david Sicut iuravit domino
votum vovit deo iacob Ergo
ad hoc memento ut impleat
quod promisit ipse david votum
tamquam in potestate habens vo
gat deum ut impleat quod
vovit est devocio voventis
sed est humilitas deprecantis
neo   presumat viribus suis
se   reddere quod vovit
Qui te hortatur ut voveret ipse
adiuvat ut reddas David ergo
vovit videmus et hunc intel
ligamus quemadmodum sit acci
piendus   in figura david
David aut interpretatur manu for
tis Erat enim magnus belli
gerator presumens quidem de
domino suo cum fecit bella omnia
prostravit omnes inimicos suos
eo   se adiuvante quemad
mo   dum se habebat in
pre dispensatio prefigurans tum
fortem manum quedam a de
bellandos inimicos dyabolum
et angelos eius Nos aut ini
micos certa debellat et quoniam
debellat mansuetudine Ma
suetudine enim ipse rex noster
vicit dyabolum Semebat ille
ille sufferre hac victus est qui
semebat vicit qui sufferebat

Iuxta mansuetudine corpus xpi
quod est ecclia inter inimicos
Hic manu fortis operando bincat
Cum aut corpus xpi est et te-
plum et domus et ciuitas et
ille qui est caput corporis et ha
bitator domus et sanctifica
tor templi et rex ciuitatis
est Uno ecclia omnia illa per x
omnia ista Quid ergo nouimus do
mini ut simus templum dei Ni
chil gracius ei possumus offerre
quod ut dicamus ei quod dicitur in
ysaia posside nos Quid inter
possessionibus terrenis prius fa
milias possidetur quam ei datur
possessio Non sic est possessio
que est ecclia xpi possessione
possidetur ut a tali possideatur
Quid ergo dicit Sicut iurauit
domino votum vouit deo iacob
videamus quod votum Iurare
est aut firmiter promittere Attendi
te votum habet id est quod vouerit
qui ardore uenerit quo ardore
quo desiderio et tamen adhuc
implendum deum deprecatus
est dicens Memento domine
dauid et omnis mansuetudinis
eius In hac mansuetudine vo
uit uotum ut sit domus dei
Si introiero in thabernaculum
domus mee si ascendero sup
lectum strati mei si dedero
sompnum oculis meis Parum
igitur est dicere sompnum ocu
lis meis et palpebris meis
dormitacionem Et requiem tem
poribus meis si dedero quo
adusque inueniam locum dno
thabernaculum deo iacob Ubi
querebat locum dno si man
suetus erat ipse querebat
Uno est enim locus dni Audi

ysaiam Super quem requiescit
spiritus meus super humilem et quie
tum et trementem verba mea
Uis ergo esse locus dni esto
humilis quietus et tremens ver
ba dei et tu ipse efficieris quod
queris Nisi enim in te fiat quod
queris in altero quid tibi pro
dest operatur quod deus alii
per ewangelium salutem alicu
ius si ipse dicit et non facit et
fit pelignarum eius in alio lo
cus dno Non aut fit ipse locus
dno Nam aut que docet ver
facit et sic docet sit locus dno
tum eo quem docet quia omnes
credentes unum locum faciunt
domino In corde enim locum habet
dns qui unum cor et omni in cari
tate copulatorum Quam multa
milia crediderunt fratres mei
qui precia rerum suarum posuerunt
ad pedes aplorum Sed quid de
illis dicit scriptura Certe facti
sunt templum dei Nec tamen
templum dei singuli sed et
omnes simul templum dei facti
sunt ergo locus dno Et ut no
ueritis quia unus locus factus
est domino in omnibus scriptura
dicit Erat illis anima una
et cor unum in deum Multi
aut ne faciant locum domino
sua querunt sua diligunt
potestate sua gaudent pri
uatum sui concupiscunt Qui
aut vult facere locum domino
non de priuato sed de communi
debet gaudere hoc illi fe
cerunt de rebus suis priuatis
fecerunt illas communes Num
perdebant sua unquid amiserunt
si soli haberent unusquisque sua
haberet hoc solum haberet quod

suum habebat Cum autem quod proprium
erat commune fecit et ea que
erant ceterorum ipsius facta sunt
Intendat caritas vestra quia propter
illa que singuli possidemus exi
stunt lites inimicicie discordie
bella inter homines tumultus
dissensiones adversum se scan
dala peccata iniquitates ho
micidia propter que propter illa que singuli
possidemus Numquid propter ista
que communiter possidemus litiga
mus Istum communiter ducimus
solem communiter omnes videmus
Beati ergo qui se faciunt locum
domino ut privato suo non gau
deant Talem eum describe
bat iste qui dicebat Si intro
iero in thabernaculum domus mee
Privatum hoc erat sciebat pri
vato se impediri ne faceret lo
cum domino et mea commemo
rat que ad seipsum pertinebat
Non introibo thabernaculum
domus mee donec inveniam
Quid cum invenero locum
domino intrabis in thabernacu
lum Aut ipsum erit thabernacu
lum ubi invenero locum domino
Quare quia ipse eris locus
domini et tunc eris qui fuerunt
locus domini unum eris cum simul
simus ergo nos fratres a possessio
ne rei private aut ab amore
si non possumus a possessione
et faciamus locum domino Mul
tum est ad me ait aliquis Et
inde quid sis facturus locum domino
Si vellet apud te hospicium
habere aliquis senator non dico
senator sed curritor alicuius ma
gni secundum seculum et diceret offen
dit me quid dicit in domo tua
et si amares hoc auferres ne

ne eum offenderes adeunt amicicias
alieres Quid tibi prodest hominis
amicicia forte ibi non solum nul
lum auxilium invenires verum etiam in
nos periclitabantur antequam ma
ioribus ingererent Hoc optas
maiorum amicicias et maiora
pericula incurrerunt Securus
opta amiciciam Christi hospitari
apud te vult fac illi locum
Noli amare teipsum illud am
Si te amaveris claudes contra
illum Si ipsum amaveris aperi
illi Si autem aperueris et in
traverit non peribis amando te
sed invenies cum amante
te Si introiero in thabernacu
lum domus mee si ascendero
super lectum stratus mei Super
ta cum res ipsa ubi homo de
sit superbos facit Ideo dixit
si ascendero in re quod privatim
quisque possidet nature est superbie
se inde se eum tendit homo
ad hominem cum sint ambo
Quid est homo frater caro
quid alter homo et altera caro
et tamen caro dives extendit
se contra carnem pauperem
aliquid illa caro attulerit que
nata est aut aliquid auferet
quando moritur Ad hoc plus habet
ut plus timeat Iste autem qui
vult invenire locum domino
dicit Si ascendero super lectum
stratus mei Si dedero sompnum
oculis meis Multi cum tum
dormiunt non faciunt locum domino
Tales excitat apostolus Surge
qui dormis et exurge a mor
tuis et illuminabit te Christus et
alio loco Nos autem qui dici
mus vigilemus et sobrii sim
Verum qui dormiunt nocte do

inuit Et qui inebriantur nocte
inebriantur Noctem dices ini
quitatem in qua illi obdormi
unt cupiendo ista terrena Et
omnes iste felicitates que videntur
seculi sompnia sunt dormien
tium Et quo qui videt thezau
ros in sompnis dormiens di
ues est sed euigilabit et paup
erit Sic omnia terrena ista huius
seculi de quibus homines gau
dent in sompnis gaudent Eui
gilabunt quando nolunt si non
modo euigilant quando utile
est et inuenient sompnia fuis
se illa et transire sicut dicit
scriptura veluti sompnium surgen
tes et alio loco dormierunt
sompnum suum et nichil inuene
runt omnes viri diuiciarum in
manibus suis / dormierunt
sompnum suum finitus est sompnus
et nichil inuenerunt in manibus
suis quia in sompnis videbant
diuicias transitorias Iste ergo
qui vult inuenire locum domino
dicit et iam Si dedero sompnum
oculis meis Sunt autem quidam
qui non dormiunt sed qui dormi
tant aliquantum iam retrahunt
se ab amore temporalium et iam
iam renolunt Quasi dormi
tantes ceruices inclinant Eui
gila excita sompnum dormitacio
do carnis es Iron vult prebere
oculis suis dare sompnum nec
palpebris dormitacionem ei qui
vult locum domino Et requiem
inquit temporibus meis A requie
temporum sompnus venit ad oculos
Tympora circa oculos sunt ut luci
fiunt sompnus grauedo temporum
est etiam omnibus dormitantibus

grauari tempora incipiunt Et cum
senserint sibi grauari tempora iam
imminet sompnus Cum si clausus
est oculis dat requiem tempori
bus et venit sompnus Si non
dederit requiem temporibus suis
non venit sompnus Cum ergo
cepit aliquid temporale delec
tare ad peccatum iam grauantur
tibi tempora / Vis vigilare et nec
dormire nec dormitare Noli
credere tibi delectaciones maiores
dolores habebit quam suauitates
Ista cogitacione quasi confricabis
frontem excuties sompnum et
parabis locum domino Donec
inueniam locum domino thaber
naculum deo iacob Sunt qui
aliquando dicunt thabernaculum dei
domus dei et domus dei thaber
naculum dei / distinctius tamen
accipitur fratres mei carissimi
Thabernaculum est pro hoc
tempus Domus autem ecclesia ce
lestis in qua quo ibimus Tha
bernaculum enim tamquam milita
cium et pugnancium Thabernacula
militum inspicienti in expedi
cione Vnde contubernales di
milites quasi thabernacula aut
habentes Nam dum ergo habemus
hostem cum quo pugnemus
thabernaculum debemus facimus Cum
autem transierit tempus pugne
et venerit pax illa que precel
lit omnem intellectum Sicut dicit
apostolus Et pax Christi que precellit
omnem intellectum quantumcumque
cogitaueris de pace illa nunquam
eam capit animus adhuc
in ista corporis grauedine
constitutus Cum illa venerit
illa patria iam domus erit

Nullus adversarius temptabit
in thabernaculum nocere. Non
pergimus ad pugnandum sed per-
manebimus ad laudandum. Quid
est enim dicitur de illa domo
beati qui habitant in domo tua
in secula seculorum laudabunt
te. In thabernaculo adhuc ge-
mimus in domo laudabimus.
Quare quia gemitus pere-
grinantium et laudatio iam in pa-
tria commanentium. Sic primum
querat thabernaculum deo
iacob. Ecce audivimus eam in
effrata invenimus eam in campis
saltus. Ubi audivit ubi inve-
nit. Non alibi audivit et ali-
bi invenit. Queramus ergo
quid sit effrata ubi audivit
ita. Queramus qui sunt cam-
pi saltuum ubi invenit. Effra-
ta verbum hebreum interpretatur
latine speculum. Dicunt tradi-
derunt qui verba hebrea in scrip-
turis posita in aliam linguam
transtulerunt ut ad nos perve-
niret intellectus. Item de he-
brea transtulerunt in grecam
De greca translata sunt nobis
et in latinam fecerunt enim qui
vigilarent in scripturis. Si ergo
effrata speculum illa domus
que inventa est in campis
saltuum in speculo audita est.
Speculum ymaginem habet.
Omnis prophetia ymago futurorum.
Domus ergo dei futura in yma-
gine prophetie predicata et audivimus
eam illam in speculo id est in
effrata invenimus in campis
saltus. Non sunt campi sal-
tuum campi silvarum. Non enim
quemadmodum vulgo dicitur

Saltus ille ubi gratia tenetur
hus tot. Saltus ipse locus
adhuc incultus et silve di-
cuntur. Iam et quidam codices in
campis silve habent. Ergo ubi
erant campi saltuum nisi gen-
tes inculte nisi ubi adhuc
vepres erant ydolatrie. Sic
quo vepres ibi erant ydola
ibi invenimus locum domino
thabernaculum deo iacob. Qui
audivimus in effrata inve-
nimus in campis saltuum quod predicatum
est in ymagine iudeis man-
festum est in fide gentium. In-
troibimus in thabernaculum eius.
Cuius domini dei iacob. Qui intro-
eunt ut inhabitent ipsi sunt qui
intrant ut inhabitent domum
eternam ut inhabites intras in do-
mum dei ut inhabites. Est enim
melior dominus. Qui tecum tepu-
inhabitare beatum te faciet. Ne
si tu illo non inhabites miser
eris. In sua potestate esse noluit
ille filius qui dixit Da mihi
pater partem substantie que me
tangit. Bene servabat apud
patrem ne eam meretricibus di-
spargeret. Accepit facta est in eius
potestate profectus in regionem
longinquam effudit omnia
in meretricibus passus et tamen
famem recordatus est patrem
tempus et ut pane saturaretur
Ergo intra ut inhabites et non
quasi tuus sis sed illius. In-
troibimus in thabernaculum eius
adorabimus in loco ubi stete-
runt pedes eius. Cuius pedes
domini an ipsius domus? Domini
domus enim dei et ubi dicit
quia debet adorari. Adorabimus

in locum ubi steterunt pedes eius
preter quam domum suam non
operandit deus ad vitam eternam
ille enim ad domum dei pertinet
qui est in caritate compagina-
tus lapidibus vivis. Qui autem
caritatem non habuit ruinam
facit et illo ruente domus stat.
Nemo enim premitur domus ubi
esse quasi lapis cepit si rue-
re noluit quasi aliquid do-
mui noceat. Hic enim superbierat
et primus pluribus iudeorum dicebat
neque enim scandalatum est deus
patrem abraham cum prius sit
tanta degeneres eius et facie-
bant omnia mala tamquam se-
curi de spoliatione dei quia
non pellorum mittis qui scelera
faciebant sed premitis abrahe
preteret eis et qualescumque ma-
los filios abrahe congregaret
in domum suam ad vitam eternam.
Sed quid Iohannes? Generatio inquit
viperarum. Clamando ad illud bene
venit ipsi filii abrahe ut bap-
tizarentur in aqua penitencie non eis
non dixit Generatio abrahe
sed viperarum. Tales enim erant
quales quos imitabantur non
filii abrahe sed filii amorrei
cananei gergesei et iebusei
et omnium qui offenderunt deum
ipsorum filii erant quorum facta
sectabantur. Generatio viperarum
quis ostendit vobis fugere ab
ira ventura iudicis facite ergo
fructum dignum penitencie et ne di-
xeritis patrem habemus abraham
potens est enim deus de lapidi-
bus istis suscitare filios abra-
he. Nescio quos lapides tunc
videbat in campis saltem inde
suscitati sunt filii abrahe filii
enim magis qui fidem imitati sunt
quam qui de carne nati sunt.
Nemo ergo premitur domum dei
quasi dicat Subtrahe me et
ruet domus. Bonum est illi ut
edificetur et habeat caritatem.
Nam si ipse ruerit stabit do-
mus. Itaque fratres in illis est domus
dei quos predestinavit et pre-
scivit perseveraturos. De illis
dictum est ubi steterunt pedes
eius. Et enim qui non perseverat
non stant pedes eius in eis. Non
sunt ergo ipsi ecclesia. Non ipsi per-
tinent ad illud modo tabernacu-
lum domum. Sed ubi steterunt
pedes eius? Quoniam habundabit ini-
quitas refrigescet caritas mul-
torum. Nihil in quibus caritas
refrigescit non stant pedes
eius. Sed quid sequitur? Qui
autem perseveraverit usque in finem
hic salvus erit. Ecce in quibus
steterunt pedes eius in eo lo-
co adorate. Iste de talibus iste
in quibus steterunt pedes eius
dicit. Si autem de ipsa domo in-
telligere volumus ubi steterunt
pedes eius domus pedes tui
in christo stent. Tunc autem stabunt
pedes si perseveramus in christo.
Unde enim dicit de diabolo Ille
homicida erat ab initio et in
veritate non stetit. Diaboli ergo
pedes non steterunt. Item de
superbis quid dicit? Non veniat
michi pes superbie et manus
peccatorum non moveant me. Ibi
ceciderunt qui operantur iniquitatem
expulsi sunt nec potuerunt
stare. Ergo domus dei cuius
pedes stant. Unde ille gau-
dens Iohannes quid ait? Qui
habet sponsam sponsus est. Amicus

aut sponsi stat et audit eum
Qui non stat non audit eum et
gaudio gaudet propter vocem sponsi
Decreto stat quia propter vocem spon
si gaudet Nam si propter vocem
suam gaudet cadere id vide
tis ergo quare ceciderunt ad
vocem suam gaudent dum
enim ille sponsi dicebat hic est
qui baptisat Audierunt dicunt
nos baptisamus Ad vocem sua
gaudii stare non potuit et non
pertinent ad istam domum de qua
dicitur Ubi steterunt pedes eius
Surge domine in requiem
tuam domino dormiente dicit
surge Iam nostis quis dor
mivit et quis resurrexit Ipse
enim quodam loco dicit in psalmo
dormivi conturbatus Bene
illi dicitur Surge in requiem
tuam Iam non turbaberis quia
xpistus surgens a mortuis
iam non moritur et mors ei ultra
non dominabitur Ipsius vox est in
alio psalmo Ego dormivi et
somnum cepi et exsurrexi quia
dominus suscepit me Ipse dormi
vit ipsi dicitur Surge domine
in requiem tuam tu et archa
sanctificationis tue id est sur
ge tu surgat et archa sancti
ficationis quam sanctificasti ipsi
caput nostrum Archa eius ecclesia
eius Surrexit prior surget
ecclesia Non enim auderet sibi
resurrectionem promittere corpus
nisi prius surgeret caput
Surge domine in requiem
tuam tu et archa sanctifica
tionis tue Et corpus xpisti quod
ex maria natum est intellec
tum est a quibusdam archa
sanctificationis tue ut hoc

diceret Surge domine in requiem
tuam tu et archa sanctificatio
nis tue Cum corpore surge
ut palpent qui non credebant
Surge domine in requiem
tuam tu et archa sanctificationis
tue Sacerdotes tui induantur
iusticiam et sancti tui letentur
Te surgente a mortuis et
eunte ad patrem regale illud
sacerdotium induatur fide quia
iustus ex fide vivit et accepto
pignore spiritus sancti letentur spe
resurrectionis que processit in
capite Sic enim apostolus dicit
Spe gaudentes Propter david
servum tuum ne avertas faciem xpisti
tui Crucifixus est dominus in
iudea crucifixus a iudeis
ab ipsis turbatis dormivit
Inter quorum sevientium manus
dormivit ad eos iudicandos
surrexit Et dicit quodam loco
Suscita me et reddam illis
et reddidit et redditurus est
Iam quanta postea iudei pas
si sunt omnes domino noverunt ipsi
De ipsa civitate ubi illum occi
derunt omnes expulsi sunt Ali
quos etiam de stirpe david et de
iuda omnes perierunt Non iam
crediderunt inde aliqui et mul
ta milia hominum crediderunt
inde et hoc iam post resur
rectionem domini Venerunt ut
crucifigerent et postea cepe
runt videre miracula in nomine
crucifixi et plus contremue
runt tantum posse eius nomine
qui quasi inter manus eorum
nichil potuit et compuncti
corde iam credentes divi
nitatem occultam fuisse in
illo quem ceteris similem hominibus

putauit et consiliu petentes
ab aplis audierunt agite penitenciam
et baptizet unusquisque vestrum
in nomine dni nri ihu xpi Ergo
quia ad iudicandos eos aggressus
crucifixerunt et quievit xpus
et auertit faciem suam a iudeis
et conuertit se ad gentes tamen
rogatus deus propter reliquias
ipsorum Et dicatur ei propter dauid ser
uum tuum ne auertas faciem tuam
Si palea dampnata et frumen
ta colligantur reliquie salue fiant
Sicut dicit ysaias Et plane
facte sunt reliquie salue Inde
erant duodecim apli inde plus
quam quingenti fratres quibus se dns
demonstrauit post resurrectionem
inde tot milia baptizata que
precia rerum suarum ante pedes apo
stolorum ponebant Ergo imple
tum est quod hoc rogatus est deus
propter dauid seruum tuum ne auertas
faciem xpi tui Iurauit dominus
dauid veritatem et non penitebit
eum dauid iurauit promissum
promissionum firmauit Quid est
non penitebit eum non mutabit
non enim dolorem penitentie patitur
deus aut in aliquo fallitur ut
velit corrigere in quo errauit
Sed quomodo homines eum penitet
mutare vult quod fecit Sic ubi
audis quia penitet dominum mu
tatorem ipsum opera aliter fecit illa
deus quia homo penitentie nomine
appellet Aliter tu In eo facis
quia erraueras Ille autem fe
cit quod iudicat aut quod liberat
Mutauit regimen saul cum
penitet eum Sicut dictum est
in eo ipso loco ubi scriptura

dicit penituit eum Ibi paulo post
dicitur Non est enim sicut homo
ut peniteat eum Cum ergo
mutat opera sua pro incognita le
consilium suum per ipsam non consili
et operis mutatorem penitere
dicitur Hic autem sic promisit ut non
mutaret quod dicitur et illud
Iurauit dns et non penite
bit eum tu es sacerdos in eternum
secundum ordinem melchisedech
Sic et hic quod ita promissum est
ut non mutaretur quia natio
factum erat et predestinatum dixi
Iurauit dns dauid veritatem
de fructu ventris tui ponam
super sedem tuam Poterat dicere
de fructu femoris tui Sed
de fructu ventris noluit dicere
Et illud quod si diceret verum
diceret Sed significancius vo
luit dicere de fructu ventris
quia de femina natus est xpus
quem vir non attigit Quid ergo
Iurauit dominus dauid veritatem
de fructu ventris tui ponam
super sedem tuam Si custodie
rint filij tui testamentum meum
et testimonia mea hec que
docebo eos Et filij eorum sede
bunt in eternum super sedem tuam
Si filij tui custodierint et
filij eorum sedebunt in eternum
filiorum parentes faciunt
Quia si filij ipsius custodie
rint et filij eorum non custodie
rint Quare
parentum promittitur beatitudo
filiorum Dauid cum ait Si filij
tui custodierint et filij eorum
sedebunt in eternum Non ait
Si custodient filij tui sedebunt

super sedem tuam Et si custodie
rint filii eorum ipsi sedebunt super
sedem tuam Sed ait Si custo
dierint filii tui et filii eorum sede
bunt super sedem tuam nisi quia
filios hic intelligi voluit fruc
tus ipsorum Si filii tui inquit
custodierint legem meam et
mandata mea hec que docebo
eos servaverint filii tui Et fi
lii eorum sedebunt super sedem tuam
id est hic erit fructus eorum ut
sedeant super sedem tuam Modo
enim fratres omnes qui laboramus
in Christo omnes qui contremiscimus
verba ipsius qui quomodocumque cona
mur facere voluntatem ipsius
et ingemiscimus petentes ut
adiuvet nos quo impleamus
quod iubet Numquid iam sedemus
in illis sedibus beatitudinis que
nobis promittuntur Non sed man
data sperantes tenemus hec futura
ipsa spes tamquam filiis data est
quia homines in hac vita dicun
tur spes filii sunt fructus filii
eorum sunt spes et homines
excusantes avaritiam suam di
cunt se filiis suis servare quod
servant et nolentes dare in
opera pietatis nomine se excusant
quia filii eorum spes eorum sunt
Omnes homines enim qui secundum
hoc seculum vivunt spem suam dicunt
filios generare et relinquere Non
homine filiorum spem suam posuit
et ait Si custodierint filii
tui testamentum meum et te
stimonia mea hec que doce
bo eos et filii eorum sedebunt
usque in seculum super sedem tuam id est
tales fructus habebunt ut spes

eos non fallat ut illuc veniant
quo sperant se venturos Modo ergo
tamquam patres sunt homines
spei future Cum enim adepti
fuerint quod sperant filii sunt
quia illud quod adipiscuntur
pepererunt et generaverunt in operi
bus suis bonis et hic illis
servatur in posterum quia et ipsa
posteritas in filiis solet appel
lari aut filios ipsos homines
si accipis intellige et decipis
dicam Si custodierint testamen
tum meum et testimonia mea hec
que docebo eos Et filii eorum
id est si custodierint ut hic forte
distinguas et deinde in se
cula sedebunt usque in seculum super
sedem tuam id est et filii tui
et filii eorum Sed quid si custo
dierint Quid ergo si non custo
dierint peribit promissio dei Non
Sed ideo dictum est non promissum
quia preordinavit deus Quid
nisi [illegible] Sed ne aliquis
quasi minaretur promissio dei
et impietate sua vellet ponere
quod promisit deus ut impleretur
ideo intuit et dixit Si quo
ostendit quia sine dubio venturum
est Quid ergo posuit ibi si custo
dierint non iam glorieris de pro
missis et promittas te non custo
dire tamen eris filius david
si custodieris Si autem non non
eris filius david filius de quo
promisit deus Noli dicere filius
sum david si degeneras Sim
dei illi non dicant qui de eius
stirpe nati sunt primo dicite
illud quod deluant apostolus enim
dicens ait Si filii abrahe estis

facta abrahe facite Inde illos
negauit filios quia facta nō
faciebant Nos quō nos dicis
esse filios dauid de stirpe nō
sumus secundum carnem Restat ut
filii nō sumus nisi imitando fidē
nisi colendo deum sicut ille
coluit Si ergo tibi per stirpē nō
speras per facta nō vis assequi Nunc
tunc complebitur Numquid sedebis
super sedem dauid Et non
tunc complebitur putas quod nō
complebitur Et quō inuenit ca
nitampis saltum Et quō ste
terunt pedes eius Qualisque
ergo fuit illa domus stabit
Quam elegit dominus syon preele
git eam in habitacionem sibi Syon
ipsa est ecclesia Ipsa est et illa
ciuitas adcuius pacem currimus
qui nō in angelis sed in nobis
peregrinatur qui ex parte peregrinatur
in meliore meliorem expectat
partem redditura Unde nobis
littere venerunt que cottidie re
citantur Ipsa ciuitas ipsa est syon
quam preelegit deus hec re
quies mea in secula seculorum
Iam dei verba sunt requies
mea ibi requiesco Multum
nos amat deus fratres ut quia
nos requiescimus se dicat re
quiescere Nō enim ipse aliquan
do laborat aut sic requiescit sed
ibi se dicit requiescere quia nos
in illo requiem habebimus Hic
inhabitabo quoniam preelegi eam Vi
duam eius benedicens benedicam
et pauperes eius saturabo pa
nibus Omnis anima que intelli
git se omni auxilio destitutam
nisi solius dei vidua est Unde

enim describit apostolus viduam
Que autem vere vidua est et de
solata sperabit in deum Agebat
enim de istis viduis quas ob
dicimus in ecclesia Dicebat autem
Que in deliciis mortua est vi
uens et nō illam intrauit inter
viduas Describens autem viduas
sanctas quid ait Que autem vere
vidua est et desolata sperabit
in deum et persistet in precibus et
obsecrationibus nocte ac die
Ubi subiecit Que autem in deliciis
agit viuens mortua est Unde
ergo vidua quia nō habet auxilium
aliunde nisi solius dei Ille
que habent viros quasi superbiunt
de auxilio virorum deserte videntur
vidue Sed robustius est earum
auxilium Ergo tota ecclesia una
vidua est siue in viris siue in fe
minis siue in coniugatis siue in
maritatis feminis siue siue in
adolescentibus siue in senibus
siue in virginibus Omnis ecclesia
una vidua est deserta in hoc seculo
si sentit illud si nouit vidui
tatem suam tunc enim auxi
lio presto est illi Ratione agnoscetis
istam viduam in ewangelio
fratres mei Cum diceret dominus
Oportet semper orare et non
deficere ait Erat quidam iudex
in ciuitate qui nec deum ti
mebat nec homines verebatur
et interpellabat eum quedam
vidua cottidie et dicebat
Vindica me de aduersario meo
et interpellando cottidie vi
dua fregit illum Ait enim
iudex ipse apud se qui nec
deum timebat nec homines

vrrebatur. Et si deum non
timeo nec homines erubesco
nisi propter tedium quod nichil facit
ista vidua vindicabo eam. Si
audivit iudex malus viduam
ne tedium pateretur. deus non
audit ecclesiam qua oratur ut
deprecetur. Item pauperes eius
saturabo panibus. Quid est
fratres i. Simus pauperes et tunc
saturabimur. Multi principes
de seculo et superbi karam sunt
adorant christum sed non satu
rantur. Saturati enim sunt et
habundant in superbia sua.
De talibus dicitur. Obprobrium
eis qui habundant et despec
tio superbis. Isti habundant ideo
manducant manducant sed
non saturabuntur. Et quid de
illis dictum est in psalmo. Man
ducaverunt et adoraverunt omnes
divites terre. Adorant christum
venerantur christum supplicant
christo sed non saturantur sapientia
et iusticia sua. Quare. Quia
non sunt pauperes. pauperes autem
id est humiles corde quanto plus
comedunt tanto plus mandu
cant tanto autem plus comedunt
quanto a seculo manes sunt. Sun
plenus est quidquid illi da
turus es respuit quia plenus
est da michi esurientem da in
de quibus dictum est. Beati qui
esuriunt et sitiunt iusticiam
quoniam ipsi saturabuntur. Et sicut
hii pauperes de quibus modo dicit
Et pauperes eius saturabo pa
nibus. Quia et in ipso psalmo
ubi dictum est manducaverunt
et adoraverunt omnes divites terre
dictum est et de pauperibus et pre

eo modo quo et in isto psalmo
Edent pauperes et saturabuntur
et laudabunt dominum qui requirunt
eum. Ubi dictum est manducaverunt
et adoraverunt omnes divites terre
ibi dictum est Edent pauperes et
saturabuntur. Quos laudo divi
tes dicti sunt adorasse satu
rati non dicti sunt. Et
saturati. Hec saturitas fratres
qualis est deus ipse panis est
panis ut lac fieret nobis descen
dit ad terram et ait discipulis
suis et ait Ego sum panis vi
vus qui de celo descendi. Ideo
illic in psalmo Edent pauperes
et saturabuntur. de quo satura
buntur audi quod sequitur Et lau
dabunt dominum qui requirunt eum.
Estote ergo pauperes estote in
membris illius vidue non sit
auxilium vestrum nisi in deo. Pe
cunia nichil est non inde auxi
lium habebitis. Multi propter pecuniam
precipitati sunt. Multi propter pecuniam
iactam quesiti sunt a raptori
bus tuti essent si non haberent
quod quererent. Multi de amicis
potentioribus presumpserunt
ceciderunt illi de quibus pre
sumpserunt et involverunt illos
qui de se presumpserant. Respice
xiii genesis humani. Quid magnum
est quod nobis dicitur. Non solum de
scripturis ea loquimur. legite ea
in orbe terrarum. attendite non pre
sumetis de pecunia de amico
homine de honore et iactancia
seculi tolle ista omnia. Sed si ha
bes illa age deo gratias si con
tempnis illa. Si autem inflaris
inde noli attendere quod eris pre
da hominum. Iam dyabolo preda es

Si aut de hijs rebus no pprij
pris eius in membris illius vi
due que est ecclia de qua dcm
est viduam eius benedicens be
nedicam. Eris et paup de quo
alibi dcm z paupes eius satu
rabo panibus. Aliqn aut qd
no est pmittend invenis
paupem supbum et diuitem
humilem. Tales cottidie pati
mur. Audis paupem quasi
gementem sub diuite et qn
potencius
to potencioz pmit diues tuc
illum humilem vides. Aliqndo
net tunc sed et tunc supbum
Unde vides qd esset si aliqd
habet. Ergo paup dei maxime
est non in seculo pdit aliqn
homo huius plenam domu vbe
res t'ras multa pdia multum
auri et argenti novit q' i ipis
no est psumend humiliat se
deo facit inde bene ita cor ipis
erigitur ad deum ut novit
quia no solum michil illi pro
sunt diuicie ipe sed et impe
dimt pedes ipius ne ille ve
gat et ille sub veniat et m'a
inter paupes qui saturantur
panibus. Invenis aliu mendi
cu inflatum quia michil het
quentem tamen unde inflectur
no attendit deus facultatem
sed cupiditatem et iudicat eu
eum sedm cupiditate qua in
hyat temporalibus rebus non
sedm facultatem qua no ei
contingit adipisci. Unde de
diuitibus dicit aplus. Diuiti
bus huius seculi pcipe no sup
be sapere neqz sperare in incerto di
uiciaru sed in deo viuo q' nob

pstat omia habundant ad
fruendum. Quid ergo facient
de diuicijs suis? Sequitur et dt
diuites sint in opibus bonis
in salicibus Non enim dignos
habemus qui organa nostra

portent Non ergo eis orga-
na nr̄a portent inserendo li-
gamus sed differendo suspen-
dimus Salices enī sunt ligna
infructuosa pasta tp̄alibus
voluptatibus tanquā flūibꝰ
babilonie Et videte si h̄ n̄o
sequitur psalmus In salicibꝰ
inquit in medio eius suspen-
dimus organa nr̄a Qm̄ ibi
interrogauit nos qui captiuos
duxerūt nos v̄ba canticoꝝ
Et qui adduxerūt ympnū Ex
audis interrogauit nos v̄ba
canticoꝝ et ympnū interroga-
uerūt nos qui captiuos duxe-
rūt nos Qui nos captiuos du-
xerūt fr̄es Quos sensimus
aliquādo captiuatores nr̄os
Dixit quid illa n̄ltm babilo-
nos p̄sas caldeos et illarū
regionū gencium homines cap-
tiuatores suos et h̄ postea
n̄o qui ista psalmū cantabat
Sed iam dixi caritati v̄re
oīa que sc̄dm litam in illa
ciuitate contingebant figu-
ras nr̄as fuisse Et facile
pt̄ demonstrari captiuos nos
esse n̄o enī iam respiramus
in auras illius libertatis n̄o
enī fruimur p̄uritate v̄itatis
et illa sapiā que in seipsa
manens innouat oīa de
lectationibꝰ tp̄aliū rex temp-
tamur et colluctamū cottidie
cum suggestionibꝰ illicitaꝝ
voluptatum Vix respiramus
vel in orōne captiuos nos esse
intelligimus Sed qui nos cap-
tiuos duxerūt Qui homines
tene gens Qui rex Si re-
dempti captiui eramus Qui
nos redemit xp̄us A quo
nos redemit a dyabolo Dyabolꝰ
aūt et angeli eius captiuos
duxerunt nos nec duxeret
nisi consencientes Nos dici-
mus captiui Captiuatores
aūt dixi qui sunt ipsi sunt
etiā latrones vulnerantes
illum viatorem qui descendit
ab ierlm in iericho quē sauciat
semiuiuū reliquerūt hunc
custos nr̄ ille samaritanus
Samaritanus enī interpretatur
custos cui obiectum est et
dictū a iudeis rōne v̄erū
dicimus quia samaritanus es
et demoniū habes et ille duoꝝ
obiectoꝝ vnū respuit vnū
tenuit Ego inquit demoniū
n̄o habeo Non aūt dixit Ego
n̄o sum samaritanus Si enī
ille samaritanus n̄o custodi-
ret vtique perimus Samaritanus
transiens vidit sauciatum
et vulneratum a latronibꝰ
derelictum Et sicut nostis colle-
git Dicit aliquid latronū
nomine ponitur qui nos peccatoꝝ
plagas inferunt iam p̄ con-
sensione nr̄e captiuitatis Et
et captiuatores nr̄i isti dicu-
Isti ergo qui captiuos duxe-
rūt nos dyabolus et angeli
eius Quōdo nos duxerunt
et quōdo nos interrogauerunt v̄ba
canticoꝝ Quid ergo intelligimus
Quia cum fr̄es nos interro-
gant in quibus dyabolus operatur
intelligendus est ipse nos
interrogare qui in eis operatur
Apl̄us dicit et vos cū essetis

mortui in delictis et peccatis
vestris in quibus aliquando ambulastis in illis
secundum seculum mundi huius secundum
principem potestatis aeris huius
Spiritus qui tunc operabatur in
filiis diffidencie in quibus
inquit et nos aliquando con
versati sumus ostendit se re
demptum de babilonia cu
pisse iam exire Sed tamen
ad hunc quid dicat quia cum
hostibus nostris confligimus ne
vastamur hominibus qui nos
ingerunt persecuciones tulit
intencionem nostram Apostolus
ab odio hominum et duxit in
luctam quandam spiritualium
quos non videmus et cum
ipsis confligimus Ait enim
Non est nobis colluctacio
adversus carnem et sanguinem
idest adversus homines quos
videlicet agminibus videmus ma
la pati qui nobis important
persecuciones Nam et propriis
oculis percepti sumus Non est
inquit nobis colluctacio ad
versus carnem et sanguinem idest
adversus homines sed adversus
principes et potestates et rectores
mundi tenebrarum harum Mundi
dixit mundi dilectores mundi
hos appellavit et tenebrarum
idest iniquos infideles
les peccatores quibus iam credentibus
tibus gratulatur sicut modo ut di
cat fuistis aliquando tenebre
nunc autem lux in domino Ergo
constituit nos luctam habere
cum illis principibus ipsi cap
tivos duxerunt nos Nunc autem
dyabolus intror inde ut perdet

dum intrarunt non tamen intraret
nisi ille locum daret Di
mittunt homines mali de media
babilonia per desideria carna
lia et illicita locum dant dya
bolo et angelis eius in cor
dibus suis ut in illis et de
illis operetur aliquando intro
gant nos et dicunt nobis
Exponite nobis racionem pro aga
in plerumque dicunt ista nobis
Exponite nobis racionem quare
venit xpistus Quid profuit xpistus
generi humano Nonne ex quo
venit xpistus peiora sunt om
nibus humanis quam fuerunt an
tea et feliciores tunc erant
res humane quam modo dicunt
nobis vani Quid boni attu
lit xpistus vel feliciores putemus
res humanas quia venit xpistus
Si theatra et amphiteatra
et circus starent incolumes
si nichil caderet de babilonia
Si ubertas esset et confluencia
voluptatum hominibus cantatur
et saltatur ad turpia can
tica Si libido scortancium et
meretricum habet quietem
et securitatem Si non timeret
fame in domo sua Nunc cla
mat ut pauco nummi vestiatur
Si hec omnia libere sine pertur
batione aliqua fluerent et esset
securitas magna nugarum fe
licia essent tempora et magna
felicitatem attulisset xpistus
rebus humanis Quia non re
dimuntur iniquitates ut coerci
pata cupiditate pleniter ca
ritas uberius quia amisserunt
amaritudines inter tempora

ut cetera desiderent quia e-
rudimur in flagellis homines
paciam accipientes disciplina
ne indignariam in bonam aut
sentenciam nichil boni attu
lit xpus et labores attulit
xpus et incipis dicere homini
cuncta bona fecit xpus et
non capit opponis cum illi eos
qui ea faciunt que modo au
distis in cuius vendunt omnia
sua et dant pauperibus ut ha
beant thezaurum in celo et se
quantur dominum Dicis illi Ecce
quid attulit xpus Cum multi
faciunt ista ut distribuat res
suas egenis et fiant pauperes
non necessitate sed voluntate
sequentes dominum sperantes regnum
celorum Irrident ista quasi stul
tos et talia inquiunt bona
attulit xpus ut perdat homo
res suas et cum dat egenis
remaneat egens Quid ergo
faciam bona xpi non capis
Alius te impleuit qui adu
satur xpo cum dedisti locum
in corde tuo priora tempora
respicis et quasi leciora tibi
videntur fuisse tempora pristina
que sic erant tamquam oliue
pendentes in arbore ducentibus
ventis quasi quadam libertate
aure perfruentes vago quodam
desiderio suo ventu ut oliua
mittentur in torcular Non enim
semper pendere habebat in arbore
Iam finis est anni non sine cau
sa scribuntur psalmi quidam
pro torcularibus In arbore liber
tas In torcularibus pressura Cum
ergo res humane conterunt

et premuntur Attendis quia de
crescit auaricia Attende quia
crescit continencia Quare tan
tus es ut attendas fluentem
per plateas videas oleum in
gemellaria non videas et hoc
non sine causa Qui cum male
vsi sunt publice noti sunt Qui
aut conuertunt se ad deum et a
sordibus malarum cupiditatum
purgantur occulti sunt quia in
ipso vel corpore torcularia immitta
per plateas fluit oleum occulte
colatur Ne clamatis ad ista
et gaudetis ad ista quia iam
potestis sedere super flumina
babilonis et flere Illi autem
qui captiuos duxerunt nos
quando intrant in corda hominum
et interrogant nos plurimas
eorum quos possident et dicunt
nobis Cantate nobis verba
canticorum reddite nobis racionem
ad ventus xpi et que est alia
vita nolo credere doceo me
racionem quasi michi imperes ut
credam Videro illi et dico
O homo quid iras tibi imperem
ut credas plenus es malis
cupiditatibus Si dicam illa
bona vitam non capis commendam
te Oportet ut commendem quoniam
plenus es ut possis impleri
quo vanus es Ergo noli fa
cile hinc aliquid dicere lignum
est salicis lignum est sterile
Noli percutere organum ut so
net suspende potius Et ille
clamas et dic michi cantica in
redde michi racionem non sic
inquit ut dicam non bono
animo audis non sic pulsas

ut dignum tibi sit aperiri. Ille
te impleuit qui me captiuum
duxit. Ipse me interrogat de te
astutus et dolose querit quid
dicat sed quid reprehendat. Ego
ergo non dicam suspendam
organum meum. Sed dictum
est adhuc: Cantate nobis verba
canticorum cantate nobis ympnum.
Cantate de canticis syon no-
bis. Quid rudemus? Babilo-
nia te portat babilonia de
te loquitur non nosti carpe quod
fulget ad tempus eterna me-
ditari ignoras non capis quod
interrogas. Quomodo cantabimus
canticum domini in terra aliena? Ve-
rites sic est. Incipite velle ve-
ritatem predicare quibuslibet
nostris et videte quam necesse sit
ut tales patiamini irrisores
exactores veritatis plenos fal-
sitatis. Respondete illis exi-
gentibus a nobis que capere
non possunt et dicite ex fiducia
sancti cantica nostri. Quomodo canta-
bimus canticum domini in terra
aliena? Sed vide quomodo versentur
inter eos opere dei o corpus
xpi o gloria peregrinatio. Non
sunt eis hinc aliud eis ne tu
illi qui tibi dicunt Cantate
nobis verba canticorum dicite nobis
ympnum cantate nobis de can-
ticis syon. Quasi amantur-
ate et affectas eorum amiciciam
et times talibus displicere. In-
cipiat te delectare babilonia
et obliuiscaris ierusalem. Hec ergo
timens inde quid subiciat
inde quid sequatur. Passus est
enim homo iste. Cantabat et

ipse homo sunt nobis si bo-
nus passus est vndique ta-
lia interrogantes adulacione
blandientes mordaciter re-
prehendentes falso laudantes
quod non capiunt exigentes quo
plenum sunt fundere nolentes
et inter turbas talium tamquam
periclitans animum erexit ad
recordacionem syon et constrin-
xit se talis circa imitacione qua-
dam et ait Si oblitus fuero
tui ierusalem. Inter verba captiua-
tum et inter verba dolosorum
et inter verba male interroga-
ncium querencium et discere no-
lencium. Unde erat eius ille
qui dum interrogaret Magister
bone quid faciam ut vitam
eternam consequar. Racione
dominica eterna querens quasi
de canticis syon interroga-
uit. Serua mandata ait dominus
et ille de fastu cum audisset
respondit Iam omnia hec impleui
a iuuentute mea. Et dixit
illi dominus quiddam de canticis
syon et nouit quod non capit
sed exemplum nobis dedit
quomodo multa querunt quasi
consilium ad vitam eternam
et tamen dum nos laudant
quamdiu rudeamus quod querit.
Vedit de illo documentum
tamquam nobis dicitur aliis
talibus hominibus. Quomodo canta-
bimus canticum domini in terra alie-
na. Ecce ait vis esse perfectus
Vade vende omnia que habes
et da pauperibus et habebis the-
saurum in celo et veni sequere
me. Et discat multa de canticis

syon prius impedimenta rei-
ciat et expeditus ambulet
ut nullo onere grauetur et
dicat aliquid de canticis syon
Ille autem contristatus abscessit
Dicamus post illum Quomodo
cantabimus canticum domini in terra
aliena Et ille quid discessit
Spem tamen dominus dedit di-
uitibus Nam contristati discipuli
dixerunt Quis nam potest saluus
fieri et respondit eis Quod ho-
minibus impossibile est deo fa-
cile est Sunt et diuites quendam
modum suum et acceperunt can-
ticum de syon Canticum de quo
dicit apostolus precipe diuitibus
huius mundi non superbe sapere
neque sperare in incerto diuiciarum
sed in deo uiuo qui prestat no-
bis omnia habundanter ad fru-
endum adiungens quid debe-
ant agere Iam tangit instrumentum
organum non suspendit diui-
tes sint in operibus bonis fa-
cile tribuant communicent the-
zaurisent sibi fundamentum
bonum in futurum ut apprehendant
bonam uitam Hoc canticum
de canticis syon diuites acce-
perunt Primo non sapere superbe
Extollunt enim diuicie et quos
extollunt flumina extollunt
illa Quid ergo huius precipitur
ante omnia non superbe sapere
quod faciunt diuicie Hoc caueant
in diuiciis superbiam Ipsum enim
malum est quod importat diui-
cie maxime in tantis hominibus
Non enim aurum malum est quod
deus condidit sed homo aua-
rus malus et relinques cre-

atorem et conuersus ad creaturam
Hoc ergo sibi precaueat ne sit su-
perbus et super flumina babilonis
sedeat Hoc enim illi dominus non super-
be sapere ergo sedeat neque speret
in incerto diuiciarum Ergo super
flumina babilonis sedeat Si enim
sperat in incerto diuiciarum trahitur
a flumine babilonis Si non hu-
miliauerint se et non superbierint
quos sperauerint in incerto diui-
ciarum suarum sedent super flumina
suspirant etiam in terram recor-
dantur syon et ut promereantur ad
syon erogant Ecce hec cantica
que diuites acceperunt de canticis
syon operentur tangant organa
non habent tamen inuenerunt ho-
minem dicentem sibi Quid est
quod facis perdis res tuas tanta
erogando thesaurisa filiis tuis
cum uiderint non sapere et intel-
ligerint lignum est salicis non
fructuale dicant quare agant
Et quid agant suspendant
organa in salicibus babilonis
preterit salices aut canticum non
cessent operentur non enim perdunt
quod erogant Deo commendatum
et tutum est Christo commendat
et perit Audistis canticum
diuitum de canticis syon Audi-
te canticum pauperum Paulus
loquitur Nichil intulimus in
hunc mundum sed nec auferre
aliquid possumus habentes uictum
et tegumentum hiis contenti
simus Nam qui nolunt diui-
tes fieri incidunt in tempta-
cionem et in desideria carnis
multa et nociua que mer-
gunt hominem in interitum et

pditionem b sunt flumina babi-
lonis Radix est omnium malorum
avaricia quam quidam appe-
tentes naufragaverunt a fide
et inseruerunt se doloribus mul-
tis. Ergo contraria sunt ista can-
tica. Vrom sunt contraria videte
quid divitibus dicitur sit vrom
superbe sapere neque sperare in in-
certo diviciarum bona opera tri-
buere thesaurizare fundamentum
bonum in futurum pauperibus autem
quid dicitur est. Qui volunt di-
vites fieri incidunt in tempta-
cionem non dixit qui divites
sunt sed qui volunt divites
fieri. Vram si iam divites esset
alterum canticum audiret. Di-
ves audit ut eroget pauper
audit ut non desideret. Sed cum
inter tales versamur qui non sa-
piunt canticum syon. Quid super-
dicte ut dixi organa nostra
in salicibus in medio eius di-
fferte que dicuntur esse. Incipiet
esse ligna fructuosa mutabuntur
arbores habebunt fructum bonum.
Iam licet nobis cantare in
aures audiencium. Sed cum
inter istos obstrepentes male
interrogantes non nostra
resistentes versamur. Obstringite
nos non eis nelle placere neos
linguistrum nostrum et dicat una-
quaque nostra sancta vna cum multis pace
xpi. Dicat ipsa captiua nostrum h'
agens nostra. Si oblitus fuero
tui nostrum oblivisceatur me dextra
mea. Vehementer se constrinxit
fratres mei oblivisceatur me dex-
tera mea atrocit se obligavit
dextera nostra est vita eterna. Si-
nistra nostra est vita temporalis quod
quid facis propter vitam eternam
dextera operatur. Si caritati vite
eterne in operibus tuis miscueris
concupiscenciam vite temporalis aut lau-
dis humane aut alicuius comodi-
tatis secularis cognoscit sinistra
tua quid faciat dextera tua.
Et nostis esse in precepto ewan-
gelii nesciat sinistra tua quid
faciat dextera tua. Si oblitus
inquit fuero tui nostrum obli-
viscatur me dextera mea. Et ve-
re sic contingit principiant non
optavit talibus qui obli-
viscuntur nostrum hoc contingit quod di-
xi. Obliviscitur illos dextera
eorum vita enim eterna manet
in se. Illi remanent in delecta-
cione temporali et faciunt sibi dex-
trum quod sinistrum. Attendite
ad ista fratres propter dextram in-
vincibilem hoc nobis quantum dominus
donat ad salutem omnium. Me-
minisstis fortasse hic me aliquando
tractasse de quibusdam qui quod
sinistrum est dextrum faciunt
id est qui temporalia bona plus
habent et minus beatitudinem
ponunt que sit vera felicitas
ignorantes que sit vera dex-
tera. Hec scriptura filios alienos
dicit tamquam cives non nostros
sed babilonie. Dicit enim quo-
dam loco psalmus. Domine
libera me de manu filiorum
alienorum quorum os locutum
est vanitatem et dextera
eorum dextera iniquitatis. Sequitur
et dicit. Quorum filii velud no-
velle constabilitate a iuven-
tute sua filie eorum composite

circuũ ornate sicut similitudo te-
mpli Cellaria eorum plena eruc-
tancia ex hoc in hoc Oues eorum
fecunde multiplicantes in egressi-
bus suis boues eorum crasse non
est ruina sepis nec clamor in
plateis eorum Quicunque habere
istam felicitatem h'z petrum non
Sed facit illam dexteram cum
sit sinistra respecta secutus quid ait
Beatum dixerunt populum cui hec
sunt Ecce vnum locutum est ob
eorum vanitatem quia beatum
dixerunt populum cui hec sunt
Tu qui es ciuis ierusalem qui non
obliuisceris ierusalem ne obliuiscatur
te dextera tua Ecce illi qui lo-
cuti sunt vanitate beatum dixerunt
populum cui hec sunt Dic michi
tu canticum syon Beatus inquit
populus cuius est dominus deus ipsius
Interrogate corda vestra fratres
si desideratis bona dei si de-
sideratis ciuitatem illam ierusalem
si concupiscitis vitam eternam
Omnis ista terrena felicitas sini-
stra nobis sit Illa sit dextera
nobis quam semper habebitis et si
habueritis sinistram nolite de
sinistra presumere racione corripi-
enim qui de sinistra noluit
manducare Si mense tue pu-
tas in iniuram fieri manduca-
te quina de sinistra quo non
sit iniuria mense dei si quod dex-
trum est sinistrum feceris et quod
sinistrum est dextrum feceris Ad
ergo Si oblitus fuero tui ierusalem
obliuiscatur me dextera mea Ad-
hereat lingua mea faucibus
meis nisi meminero tui idest
obmutescam nisi meminero tui
Vt quid enim loquitur vt quid
sonat qui canticum non sonat

Ipsa est lingua mea canticum
ierusalem Canticum dilectionis huius
seculi lingua aliena lingwa
barbara est quam in captiui-
tate didicimus Ergo immemor erit
deo qui oblitus fuit ierusalem Et
parum est meminisse vram et ho-
stes meminerunt eius volentes
eam euertere Que est ista ciui-
tas dicunt Qui sunt Xani et
quales sunt Xani dicit iam
captiua turba captiuatores
suos et tamen immurant et
seruiunt et nolunt interficere apertius
se pugnante sicut ciuitatem
sicut nolunt ipsum populum interfi-
cere pharao qui masculos
occidebat natos et feminas
relinquebat virtutes perso-
tabat concupiscencias nutriebat
parum est ergo meminisse vide
quomodo memineris Quedam cum
odio meminimus quedam cum
amore Cum ergo dixisset
Si oblitus fuero tui ierusalem
obliuiscatur me dextera mea
Adhereat lingwa mea faucibus
meis nisi tui meminero Ad-
didit statim Si non proposuero
ierusalem in principio leticie mee
Ibi est enim summa iocunditas
Vbi deo fruimur nisi de fraterna
coherente et vnica societate
securi simus Nullus nos ibi
violabit temptator nullus
vel ad aliquam illecebram
pertrahet pertotum nichil ibi de-
lectabit nisi bonum moritur
ibi omnis necessitas oritur
ibi summa felicitas Si non
proposuero ierusalem in principio
leticie mee Et conuertit se
ad deum contra hostes ipsius
ciuitatis Memento domine

filiorum edom Edom ipse dictus
est qui et esau Audistis enim
modo cum apostolus legeretur Jacob
dilexi esau autem odio habui duo
filii erant in ventre uno ambo ge
mini rebecce filii et ysaac et
nepotes abrahe nati sunt am
bo venit ad hereditatem Alter
ad hereditatem fuit autem host
fres sui iste esau quia perdidit
benedictionem eius minor et imple
tum est maior serviet minori
Maior ergo quis est et minor
quis est Modo intelligimus
Maior videbatur populus iudeorum
minor populus christianorum plus Et
videte quomodo maior serviet minori
Illi portant codices / nos vivi
mus de codicibus ipsorum Sed
ut generaliter de omnibus intelli
gatis fratres maiorem et minorem
Maior dicitur homo carnalis
et minor dicitur homo spiritualis
quia prius est carnalis et po
stea spiritualis / habes apostolum apte
dicentem primus homo de terra
terrenus Secundus homo de celo
celestis Qualis terrenus tales
et terreni Et qualis celest[is]
tales et celestes Sicut porta
vimus ymaginem terreni portemus
ymaginem eius qui de celo est
Ibi autem supra predixerat Sed non
prius quod spirituale est Sed quod animale
et postea spirituale Animalem autem
eundem dicit quem carnalem
ostendit / homo qui nascitur anima
lis incipit esse carnalis inci
pit esse Si se convertat a capti
vitate babilonie in redditu ie
rusalem renovatur et fit reno
vatus quedam secundum novum et
interiorem hominem et fit minor
tempore maior potestate / ergo

Iud[ei] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] codices
[illegible] [illegible] [illegible]

esau omnes carnales Jacob autem
omnes spirituales / minores electi maio
res illi reprobati Volt et ipse eli
gi fiat minor Edom autem ap
pellatus est de cibo quodam
lenticule rubro .i. de rosso quo
dam cibo Bene cocta erat len
ticula de fricata Concupivit
iste esau a fratre suo iacob et cessit
illi primatum suum victus concupi
scentia manducande illius len
ticule Ille cepit cibum volupt[atis]
et primpsit honore dignitatis
Et ita ex placito quodam inte
se factum est ut ille maior et ille
minor sit ut maior serviret
minori Imputatur autem quia di
cunt qui linguam noverunt
edom sanguis ibi ram et primum
edom dicitur sanguis noli mirari
noli mirari Sed ad sanguinem per
tinent omnes carnales Caro et
sanguis regnum dei non posside
bunt ibi ram illuc pertinet edom
Jacob caruit cibo carnali et
suscepit honore spirituale Ille non
factus inimicus Omnes carnales
spiritualibus inimici sunt Omnes
tales concupiscentes presentia
insectantur eos quos vident me
ditari eterna Contra hos iste re
spiciens in psalmum et rogans
deum ut eruatur de captivitate
quid dicit Memento domine fi
liorum edom liberat nos a carna
libus a beis qui imitantur illum
edom qui fratres maiores sunt
sed hostes sunt prius nati sunt
sed posterius nati vicerunt ad
primatum quia concupiscentia carnis
illos deiecit contempta gratia
istos erexit Videant et invid[eant]
et persequantur Memento domine
filiorum edom in die ierusalem dicen

ierusalem quo laborauit quo cap
tiuata est in diem illum felici
tatis ierusalem quo liberatur quo per
uenit Quo ciuitati sociatur
exemento domine inquit noli ob
liuisci filiorum edom Quorum di
centium Exinanite exinanite usque
dum fundamentum in ea Istum
ergo diem memento quando eu
ertere volebant illi ierusalem Quam
tas enim persecuciones passa est
ecclesia Quando dicebant filii edom
id est carnales homines subditi
dyabolo et angelis eius tolle
tes lapides et ligna sequen
tes concupiscencias carnis extingui
te xpianos tollite xpianos nec
unus remaneat euertite usque
ad fundamenta racione dicta
sunt hec Et cum ista dicerentur
persequentes irritati sunt mar
tires coronati sunt Dicencium
exinanite exinanite usque dum
fundamentum in ea filii edom
dicunt exinanite exinanite
et deus dicit firmate firmate
Cuius verba possunt superare
nisi dei qui dixit Amator si
met inducit Exinanite exinani
te usque dum fundamentum
in ea Et conuertit se ad illam
filia babilonis infelix Infelix
ipsa exaltacione tua ipsa presump
cione tua filia babilonis infe
lix ciuitas Ipsa dicitur babilon
et filia babilonis Quomodo ierusalem
et filia ierusalem Et quomodo syon
et filia syon hoc modo appel
latur ecclesia et filii ecclesie propter
successionem dicitur filia propter
placionem dicitur mater sunt pena
bilonia quedam nunquam ipse

ipsius in ea permansit per successionem
sionem babilonie facta est filia
babilonis O filia babilonis
infelix tu Beatus qui retribuet
tibi retribucionem tuam quam
retribuisti nobis Quam retri
bucionem dicit ad hoc claudit postea
Beatus qui tenebit et elidet
paruulos tuos ad petram Illa
dicit infelicem Beatum autem
qui retribuet ei retribucionem
quam retribuit nobis Que est
quam retribucionem Beatus in
quit qui tenebit et elidet
paruulos tuos ad petram Ipsa
est retribucio Quid enim babilo
nia fecit nobis Ista iam can
tauimus in illo psalmo Ser
mones iniquorum preualuerunt
aduersum nos quando nati sumus
prius nos inuenit ista con
fusio seculi huius Suffocauit
nos in errore diuersorum vanis
opinionibus adhuc infantes
Natus infans futurus ciuis
ierusalem in predestinacione dei
iam ciuis Sed interim captiuus
ad tempus quid quando discit
amare nisi quod susurrauerint
parentes Instruunt et docent
illum auariciam rapinas
mendacia cottidiana diuersas
culturas ydolorum et demoniorum
remedia illicita precantacionum
et ligaturarum Quid facturus
est adhuc infans anima tenera
attendens ad maiores quod
agant nisi ut hoc quod eos videt
facere hoc sequatur Babilonia
persecuta est paruulos suos Sed
deus dedit nobis agnicionem
sui iam grandibus ut non sequamur

errores paruulos uros q et
tunc contemserunt pdictum a ppha
Adte gentes venient ab extre-
mis terre et dicent vere men-
dacium coluerunt patres nri
vanitatem que illis no psunt
Jam iuuenes dicunt qui olim
si erant paruuli sequendo ipsas
vanitates pficiendo aut et
reminiscendo in eadem pfeci-
unt ut retribuant babilonie
Qualem retribucoem illi retri-
buunt Quam retribuit nobis
paruuli eius vicissim elide-
bant et moriant Qui sut
paruuli babilonie nascentes
male cupiditates Sunt enim
qui cum veteri cupiditate ri-
xant Qndo nascit cupidi-
tas antequa robur faciat
adusum te mala psuetudo
paruula e Ne cum cupiditas
nequa p vim psuetudinis
robur accipiat cum paruula
est elide illam Sz time ne
elisa no moriat Ad petra
elide petra aut erat xpus
sic organa in operando no
cessent nos inuice cantate
cantica syon Quam libent
audistis tam libencius agite
q audistis Si no vultis esse
salices babilonie pasti de
fluminib eius et fructum nullu
afferentes Suspirate in eterna
illam quo pcedit spes vra
sequat vita vra Ibi erimus
cum xpo xpus mo caput
nobis est gubnat nos mo
desuper amplectet nos
in illa ciuitate equales erim
angelis dei no audeamus

hoc sperare de nobis nisi pro-
mitteret veritas Hoc ergo concupi-
scite fres hoc die noctuqz co-
gitate et quidquid de mundo
feliciter arriserit nolite psu-
mere nolite libent colloqui
cum cupiditatib vris Hostis
maior est occidatur ad petram
Minimus hostis e elidatur ad
petram Et maiores in petra
occide et minores in petra eli-
de petra vincat ad petram
edificamini si no vultis tolli
aut a flumine aut a ventis
aut a pluuia Si vultis ar-
mati esse contra temptaciones
in seculum crescat et robore
desiderium illius eterne in cor-
dibus vris Transiet captiui-
tas veniet felicitas et dam-
nabit hostis extremus et cu
rege sine morte triumphabi-

Explicit de psalmo centesimo
xxxvi° Incipit tractatus Au-
relii aug epi de psalmo cen-
tesimo tricesimo septimo

Tytulus psalmi huius
breuis et simplex est
neqz nos tenet sapientes eum
figuram portauit dauid
et in eo etiam nos ipos ag-
noscere quia et nos memb
illius corporis sumus Agno-
scamus hic ergo uocem eius sicqz
gaudeamus q mea est uoce
uiuimus Cuius uocem cantantes
audiuimus Totus tytulus
est ipi dauid Confitebor ti-
bi domine in toto corde meo
Solet nos psalmi tytulus
indicare quid agatur intus
hic aut cum tytulus no hr

indicat sed cui cantet. tunc indi
cat quid agat. in toto psalmo
primus uersus intonat Confite
bor tibi domine in toto corde
meo hanc ergo confessionem au
diamus sed prius commemoro uos
Confessionem in scripturis cum
confitemur deo duobus modis
dici solere uel peccatoris uel laudis
Sed peccatoris confessionem omnes
nouerunt laudis autem confes
sionem pauci aduertunt Ita
ita nota est confessio peccatoris
ut in quocumque loco scripturarum
auditum fuit Confitebor tibi
domine aut confitebimur tibi con
tinuo iam sit consuetudo in
telligendi manus currant
ad pectus tundendum usque adeo
non solent homines intelligere
confessionem esse nisi peccatorum
Sed numquid et ipse dominus
noster ihesus christus peccator fuit
Cui ait in ewangelio Confite
or tibi domine pater celi et
terre Sequitur enim ait Cui con
fitetur domino ut intelligamus
confessionem laudis non iniquitatis
Confiteor inquit tibi domine
pater celi et terre quia abscondisti
hec a sapientibus et prudentibus
et reuelasti ea paruulis lauda
uit patrem laudauit deum
quia non despiciat humiles sed
despiciat superbos Et hic talem
confessionem audiamus simus
laudis dei et gratulationis
Confitebor tibi domine in toto
corde meo totum cor meum
in aram confessionis tue pono
Holocaustum laudis offerimus
tibi Holocaustum enim dicitur
sacrificium ubi totum incenditur
Grece quippe olon totum dicitur
Vide quemadmodum offerat
holocaustum spirituale qui dicit
Confitebor tibi domine in toto
corde meo Totum inquit
cor meum flamma tui amoris
accendat nichil in me relin
quatur michi nec quo respiciam
meipsum sed totus in te estuem
totus in te ardeam totus di
ligam te tamquam inflammatus
a te Confitebor tibi domine
in toto corde meo quoniam audi
sti verba oris mei Cuius oris
mei nisi cordis mei Ibi enim
habemus vocem quam deus
exaudit quam prorsus auris
humana non nouit Clama
bant qui susannam accusabant
et ad celum oculos non leua
bant Illa tacebat sed corde
clamabat Unde illa meruit
exaudiri illi puniri Est ergo
os intus ibi rogamus inde
rogamus Et si hospicium uel
domum deo preparamus ibi loquimur
ibi exaudimur Non est enim
ille longe positus ab uno
quoque nostrum in quo uiuimus
mouemur et sumus longe
adeo te non facit nisi iniqui
tas sola Deiice medium pa
rietem peccati et cum illo
es quem rogas Audisti inquit
verba oris mei Confitebor tibi
et coram angelis psallam
tibi non coram hominibus psal
lam sed coram angelis psal
lam psalterium meum gau
dium meum Sed gaudium
nostrum de inferioribus coram hominibus

est Gaudium desponsionibus
coram angelis est vero enim
nouit impius gaudium iusti
vero est impius gaudere dicat
dominus Gaudet iniquus in
pompa Gaudet martir domini
Katherina Quos gaudebat
sancta virginia cuius hodie
sollempnitas celebratur Ga-
udebat cum tenebatur Cum
ad iudicem ducebatur Cum in
carcerem mittebatur Cum liga-
ta producebatur cum in catasta
leuabatur cum audiebatur cum
dampnabatur In hiis o-
mnibus gaudebat et eam mi-
seram putabant que coram
angelis gaudebat Adorabo
ad templum sanctum tuum Quod
templum sanctum tuum ubi habita-
bimus ubi adorabimus Curri-
mus enim ut adoremus Grandium
cor meum parturit et se pariat
querit Cuius ille locus est
ubi adorandus est deus Cum
nudus quod edificium Nunc demumque
sedes in celo et inter stellas
Querimus in prophetis sanctis
et inuenimus in verbis sapientie
Ego inquit eram cum eo Et
eram adquem aggaudebat
cottidie Et dicit opera eius
et composuit nobis sed ipsius
nunquam quando validas faciebat
inquit in summo nubes quando
sedem suam segregabat super
ventos adoratur sinus Si
super ventos adoratur aues nos
vincunt Si autem intelligamus
ventos significatas animas sicut
ait quodam loco scriptura Vo-
lauit super pennas ventorum

hoc est virtutes animarum Unde
et flatus dei dicitur anima tamen
ventus non ut iste intelligitur
ventus quo corpore percellentes
sentimus sed ut eius nomine
significemus aliquid inuisibile
quod oculis nec conspici potest
nec sentiri auribus nec odo-
ratu duci nec palato gustari
nec manu palpari quod est
utique vita quedam qua vi-
uimus que anima dicitur Si hos
ventos intellexerimus non est
quod queramus pennas visibi-
les ut cum auibus volemus
ad adorandum ad templum dei
Sed intra nosipsos inueniemus
demum sedem si eius fideles
esse voluimus videte si non
quod est Templum enim dei sanctum
est ait apostolus quod estis uos
Certe cum quod manifestum est
in angelis habitat deus Ergo
cum gaudium meum de spiritua-
libus rebus non de terrenis ha-
bens assumit canticum deo
ut psallat coram angelis
Ipsa enim congregatio angelorum
templum dei est Adoremus
ad templum dei Ecclesia sursum
ecclesia deorsum Ecclesia deor-
sum in omnibus fidelibus Et
ecclesia sursum in omnibus an-
gelis Sed descendit ad eccle-
siam deorsum dominus angelorum
et ei angeli in terra ministraue-
runt ministranti nobis vero enim
venit non uenit ministrari sed mini-
strare Unde nos ministrauit
nisi quod hodieque manducabimus
et bibimus Cum ergo angelorum
dominus nobis ministret non

desperemus nos futuros equales
angelis Maior enim angelis
descendit ad hominem et creator
angelorum suscepit hominem deus
angelorum mortuus est pro homine
Adorabo ergo ad templum sanctum
tuum Intelligo templum tuum
non manufactum sed quod tu fe
cisti tibi Et confitebor nomini
tuo in misericordia tua et veritate tua
In duobus istis confitemur Dici
tur et in aliis psalmis legitur
Universe vie domini misericordia et veri
tas In duobus istis confitemur
in tua misericordia et in tua veritate
misericordia peccatorem recepisti veritate
promissionem reddidisti In tua
ergo misericordia et in tua veritate con
fitebor tibi hostiam pro meis
viribus reddo quam michi do
nasti faciens misericordiam et veritatem
misericordiam in subveniendo veritatem
in iudicando Hiis adiuvamur
adeo hiis pervenimur domini Meri
to ergo misericordia et veritas univer
se vie domini Non sunt alie vie
quibus ad nos venit Non sunt
alie vie quibus nos ad illum
veniamus Domine magnificasti
super omne nomen sanctum tuum Qua
lis ista gratulacio fuerat magnifi
cavit nomen sanctum suum super
abraham Credidit abraham
deo et reputatum est illi
ad iusticiam Certe omnes gen
tes ydolis ymolabant de
monibus serviebant Vocatus
est ex abraham ysaac Magni
ficatus est super illam domini
deus Inde super Iacob magnifi
catus est deus qui dicit Ego
sum deus abraham deus ysaac
et deus iacob Inde duodecim
filii inde populus israel liberatus ab
egipto ductus per mare rubrum
saciatus in heremo Electis gen
tibus in terra promissionis collo
catus est magnificatum est nomen
dei super israel Sed et inde vir
go maria Inde dominus christus
mortuus pro peccatis nostris resur
gens propter iustificacionem nostram
implens fideles spiritu sancto mittens
predicatores per gentes Agite penitenciam
appropinquabit enim regnum ce
lorum Et certe magnificavit
dominus super omnes gentes nomen
suum In quacumque die invocavero
te cito exaudi me Quare ci
to quia tu dixisti Adhuc lo
quente dicam ecce assum Quare
cito quia iam non peto felicita
tem terrenam Didici sanctum desi
derium de novo testamento non
peto terram non fecunditatem
carnalem non salutem temporalem
non minorum subiectionem non
divicias non honorem nichil
horum peto Ideo cito exaudi
me quia docuisti quid petam
da quod peto Dicamus hinc quid
petis Audiamus nos Eructet
ergo peticionem suam et videamus
quid petat et discamus pe
tere ut mereamur accipere
Veneras ad ecclesiam nescis
quid hodie petiturus Quid
putamus veneras petiturus
veneris cum desiderio tuo
nescis quo vadat in nocte
et si carnali sunt remove ini
quitatem et disce quid pe
tas quid hodie celebras alte
de natalicia sancte et beate

ferme celebrias et forte feli
citatem eternam desideras Illa
propter desiderium suum dimisit fe
licitatem quam habebat in terra
dimisit filios flentes tamquam
crudelem matrem dolentes
quia velut perdiderat humanam
in manu quo ad divinam festina
bat coronam respiciebat vero
illa quid desideraret quid
cantaret ymmo novat psallere
coram angelis dei corique desi
derare consorcium amiciciam
sanctorum et patriam ubi ulterius
non moreretur ubi iudicem nos
apud quem valere non possunt
mendacia Quid ergo in illa
vita nulla sunt bona ymmo non
ubi sola sunt bona non malis
immixta securitates in quibus
gaudeas quantum vis et modo
tibi dicat temperate hic autem
gaudere de bonis terrenis mo
lestum est et periculosum nimis
ne sic gaudeas ut hereas
et gaudendo male hereas
Iam unde deus immiscet tri
bulaciones gaudiis terrenis
nisi ut tribulacionum sencientes
amaritudinem discamus eterna
desiderare dulcedinem Quid ergo
petit videamus quo merito
dixit cito exaudi me Quid
enim petis ut cito exaudiaris
Multiplicabis me Multis mo
dis multiplicacio intelligi quod
audivimus post Est multiplicacio
terrene generacionis secundum primam
benediccionem nostre nature Cre
scite et multiplicamini et re
plete terram et dominamini eius
Hic ille nolebat multiplicari

qui dicebat Cito exaudi me
Est ista plane multiplicacio
fructuosa et non venit nisi con
dicione dei Iam quid dicam
de aliis multiplicacionibus multi
plicatus est ille auro ille ar
gento ille pecore ille familia
ille possessionibus Ille hiis
omnibus Multe sunt terrene
multiplicaciones feliciorum autem
filiorum quamque hominibus eciam
ipsa fecunditas molesta est
Timent enim ne pauperes relin
quantur qui multi nasci potue
runt Sollicitudo plerosque ad
impietatem cogit ut oblivisce
rentur quod parentes essent omnique
affectu humanitatis spoliati ex
ponerent filios suos et eos fe
rerent alienos pariet que pe
perit colliget que non peperit
illa contempnet illa diliget
illa frustra mater carne Illa
verior voluntate Cum ergo
sunt multe multiplicaciones et
multa genera multiplicacionum
quam multiplicacionem querit
qui dixit cito exaudi me Aut
enim multiplicabis me Expec
tamus audire in quibus Audi
ergo in anima mea non in carne mea
sed in anima mea Est ne quod
addatur adhuc ne forte multi
plicacio in anima non continuo fe
licitatem significet Est enim
cum homines in anima multipli
cantur multiplicatus videtur
in anima sua iniquo eciam multi
plicata sunt vicia Ille tam multum
avarus est Ille tam multum superbus
est Ille tam multum luxuriosus Iste et
avarus et superbus et luxuriosus

Multiplicati sunt in aīa illoꝝ
sed malis suis multiplicatis ista
egestas ꝫ nō vbertas Ergo
tu qui dixisti exaudi me Et
abstulisti te ab omī corporea
ab omī terrena ve ab omī de
siderio seculari ut dicas d̓o
Multiplicabis me in anima
mea Adhuc explana quid
desideres Multiplicabis me
inquit in aīa mea virtute
Cognosti notum cognosti
desideriū ab omī confusione
tumultuum Et dicet multipli
cabis me / terrena nescio que
cogitares addidit in anima
mea rursum ne in aīa mea
cogitares addidit virtute
nichil est quod adeo plus de
sideres si uis bona fronte
dicē cito exaudi me Confi
teant̄ tibi omnes reges terre
ita fit et ita fit et cottidie
fit Et ondit̄ nō frustra dic
tum nisi quia erat futurū
Confiteant̄ tibi domine omēs
reges tre Sed et ipsi tum
tibi confitent̄ tum laudat
te nō terrena desiderant a
te Quid enim reges tre de
siderature sunt nōne iam
habent ipsum imperiū Quid quid
aliud desideravit ho mira
nisi adimpletū est desideriū
eius Quid amplius potest altior
sublimitas nescia esse Et for
tasse quanto altior tanto peri
culosior Ideoque reges quanto sunt
in maiori felicitate quanto ma
gis humiliari deo debent Ut
quid faciant quoniam audierunt
omnia vba oris tui O domine
omnia vba oris tui in questio
qua gente abscondita erat
lex et prophe omnia vba oris tui
sed in gente iudeorum Sola erat
omnia vba oris tui Quam
gente laudavit apostolus ait
Quid quo amplius ꝫ iudeo aut
que utilitas circumcisionis mul
tum per omnem modum Primum
quidem quia credita sunt illis
eloquia dei ibi erant vba dei
Sed da michi illud gedeon quo
dam sancto viro tempore iudicum vi
dete quale signū petivit a
domino Ponam inquit vellus
in area compluat̄ vellus area
sicca sit Et factum est vellus solū
compluitum est area sicca erat
petit rursus signū Area to
ta compluta sit et ● solū vellus
siccum inveniatur et hoc
factum ꝫ Compluta est area sicco
vellere Quid nobis videt̄
area fuerit / ratione orbis terre
Quid vellus tanquam gens iu
dea in medio orbe terre huius
gratie sacrum nō in manifesta
tione sed in nube secreti tanquam
in vellamento pluvia in vellere
venit ipse quod revelaret plu
via in area manifesta ꝫ nō
operta factum est ergo quod dictum est
Confiteant̄ tibi domine omēs
reges terre quoniam audierunt
omnia vba oris tui Quid est
istud quod abscondebas Cognitū
est vellus exiit de te plu
via xpistus suavitas pluvie
Ipsū solum nō cognoscis in
scripturis propter quem facte sunt
scripture At vero omnes reges
tre confiteant̄ tibi domine

qui audierunt omnia vba oris
tui et cantent in vijs dñi qm
magna est glia dñi Cantent
in vijs dñi omnes reges terre
Inquibus vijs cantent de quibus
supra dixi Z mīa tua et veri
tate tua quia vniuerse vie dñi
mīa et veritas Non sunt ergo
reges terre superbi sed humiles
sint Tunc cantent in vijs dñi
si humiles sint ament et canta
bunt Nonnunquam viatores canta
tores cantant et pervenire fe
stinant Sunt cantica mala
tanquam veteris hominis Sed
canticum nouum ptinet ad homines
nouum Ambulent ergo et reges
terre in vijs tuis Quid cantent
Quoniam magna est glia domini
Non reges Vide quo reges no
lunt cantare in vijs humiliter por
tantes dñm non se extollentes
aduersus dñm verum si se extol
lerunt quid sequitur Quoniam excel
sus dñs et humilia respicit Vo
lunt ergo respici humiles sint
Quid si se extulerunt in superbia
late illius oculos putant nec
forte quia humilia re
spicit Superbus velis esse et
dicas in animo tuo humiles re
spicit deus me non respicit
faciam quod volo Quis enim me vi
det latet deus non vult me vi
dere quia non sum humilis Ille
autem humilia respicit Ego volo
faciam Importune nunquid
hoc dices si scires quid amare
deberes Esse si nolit te vide
deus hoc ipsum non times quia
te non videt Si salutes aliquem
maiorem tuum patronum et in

tentus in aliud non te videat
Nunquid non dolet Si autem
deus non te videat securum
te putas non te videt saluator
et videt depredator et tu ipse
deus videt non te putes non
videri Imo roga ut merearis
videri a quo videris Dictum
est enim oculi dñi super iustos
et quia non super iniustos fa
ciant ergo quod volunt iniusti
Oculi dñi super iustos sequitur
adhuc Et aures eius ad pre
ces eorum Iniusti ergo qui securos
se putant quia non sunt oculi
dñi super eos non timent quia
non sunt aures eius ad preces
eorum Ratione melius et oculi
eius super nos et aures eius
ad preces nostras Sed cum facis
ea super que vis esse oculos
dñi timere noli Nec solum in his
et aures dñi et tu mala fa
ciendo non a te auertis oculos
dñi Quid enim ibi sequitur
Vultus autem dñi super facientes
mala Sed ad quid ut perdat
de terra memoriam eorum Vides
te videri te latere non posse
Cum ergo quidquid feceris
videaris quod si non facis vide
placere merearis Ergo et hoc quod
Quoniam magna est glia domini
Quoniam excelsus dñs et humilia
respicit Excelsa autem quia non
respicit humilia enim respicit
Excelsa quid alonge cognoscit
Quid tibi prestat ergo superbus
nisi ut videatur alonge non
ut videatur Nec putes te
ideo securum esse quia minus
te videt bene quia alonge te

videt Tu enim quando alonge
vides non bene vides Deus et
si alonge te videt presente videt
te et tecum non est. Sic agis
non ut minus presente videaris
sed ut non sis cum illo aquo
videris. At non humilis qui tibi
prestat ipse est dominus hijs qui ob
triverunt cor. Erigat ergo se
superbus quantum nolunt. Et te
in celo habitat deus et in celo et
deus vis ut tibi appropinquet
humilia te. Iram tanto alte cit
altior quanto tu elatior. Excel
sa autem alonge cognoscit. Si
ambulavero in medio tribulacio
nis vivificabis me bonum est
inquacumque tribulacione fueris
confiteri in vacui liberat te
vivificat te. Sed tamen aliquid
hic debemus melius intelli
gere quo iam familiaris in
herreamus deo dicimusque illi
Cito exaudi me domine exaltat
enim excelsa alonge cognoscit
Excelsa superba non novit tri
bulacionem sed novit in qua
tribulacionem de qua dicitur in alio
loco Tribulacionem et dolo
rem inveni et nomen domini
invocavi. Unde enim magnum
si tribulacio te inveniat si
aliquid pateris tu inveni tri
bulacionem. Et quis est in quis
qui inveniat tribulacionem
aut quis illam non querat
In medio tribulacionis es et
nescis intra istam penam tribulacio
est. Si non est tribulacio non
est peregrinacio. Si autem peregrinacio
est aut pacem patriam diligis
aut sine dubio tribularis

Nimis enim non tribuletur non se
esse cum eo quod desiderat. Sed unde
tibi non videtur ista tribulacio
Nunc non amas ama alteram vitam
et videbis quia vita ista tri
bulacio est. Quacumque prosperitate
fulgeat quibuslibet divicijs ha
bundet atque tamen floreat quia
non dum est illud gaudium sine
ulla temptacione certissime
quod nobis in fine fiat deus
sine dubio tribulacio est. Ergo
et intelligamus huiusmodi tribulacio
fides. Si ambulavero in medio
tribulacionis vivificabis me
non sic ait tamquam diceret si for
te evenerit michi tribulacio
aliqua liberabis inde me. Sed quo
Si ambulavero in medio tribu
lacionis vivificabis me id est
aliter non vivificabis me nisi
in medio tribulacionis ambu
lavero vivificabis me id est
aliter non vivificabis me nisi
in medio tribulacionis ambu
lavero De videntibus beati lugen
tes. Si ambulavero in medio
tribulacionis vivificabis me
et super iram inimicorum meorum
extendisti manum tuam et sal
vum me fecit dextera tua. Quid
autem inimici quid possunt facere
inimici pecuniam tollere spoliare
proscribere bona auferre in exi
lium mittere doloribus tormentisque
cruciare ad extremum si permissi
fuerint occidere non quid a
mplius. Tu autem domine super iram
inimicorum meorum extendisti
manum tuam. Super id quod
possunt michi facere inimici tu
extendisti manum tuam vero

cum inimici possint me separare a te Tu autem amplius indutas quia adhuc differs me super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam Dematur quantum possint inimici non me separat a deo Tu autem domine adhuc me non recipis adhuc me impugnatione conteris Adhuc gaudium dulcedinemque tuam non prebes Nondum me inebriasti ab ubertate domus tue et torrente voluptatis tue nondum potasti Apud te enim est fons vite et in lumine tuo videbimus lumen Sed ecce dedisti primicias spiritus et credidi vite et [illegible] sumus legi dei tamen nos ipsi in nobis metipsis adhuc ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri hac vita quam nobis peccantibus dedit deus ubi etiam vite est ut contereretur adam in sudore et labore vultus sui cum terra ei tribulos et spinas pariat Nunquid ad inimicus plus potuit procurare Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam Sed tamen non ad desperationem Sequitur enim Et salvum me fecit dextera tua potest et sic intelligi Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam Irascebantur inimici vindicasti me de inimicis peccator videbit et irascetur dentibus suis fremet et tabescet Ubi sunt qui dicebant pereat nomen christianorum de terra Certe aut moriuntur aut convertuntur Ergo extendisti manum tuam super iram inimicorum meorum quam diu dicetur ex septimo et inimici mei dixerunt mala mihi quando morietur et peribit nomen eius Quando delebitur nomen christianorum de terra Cum dicit ista pars meruit partim crediderunt pauca [struck] remanserunt Multa [illegible] inimicorum sentiebat quando sanguinem martirum fundebat [illegible] et putabat nomen christianorum delere de terra Super iram inimicorum extendisti manum tuam et salvum me fecit dextera tua Ecce hii qui martires persequebantur monachos [illegible] inquirunt aut ubi adorent aut ubi se inebrient Venerunt tu super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam et salvum me fecit dextera tua Secundum [illegible] salvum me fecit dextera tua Est quod salus in dextera tua non est alia salus in sinistra tua Salus temporalis carnalis in sinistra est Salus eterna cum angelis in dextera est Ideo iam in ipsa immortalitate positus apostolus dicitur sedere ad dexteram dei Non enim deus habet in seipso dexteram et sinistram Sed dextera dei dicitur felicitas illa que quam oculus vidit non potest [illegible] non accepit hac dextera salvum me fecisti Non secundum salutem temporalem [illegible] causa est Sed nunquid deseruit illam deus non illa fecit salu-

in sinistra sed in dextra Macha
bei quia tormenta passi sunt
Tres aut pueri in medio ig
nibus deambulando lauda
uerunt deum Illorum salus in
dextra istorum etiam in sinistra
Aliquando ergo non saluat in si
nistra sanctos suos sed semper
saluat in dextra Impios aut
plerumque saluat in sinistra non
saluat in dextra Vtrum illi
qui persequebantur christianam
salui erant in tempore illa
occisa est illi vixerunt Illorum
in sinistra salus illius in dextra
Et saluum me fecit dextera
tua Domine retribues pro me
Ego non retribuo tu retribues
pro me Clamant inimici quibus
tu retribues quod ego non possum
Domine retribues pro me In ipso
nostro capite attendite Reliquit
enim nobis exemplum ut sequa
mini vestigia eius qui peccatum
non fecit nec inuentus est do
lus in ore eius Cum enim ma
lediceretur non maledicebat
dicens Domine retribues pro me
Cum iudicaretur non comminabatur
sed commendabat se iuste iu
dicanti Quid est Domine retribues
pro me Ego inquit non quero
gloriam meam est qui querat
et iudicet non nosmetipsos
iudicantes Itaque apostolus dicit
Sed date locum ire scriptum
est enim Michi vindictam ego
retribuam dicit dominus Domine
retribues pro me Est hic alius
intellectus non negligendus
et forte magis eligendus
Domine christe retribues pro me

Ego enim si reddam rapui
tu quod non rapuisti soluisti Domine
retribues pro me Vide illum
retribuentem pro nobis Venerunt
qui tributum exigerent Exige
bant tributum didragmas
i. duas dragmas in uno homine
Ventum est ad eum ut solueret
tributum ymo non ad ipsum sed
ad discipulos et dictum est illis
Magister vester non dat tributum
Illi retulerunt ad eum Et ille
Reges terre a quibus exigunt
tributum a filiis suis an ab
alienis Ergo inquit liberi
sunt filii Sed ne scandalizemus
eos tu ait petre vade ad
mare et mitte hamum et qui
primus piscis ascendit aperies
os eius et inuenies ibi state
rem id est duas dragmas Sta
tera ponderis genus est habens
quatuor dragmas Inuenies
ibi da illis pro me et pro te Domine
retribues pro me [illegible] hamus
primum piscem hamo captum
hamus comprehensum primum
surgentem de mari primogenitum
a mortuis In cuius ore inue
nimus duas didragmas i.
quatuor dragmas In eius
ore inuenimus quatuor euange
lia Istis quatuor dragmis
ab exactione huius seculi liberantur
peregrinatores euangelia debitores
non remanebimus Ibi enim
omnia peccata nostra soluuntur Re
tribuit ergo pro nobis gratis nam
prius nichil debebat pro nobis
reddidit pro se non reddidit Ecce
veniet inquit princeps mundi
huius et in me nichil inueniet

Nullum peccatum in me inveniet
qui occidat non hic sed ut fiat
omnibus ait Non voluntatem meam sed patris
mei facio Surgite eamus
hinc Unde est surgite eamus
hinc .i. non necessitate sed volun
tate patior reddens que non
debeo Domine retribues pro
me Domine misericordia tua in eternum
Unde desideravimus non diem
hominis non laboravi sequens
te domine et diem hominum
non concupivi Tu scis Ecce
sancta martir crispina si desi
deraret diem hominis negaret
christum plus hic viveret sed in
eternum non viveret Maluit mori
vincere quam paulo amplius
temporaliter vivere Denique domine
misericordia tua in eternum quia martires
liberasti quos sic cito de hac
vita abstulisti Domine misericordia
tua in eternum domine opera ma
nuum tuarum ne despicias Non
dico domine ne despicias opera
manuum mearum Non me iacto
de operibus meis Quesivi quidem
deum manibus meis nocte
coram eo et non sum deceptus
Sed tamen non commendo opera
manuum mearum Timeo ne cum
inspexeris invenias plura peccata
quam merita hic solum dico hoc
rogo hoc impetrare desidero
Opera manuum tuarum ne despi
cias Opus tuum in me vide
non meum Nam meum si vide
ris dampnas tuum coronas Nam
et quecumque sunt opera bona
absque me non sunt et ideo magis
tua quam mea sunt Audio
quippe ab apostolo tuo Gratia sal =

vi facti estis per fidem et hoc non
ex vobis sed dei donum est non
ex operibus ne forte quis ex
tollatur Ipsius enim sumus
figmentum creati in christo ihesu
in operibus bonis Ergo sive
mus quod homines sumus sive
eo quod ex nostra impietate muta
ti et iustificati sumus domine
opera manuum tuarum non despi
cias etc Explicit de psalmo
centesimo tricesimo vijo Incipit
tractatus aurelii augustini episcopi de
psalmo centesimo xxxviijo

Psalmum nobis brevem pa
ravimus quem mandavimus
cantare a lectore sed ad horam
quantum videtur perturbatus alium
pro alio legit Maluimus autem
nos in errore lectoris sequi
voluntatem dei quam nostram
in nostro proposito Si ergo nos in
eius prolixitate aliquamdiu
tenuerimus nobis non impu
tetis Sed credatis deum
nos non infructuose laborare
voluisse Neque enim frustra
in primo peccato nostro penam
accepimus ut in sudore vultus
nostri panem manducemus
Tantum si panis est attendite
Panis est aut si christus est Ego
sum inquit panis vivus qui
de celo descendi Nunc nobis
manifestatus hebreis vero carnalibus
ipsum querimus et in prophetis
hic ibi non videt super quorum
cor adhuc velamen positum
est Unde audiunt carnales
israelite sexto die Vobis quidem
quia sacrificium vespertinum crux
domini concidit velum ut pateat

iam templi secreta que dum no-
bis xpus predicat semper cum
labore et sudore manducandus
est panis loquitur autem dominus
noster ihesus xpus in prophetiis aliquando
ex persona capitis nostri qui est
ipse xpus saluator sedens ad
dexteram qui etiam propter nos na-
tus de virgine et sub poncio
pylato qualia nostris passus
sub innocenti sanguine quod
est precium nostrum redemit no-
centes a captiuitate in qua re-
tinebamur a diabolo donans no-
bis delicta et ipso precio nostro
sanguine suo delens cyrographum
quo debitores tenebamur
Ipse est rector et sponsus et
redemptor ecclesie caput nostrum
et utique si caput est habet corpus
Corpus autem eius sancta ecclesia
que est ex vxor eius cui dicit apostolus
Vos autem estis corpus xpi et
membra Totus itaque xpus
caput et corpus tamquam
integer vir quia femina ex
viro facta est et ad virum pertinet
et dictum est de primo coniugio Erunt
duo in carne vna hoc autem ad
admisterium interpretatur apostolus non
sinistra esse dictum de illis duobus
hominibus primis quia iam in eis
figurabatur xpus et ecclesia
Uerum hoc sic exponit apostolus Erunt
inquit duo in carne vna sacra-
mentum hoc magnum est Ego autem
dico in xpo et in ecclesia Dicit
etiam ipsum adam qui est imago
forma futuri Si ergo adam
forma futuri quomodo de latere
dormientis eua facta est sic ex
latere domini dormientis id est mo-
rientis in passione et in cruce
percussi de lancea manauerunt
sacramenta quibus formaretur
ecclesia Uerum de futura eadem
passione sua sic dicitur in alio
psalmo Ego dormiui et sop-
num cepi et exsurrexi quoniam dominus
suscepit me Ergo dormicio
intelligitur passio Eua de latere
dormientis Ecclesia de latere
pacientis loquitur ergo dominus
noster ihesus xpus in prophetiis aliquando
ex uoce sua aliquando ex uoce
nostra quia unum se facit no-
biscum sicut dictum est Erunt duo
in carne una unde dicit et
ipse dominus in ewangelio cum de con-
iugio loqueretur Igitur iam non
sunt duo sed una caro Una
caro quia de nostra mortalitate
carnem suscepit non autem una
diuinitas quia ille creator nos
creatura Quidquid igitur
dominus ex persona suscepit car-
nis et ad illud caput pertinet
quod iam ascendit in celum Et
ad ista membra que adhuc in
terre peregrinacione laborant
pro quibus laborantibus vbi-
tum ea saulus insequitur
clamauit de celo Saule sau-
le quid me persequeris Audiamus
ergo loquentem dominum nostrum
ihesum xpm in prophetia Cantica
cum sunt isti psalmi longe
antequam dominus de maria
nasceretur non antequam dominus
esset Semper enim creator
omnium aliquando autem natus ex
creatura Diuinitate autem illa
credamus et quantum possimus
intelligamus equalem patri

sed illa diuinitas equalis pa
tri facta est particeps morta
litatis nr̄e nō de suo sed de
nr̄o ut et nos efficerem̄ par
ticeps diuinitatis eius nō de
nr̄o sed de suo ꝛc psalmus

Domine pbasti me et cog
nouisti me Dicat hoc ipse
dn̄s nr̄ ihūs xp̄us dicat et
dn̄o patri Nō cui dn̄s eius
pater eius nisi quia dignatus
est nasci scdm carnē pr̄ est
d' dn̄s homīs bis nosse cui
pr̄ est equali sibi filio Aplūs
dicit Qui cum in forma dei
esset nō rapinam arbitratus
est esse se equalem deo huius
forme pr̄ z deus eq̄li sibi for
unigenito filio nato de sba
sua ppter nos aūt ut efficere
mur pticipes diuinitatis eius
repati ad uitam etnam q̄a
ipse ut dixi fcūs est pticeps
mortalitatis nr̄e Quod de illo
ait aplūs ibi ubi dixit Qui
cum in forma dei esset non
rapinam arbitratus z esse
se equalem deo sz semetipsum
igt exinaniuit formam serui acci
piens in similitudine hoim
fcūs et habitu inuentus ut hō
Erat aūt in forma dei eq̄lis
patri et accepit formam serui
qua eēt pr̄ unde utrūqz dicat
in ewangelio Ego et pater
unū sumus et quia pr̄ maior
me est Ego et pr̄ unū sumus
scdm formam dei pr̄ maior
me est scdm formam serui
Ergo quia pr̄ et dn̄s ē pr̄
forme dei dominus forme serui
dicat g° ipse nec miremur

nec scandalizem̄ quia filius
dei unicus dicat Domine pba
sti me et cognouisti me pba
sti me et cognouisti nō quia
nō nouerat sed quia aliis notū
fecit pbasti inquit me et cog
nouisti me tu cognouisti ses
sionē meam et resurrectionem
meam Quid hic sessio quid
hic resurrectio qui sedet hu
miliat se Sedit g° dominus
in passione surrexit in resur
rectione Tu inquit cognouisti
hoc .i. tu noluisti tu approbasti
scdm uoluntatē tuam fcm
est Si aūt nolumus accipere
nōie capitis ex psona capitis
corporis dicamus et nos tu cog
nouisti sessionem meam et
resurrectionem Sedet eni et
homo qui se humiliat in penitē
tia Surgit aūt in remissis p
catis quando erigitur in spem
uite etne ppea et in alio ps°
dicitur Surgite postquam sede
ritis qui manducatis panem
doloris panem doloris peni
tentes manducant qui canunt
in alio psalmo fcē sunt mi
chi lacrime mee panes die ac
nocte Quid est g° surgite
postea quia sederitis nolite
exaltari nisi humiliati fueritis
Multi eni nolunt surgere ant
quam sederint nolunt se in
stos uideri antequam peccatores se
esse confessi sunt Ergo si ex
psona capitis nr̄i accipis se
intellige tu cognouisti ses
sionem meam et resurrectionem
meam Si ex psona corporis
Tu cognouisti sessionē meam

et resurrectionem meam coram oculis tuis et peccata confessus sum et tua gratia iustificatus sum. Intellexi cogitationes meas de longinquo semitam meam et limitem meum investigasti et omnes vias meas previdisti. Vnde de longinquo cum adhuc in peregrinatione sum antequam ad illam patriam veniam cognovisti cogitationes meas. Attendite illum filium minorem quia ipse etiam fratres et corpus christi exilia degentibus venit eius. Et erat quippe in longinquo filius minor duos enim filios habebat quidam paterfamilias maior non longe erat sed in agro operabatur et perfectus erat in lege faciens opera et precepta legis. Venerat autem quando quod defluxerat in ydolorum culturam in longinquo fuerat peregrinatum. Vnde tam longe ab eo qui fecit te quam figmentum quod tibi ipse fecisti. Profectus est ergo filius minor in regionem longinquam portans secum substantiam suam et sicut novimus in euangelio dissipavit eam vivendo prodige cum meretricibus et famem passus applicuit se cuidam principi regionis illius et ille eum porcos pascendos misit de quorum siliquis cupiebat saturari et non poterat. Post laborem et [illegible] et tribulationem et egestatem venit illi pater in mentem et voluit redire et sic ait Surgam

et ibo ad patrem meum. Surgam dixit ~~surrexerat~~ sederat cum hic ergo vocem agnosce dicentis Tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam. Sedi in egestate surrexi in desiderio panis tui. Intellexisti cogitationes meas a longinquo longe enim profectus eram sed ubi non est quem desideraveram. Intellexisti cogitationes meas de longinquo. Ipse enim pater dicit dominus in euangelio quia occurrit illi patri venienti. Vere quia intellexerat cogitationes eius de longinquo. Semitam meam et limitem meum investigasti. Semitam meam inquit viam nisi malam quam ille ambulaverat ut patrem desereret quasi occultus esse posset ab oculis iudicantis aut non in illa egestate contereretur aut porcos pascere poneretur nisi pater vellet flagellare longinquum ut reciperet propinquum. Ergo tamquam deprehensus fugitivus sequente se iudicia legitima dei iudicantis in affectiones meas quacumque ierimus et quocumque progressi fuerimus. Tamquam ergo comprehensus fugitivus loquitur Semitam meam et limitem meum investigasti. Vnde est semitam meam viam qua profectus sum. Vnde est limitem meum [illegible] Semitam meam et limitem meum investigasti limites meos ille longinquus non fuit longe ab oculis tuis multum ierat

et tu ibi eras Semitam meam
et limitem meum investiga
sti et omnes vias meas previdi
sti Non dixit vidisti sed pre
vidisti antequam eas irem
antequam eas ambulare previdi
sti eas et permisisti me in la
bore ire vias meas ut si nol
lem laborare redirem in vi
as tuas Quia non est dolus
in lingua mea Quare hoc
dixi Omnia ecce fateor tibi
ambulavi semitam meam factus
sum longinquus a te discessi
a te quocumque mihi bene erat
et bono meo male mihi fuit
sine te nollem forsitan redi
re ad te Ergo iste confitens
et peccata dicens corpus christi
iustificatum non in se sed in
illius gratia dixit non est dolus
in lingua mea Ecce domine
tu cognovisti omnia novissima
et antiqua Cognovisti omnia
novissima mea Quando porcos
pavi cognovisti omnia novi
ssima mea quando a te partem substantie
mee petivi Antiqua mihi
fuerunt exordia novissimorum
malorum Antiquum peccatum quando
lapsi sumus novissima pena
quando in istam mortalitatem
laboriosam periculosamque prodi
vimus atque utinam ista sit no
vissima Erit ista novissima
si iam redire voluimus Est
enim alia quibusdam impiis
novissima quibus dicetur
Ite in ignem eternum qui paratus
est dyabolo et angelis eius
Nos autem fratres hucusque descen
dimus deinde usque ad huius

vite mortalitatem sufficiat
labor iste Recordemur pane
patris nostri recolamus beatitudinem
domus patris nostri non nos de
lectent siliquae porcorum doctrine
demoniorum Ecce domine tu
cognovisti omnia novissima
et antiqua Novissima quo
antiqua ubi te offendi Tu
finxisti me et posuisti super
me manum tuam finxisti me
ubi in ista mortalitate ad labo
res ad quos omnes nati sumus
Non enim quisquam nascitur nisi
quem deus finxit in utero
matris sue aut ulla creatura
est cuius non sit ille plasma
tor Sed finxisti me in isto
labore et posuisti super me
manum tuam vindicem ma
num gravantem superbum Ita
enim salubriter deicit elatum
ut erigat humilem Tu finxi
sti me et posuisti super me ma
num tuam Mirificata est scientia
tua a me invaluit et non
potero ad illam Aliquid quod
obscurum quidem est sed cum non parva
nna dulcedine intelligitur adverti
te audite Moysi servo dei famu
lo loquebatur deus per nubem quia
temporaliter loquens utique per assumptam
creaturam loquebatur sono suo
id est non per substantiam suam sed per
assumptam aliquam corporalem
creaturam per quam voces illi
ficiat et humanis atque morta
libus auribus personaret Sic enim
loquebatur tunc deus non quomodo
loquitur in verba sua Quomodo enim
loquitur in verba sua locutio dei
verbum dei est verbum dei christus

verbum illud non sonat et transit sed semper incommutabiliter manet verbum per quod omnia facta sunt. Cum verbo dicitur: Ipse est eternum et sapientia dei mutabis ea et mutabuntur. Tu autem idem ipse es. Et alio loco de sapientia scriptum dicitur in se ipsa manens ait innovat omnia. Illa ergo sapientia stans siue dici debeat uel stans dicitur aut propter incommutabilitatem non propter immobilitatem et eodem modo semper se habens nullo loco nullo tempore variata nunquam aliter quam habet aliquando ibi nunquam aliter quam nunc aut antea ipsa est locutio dei locutio non illa que fiebat ad moysen ad hominem per sillabas pertransientes sonos verum autem sicut isti iusti deus assumeret talem creaturam per quam huiusmodi sermonem et voces emitteret. Moyses sanctus novit ista locutionem dei assumptis quibusdam corporeis creaturis fieri et desideraverunt et concupiverunt videre ipsam speciem dei et loquentem secum deo dixit Si inveni gratiam ante te ostende michi temetipsum. Cum sic vehementer concupisceret et sic quadam sanctitatem est amica familiaritate quia ipse dignatus est colloqui vellet deo ut videret eius maiestatem et faciem quo dici potest facies dei ait illi non potes videre faciem meam nemo enim videbit faciem meam et vivet. Sed ponam te in spelunca petre et tuebo et ponam super te manum meam. Cum autem transiero posteriora

mea videbis. Hoc huius verbis natum est aliud enigma id est obscura quedam figura rerum. Cum transiero posteriora mea videbis dicit deus quasi ex alia parte habeat faciem et ex alia dorsum. Absit a nobis tale aliquid de illa maiestate sentire. Verum qui sic sentit de deo quid prodest ei quia templa dei clausa sunt ydolum in corde suo fabricavit. Sunt ergo in illis verbis magna misteria. Loquebatur dominus ut dixi per creaturam quo vellet famulo suo intelligenda et illic personam ipsius domini cui quidem secundum formam dei qua equalis est patri similiter oculis humanis visibilis est sicut et pater. Dei enim sapientia humana videri oculis non potest. Sed quia erat dominus noster Christus tempore carnem suscepturus et etiam carneis oculis carneis propter salubritatem immediate in hiis mentis appareret quomodo ita appareret opus esset hic predictis moysi figuraliter ait faciem meam videre non potes posteriora mea videbis sed cum transiero sit autem non videas faciem meam manus mea erit super te transire quid sunt dominum nisi quod dicit ewangelista. Cum autem venisset hora ut transiret ihesus de hoc mundo ad patrem. Verum ipsum transitum significat pascha quod cum hebraico verbo dicitur pascha latine transitus interpretatur. Quid est faciem meam non videbis posteriora mea videbis. Cuius personam gerebat ille moyses quomodo ei dictum est faciem meam

nō videbis sed posteria mea vi
debis et hec cum transiero ut at
nō videas faciem meā ponā
super te manum meam faciem
suam dixit priora sua et quo
dam modo posteriora sua tran
situm passionis sue de hoc mundo
apparuit iudeis nō enim cog
noverunt eorum personam gerebat
moyses quando ei dicebatur
faciem meam nō potes videre
unde autem nō viderunt deum
in carne positum quia gravata
erat super eos manus do
mini de celis cum dixit ysaias
Incrassa cor populi huius et oculos
eorum gravia et eorum nox et in
alio psalmo Quoniam gravata est
super me manus tua ut ergo
nō cognoscerent tunc divinitatem
christi gravati sunt Si enim cog
novissent nunquam dominum glorie
crucifixissent nō crucifixo
ut duo sagimus illius nō re
demisset orbem terrarum Unde
mirum quod dicit apostolus
Altitudinem divinarum sapientie
et scientie dei ubi exclamat O
altitudo divitiarum sapientie et scientie
dei quam incomprehensibilia sunt
iudicia eius et investigabiles
vie eius Quis enim cognovit
sensum domini aut quis consilia
rius eius fuit aut quis prior
dedit illi et retribuetur ei Quoniam
ex ipso et per ipsum et in ipso sunt
omnia ipsi gloria in secula seculorum
Amen Apostolus hic dicit quia su
perius dixerat Cecitas ex parte
in israhel facta est ut plenitudo gen
tium intraret et sic omnis israhel
salvus fieret Cecitati sunt ergo

excepte iudei multo superbie sue
quia se iustos dicebant et exce
cati crucifixerunt dominum Propterea posuit
super eos manum suam ne vi
derent eum donec transiret
ex hoc mundo ad patrem Vi
deamus si postea quam transiit
viderunt posteriora eius Resur
rexit dominus apparuit disci
pulis suis et omnibus qui iam
in eum crediderant nō eis a quibus
crucifixus erat quia super
illos manum posuerat donec
transiret Ascendit autem in celum
quadraginta diebus factis
cum discipulis suis impleto
die penthecostes misit eis
spiritum sanctum repleti spiritu sancto cepe
runt linguis omnium loqui qui
in nati erant et unam
solam didicerant Expaverunt
et exhorruerunt tum miraculum
multa eorum qui crucifixerant
dominum compuncti corde de tanto
miraculo quesierunt consilium
ab apostolis quid facerent postea
quam eis predicatus est christus mi
rantibus unde ydiote homines
linguis omnibus loquentur
per petrum igitur apostolum annuncia
to eis christo quem in cruce con
tempserant quem tamquam
hominem mortalem miserant
tunc propter insultabant quia de
cruce nō descendebat Cum
utique multo maius fuit quod fecit
de sepulcro surgere quam de cruce
descendere Annunciato ergo sibi
christo dixerunt Quid faciemus
illi qui servierunt in dominum que
videbant iam consilium petunt
salutis Et dictum est eis Agite

penitentiam et baptizetur unusquisque
vestrum in nomine domini nostri ihesu xpisti
et dimittentur vobis peccata vestra Ecce
viderunt posteriora eius cuius
faciem videre non poterunt
Manus enim eius erat super
oculos eorum non semper sed donec
transiret postea quam transiit
abstulit manum ab oculis eorum
Ablata manu ab oculis suis
dicit discipulis Quid facienus
primo scimus postea pii primo
irati postea timidi primo
duri postea flexi primo ceci
postea illuminati presto quod a quo
fugimus et in hoc psalmo vo
tes huius etiam gentium recor
dancium infidelitatem suam
Conclusit enim deus omnes in
infidelitate ut omnium misereatur
tu fuxisti me et posuisti super
me manum tuam Mirificata
est scientia tua ex me invaluit
et non potero ad illam velut po
suisti super me manum tuam mirum
michi factus es non te comprehendo
cum queram Quam facilis
michi erat vultus patris quando
dixi da michi partem meam que
me contingit Ecce profectus in
regionem longinquam et fa
me contrectus multum miserie
et laboris autem me non possum
percipere quod dimisi Mirificata est
inquit scientia tua ex me ex peccato
meo factum est ut mirificata michi
esset et incomprehensibilis michi
constet Iam erat michi faci
litas contemplandi te quam in
superbia relinquerem te Miri
ficata est scientia tua ex me in
valuit non potero ad illam Quis

audi ex me non potero ad illam
ex me Cum ergo potero non po
tero nisi ex te Ecce inveniens in
longinquo fugitivum non latet
oculos eius a quo fugit et quo
iturus est videte quid dicat
Quo ibo a spiritu tuo Spiritus enim
domini replevit orbem terrarum Quis
potest fugere in mundo ab illo spiritu
quo plenus est mundus Quo
ibo a spiritu tuo et quo a facie
tua fugiam locum querit
quo fugiat ab ira dei Cuius
est locus receptivus fugitivum
dei homines qui suscipiunt fu
gitivos querunt ab eis a quo
fugerint et quem servum inve
nerint alicuius domini minus po
tentis tamquam sine ullo timore
suscipiunt dicentes in corde suo
non habet iste talem dominum a quo
possit investigari Cum autem
audierint dominum potentem aut
non suscipiunt aut cum magno
timore suscipiunt sed homo
potens falli potest Ubi non est deus
qui fallit deum Quem non
videt deus a quo fugitivum
suum non repetit deus Quo ergo
ibit fugitivus iste a facie dei
vertit se hac atque illac quasi
querens locum fuge sive hac
atque illac Si ascenderis inquit
in celum tu illic es si descenderis
in infernum ades tandem cognovi
sti male fugitive nullo pacto
posse ab eo longe fieri a quo
longinquare noluisti Ecce ille
ubique est tu quo iturus es In
venit consilium et hic ab illo
qui enim iam revocare dignatur
inspiraturum Si ascendero in celum

tu ibi es Si descendero ad in
fernum ades Si me extollero
te invenio repressorem Si me
abscondero te invenio inquisi
torem et non inquisitorem tantum
sed et investigatorem Si enim
in superbiam iero demencia mea
tu ibi es tuus est vera iusticia
Si peccando venero in profundum
malorum et confiteri contempsero
dicens Quis me videt sum in in
ferno aut quis confitebitur
tibi et illic ades ubi vindices
Quo ergo iturus sum ut a fa
cie tua fugiam id est iratum
te non senciam hoc consilium
invenit Sic fugiam inquit
a facie tua fugiam a spiritu tuo
ab ultore spiritu Abscondite facie
sic fugiam Quo Si recipiam
pennas meas in directum
et habitavero in extremo ma
ris sic possum fugere a facie
tua Si in extrema maris vult
fugere a facie dei ibi non erit
ille a quo fugit de quo dixit
Si descendero in infernum ades
omnium si in extremis maris
non est qui nec apud inferos
deest Sed non inquit quo
fugiam ab ira tua recipien
de sunt penne mee non impia
mi sed in directum ut nec
in superbiam erigat presumpcionem
nec in perditam mergat despera
cionem Quas pennas vult assu
mere nisi duas alas duo
precepta caritatis In quibus duo
bus preceptis tota lex pendet
et prophete has inquit alas has
pennas si recipiam et habita
vero in extremis maris possum

fugere a facie tua ad faciem
tuam a facie irati ad faciem
placati Quod enim est extremum
maris nisi finis seculi Illuc iam
volemus spe et desiderio ha
bentes alas gemine caritatis
non sit nobis requies nisi
in extremo maris Iram si
alibi requiem voluerimus
in mare precipitabimur volemus
usque donec finiatur mare suspendamus
nos pennis gemine cari
tatis ad deum interim spe
volemus et illum finem maris
spe fideli premeditemur Quod
enim sequitur Si descendero
in infernum ades Si recipiam
pennas meas in directum
recipiam inquit quas amise
rat Si recipiam pennas
meas in directum et habitavero
in novissimo maris Et enim
illuc manus tua deducet
me et tenebit me dextera
tua Sic meditamini fratres hec sit
spes nostra recipiamus pennas
caritatem quas amiseramus
per cupiditatem Cupiditas
enim viscum factum est pennarum
nostrarum Elisit nos de libertate
aeris nostri id est aurarum illarum liberarum
spiritus dei Inde elisi perdidimus
pennas et sumus quodammodo
captivati in aucupis potestate
Inde nos sanguine suo redemit
quem fugimus ut caperemur
mittit pennas nobis de pre
ceptis suis erigimus eas
iam sine visco non audemus
mare sed volemus in extrema
maris Nemo trepidet sed
et nemo desperet prius firmat

qua et penates nisi ipse re-
gat ipse deducat periclitabimur
in profundum maris lassati et
fatigati quasi deficientes de
viribus nostris Opus est ergo
ut habeamus pennas et opus
est ut ipse deducat Adiutor
enim noster est habemus liberum arbitrium
sed ipso illo libero arbitrio
quantum possumus nisi nos ad-
iuvet ille qui iubet Et enim
illuc manus tua deducet me
et adducet me dextera tua Et
considerans longinquitatem
vie quid sibi dixit Et dixi
forsitan tenebre conculcabunt
me Ecce enim iam credidi in
Christum iam ergo duabus alis
gemine caritatis et habundat
iniquitas huius seculi Et quoniam
habundavit iniquitas refrige-
scit caritas multorum Sic dixit
dominus Quoniam habundavit iniquitas
et refrigescet caritas multorum
Iusta vita inter tanta scan-
dala inter tanta peccata inter
tantas turbas et cottidianarum
suggestionum malarum Quid
facio inquit Quomodo perveniam
ad extrema maris Audio
terribiliter a domino quoniam habundabit
iniquitas refrigescet caritas
multorum Deinde subiecit Qui
perseveraverit usque in finem hic sal-
vus erit Attendens longitu-
dinem vie dixi michi fortasse
tenebre conculcabunt me et
nox illuminacio mea in deliciis
meis facta est michi nox
illuminacio quia in nocte me
desperaveram posse transire tan-
tum mare et tantam viam suscipere

et venire ad extremum perseverando
usque in finem Gratias illi qui me
quesivit fugitivum qui terga mea
flagelli plaga percussit qui me
vocando ab interitu revocavit
fecit michi illuminatam noctem Nox
enim est quamdiu ista vita agitur
Quomodo est nox illuminata Quia
Christus descendit in noctem Acce-
pit carnem Christus de isto seculo
et illuminavit nobis noctem Perdiderat
enim dragmam mulier illa accendit
lucernam Sapientia dei perdiderat
dragmam nummus in quo nummo
ymago erat ipsius imperatoris
nam factus est enim homo ad yma-
ginem dei et perierat Et quid
fecit mulier sapiens Accendit
lucernam lucerna de luto est sed habet
lucem qua inveniatur dragma
lucerna ergo sapientie caro Christi est
de luto facta est sed verbo
suo lucet et invenit perdi-
tos Et nox illuminacio mea
in deliciis me is facta est michi
nox in deli ciis delicie
nostre Christus videte que-
admodum de illo nos
gaudeamus clamo
res isti nostri gaudia
ista nostra unde sunt nisi
de deliciis Unde autem iste
delicie nostre quia nox illumina-
ta est nobis quia nobis Christus
tenebras perdiderat qui quesivit
nos ut quereremus eum et in-
venit nos ut inve niremus
eum Et nox illumina cio mea
in deliciis meis Quoniam tenebre
non obtenebrabuntur a te Tu
ergo noli tenebrare tenebras
tuas Deus illas non tenebrat

sed magis illuminat. Anima illi-
dem est in alio psalmo: Tu il-
luminas tenebras meas domine
deus meus illumina tenebras
meas. Non autem tenebrant
tenebras suas quas deus non
tenebrat homines mali homines
perversi cum peccant utique tene-
bre sunt dum non confitentur
peccata que fecerunt sed insuper de-
fendunt tenebrant tenebras.
Ergo si peccasti in tenebris es.
Sed confitendo tenebras tuas
in tenebris illuminari tenebras
tuas defendendo autem tenebras
tuas tenebras tenebris tuis.
Et quando evades a duplicibus
tenebris qui in simplicibus la-
boras. Anima non sunt impune
abire peccata flagellat nos in istis
laboribus et erudit nos. Tota
ista miseria ge- neris humani
in qua gemit mundus non
venit fratres quia dolor medi-
cinalis est non sua penalis.
Videtis quia ubique dolor
ubique me- tus ubique
necessitas ubique labo-
res. Sic sit amara
sed in malis. Et ad
hec deus talibus flagellis
erudit nos ut non tene-
brent te- nebre nostre agno-
scamus nos sub pena fla-
gelli et benedicamus deo
in sustenti amaritudines dul-
cedini vite temporalis ne tempora-
lium de- liciarum delectacionem
temptati non desideremus
delicias eternas licet velimus
finire mare et lustrare in no-
vissimo maris. Clamant ergo

fluctus maris. Quanto plus fremunt
fluctus maris tanto se illa cum
pennis columba suspendit. Non
ergo tenebrat deus tenebras
nostras quia miscet flagella pa-
tris nostris et amaritudines
prius dulcedinibus nostris. Nos
tenebremus tenebris nostras
defendendo peccata nostra. Et nox
illuminacio mea in deliciis meis.
Quia tenebre non tenebrabuntur
a te et nox tamquam dies illu-
minabitur. Nox tamquam dies.
Dies nobis prosperitas seculi nox
nobis adversitas seculi. Sed si cog-
noscamus nimio peccatorum nostrorum
nos adversitates pati et dulcia
sunt nobis flagella patris
ne sit amara sententia iudicis. Ha-
bebimus tenebras noctis huius
quando lumine noctis huius. Ubi nox
est quando ibi lux est. Nox est
quia erratur hic agere humano
nox est quia nondum venimus
ad illum diem quem non coartat
hesternus et crastinus sed est dies
perpetuus sine ortu quia sine
occasu. Nox est ergo hic. Sed
quandam lucem suam nox ista
habet et tenebras suas. Nunc
sit qualiter nox diximus. Que
est lux huius noctis prosperitas
et felicitas seculi huius gaudium
temporale honor temporalis quasi lux
est noctis huius. Adversitas autem
et amaritudo tribulacionum
vel ignobilitas tamquam tene-
bre sunt noctis huius. In hac
nocte in hac mortalitate vite
humane habent homines lucem habent
tenebras lucem prosperitatem
tenebras adversitatem. Et ubi

venit xpus dns et visitavit
animam p fidem et immisit
aliam lucem et inspiravit
et donavit patientiam et ino
nuerit hominem no delectari
prosperis ne frangat adversis
incipit homo fidelis indifferenter
uti mundo isto nec extolli qn
res prospere accidunt nec frangi
qndo res adverse sunt sed ubiqz
deum bndicet no solum qndo
habundat sed etiam qn amittit
no solum qndo sanus e sz etiam
qndo egrotat ut fit in illo ita
illa cantatio Benedicam dnm
in omni tempore semper laus eius
in ore meo Si ergo semper et
qndo lucet nox ista et qndo
obscura est nox ista Quando
arridet prosperitas qndo tristis
est adversitas semper sit laus
eius in ore tuo et fiet tibi qm
modo deum est Sicut tenebre
eius ita et lumen eius Non me
exultant tenebre eius quia
no me extollit lumen eius
Ecce habes lumen eius in Iob ha
bundabat omnibus rebus lux
noctis illius divitiis prima
desaevit Cunctis rebus et
quanta copia habundabat sive re
dundabat lux erat noctis eius
putavit inimicus propterea illum
talem virum colere deum qz
illa omnia donavit ei et pe
tiit ut auferret ab eo ste sunt
tenebre noctis illius qd pt
habebat lucem Ignorat tamen
ille sive lux ibi esset sive te
nebre illam noctem esse in
qua perfruaret adeo suo et
habebat interiorem lucem ipm dnm

sum per quam lucem interiorem
indifferenter habet sive tenebras
noctis illius sive lucem propterea
quia in luce noctis illius idest
in rerum habundantia colebat dnm
Ablatis illis omnibus rebus propterea
quod facte sunt tenebre illius qd
dixit Dns dedit dns abstulit
sicut domino placuit ita factum e
sit nomen dni benedictum Inno
cte sum quadam inter huius deus
meus inquit habitat cor meum
illuminavit mihi solacijs quibusdam
noctem istam qndo dedit copias
rerum temporalium substraxit ipsam lu
cem temporalem et quasi tenebrata
est nox Sed quia sicut tenebre
eius ita et lumen eius Dns de
dit dns abstulit sicut domino
placuit ita factum e sit nomen
dni benedictum Non sum tristis in
nocte hac quia sicut tenebre
eius ita et lumen eius Utrumqz
tuum est et qui gaudent sunt tam
quam non gaudentes et qui
flent sunt tamqm no flentes
qm sicut tenebre eius ita
et lumen eius Tu posse
disti renes meos dne Non sum
tam sicut tenebre eius ita et
lumen eius Intus e possessor
no solum cor tenet sed etiam
renes no solum cogitationes
sed etiam delectationes Ipse ergo
possidet unde me delectaret
aliquid lucis in nocte Ipse te
net renes meos Non non de
lectari nisi de luce interiore sa
pientie ipsius Quid ergo no delec
taris de prosperitate rerum de feli
citate temporum de honoribus de
divitijs de familia Non de

lector inquit Quare quod sicut
tenebre eius ita et lumen eius
vnde tibi ista indifferencia ut
sicut tenebre eius sic sit tibi
et lumen eius vnde Quoniam
tu possedisti renes meos domine
suscepisti me de utero matris
mee dum essem in utero ma-
tris mee non indifferenter habebam
tenebras illius noctis et lu-
cem illius noctis et cum utero
matris mee consuetudo tunc
mee fuit Que est illa ciuitas
que nos genuit in captiuitate
nominis babiloniam illam
de qua hesterna die locuti sumus
vnde conficiuntur omnes qui ar-
dent et sperant ac suspirant
luci illi eterne celesti Ergo quod
dixi De utero matris mee
susceptus sum a domino Videamus
tenebre huius noctis et lux
huius noctis indifferentes fue-
runt Cum autem in utero matris
illius babilonie gaudet pro-
speris seculi frangitur aduersis
seculi non nouit gaudere nisi
aliquid prosperum eueniat secundum
tempus nec nouit contristari
nisi aliquid aduersum adueniat
secundum tempus iam ex de utero
babilonie incipe cantare propter
dominum Egredere et nascere suscipiat
te deus ex utero matris tue
Cuius deus Deus ille apostoli
pauli qui dixit Cum autem
placuit deo qui me segregauit
de utero matris mee predicare
filium suum in me Que enim erat
mater eius synagoga Et ibi quid
didicerat nisi quod habebant ipsi in
dei et ipse persequens nomen illius

remanserat laudis dei sterilitas at
non in eis inueniebantur Erant
in eis verba dei quasi folia in
arbore et fructus nusquam
Talem arborem fici sicut no-
stis cum dominus inuenisset
maledicto arefecit Inuenit
enim in ea folia et fructum non
inuenit Quandam nobis ar-
borem significabat Ita fructum
illorum temporis non dum erat Erat
omnes homines nouerant artificem
celi et terre non nouerant Ergo
ille qui paulum segregauit
ab utero matris sue ipse nos
segregauit ab utero matris
nostre Cuius matris nostre illius
babilonie Suscepti ergo ex
utero illo iam incipiamus
habere aliam spem promisit fra-
tres cum gaudentes fructum fa-
cere positi in alia spe Iam non
nominis malum nisi offendere
deum et non dum perduci ad illa
que repromisit nec nominus
bonum nisi peruenire deum et
perduci ad illa que promisit
Nunc illa bona mundi huius
et mala mundi huius indiffe-
renter habeamus quia iam su-
scepti ab utero illius matris
nostre indifferenter ea habentes
dicamus Sicut tenebre eius
ita et lumen eius nec feli-
citas seculi nos facit beatos nec
aduersitas miseros Opus est
iustitiam tenere fidem diligere
sperare in deo diligere deum dili-
gere proximum post istos labo-
res habebimus indefessam lucem
habebimus diem sine occasu
Transit quicquid est in ista

nocte lucidum et tenebrosum
Quoniam tu possedisti renes
meos domine suscepisti me de
utero matris mee Confitebor
tibi domine quoniam terribiliter magni
ficatus es Ergo quo te mi
rantur terribilis es Cum tre
more gaudemus timemus enim
ne domus tuus nos extollentes
presumptionem mereamur amittere
quod humilitate percepimus Confite
bor tibi domine quoniam terribiliter
magnificatus es mirabilia opera
tua deus et anima mea cognos
cit valde Iam cognoscit anima
mea valde quoniam suscepisti me
ex utero matris mee Antea non
mirificata erit scientia tua ex me
invaluerat nec poteram ad
illam Ergo ex me invaluerat
nec poteram ad illam Unde modo
cognoscit anima mea valde nisi
quia nox illuminatio mea in de
liciis meis Et unde nisi quia venit
misericordia gratia tua et illuminavit
tenebras meas unde nisi quia
tu possedisti renes meos unde
nisi quia tu suscepisti me
ex utero matris mee Non est
absconditum os meum a te
quod fecisti in abscondito Os
suum dicit quod vulgo dicunt ossum
latine os dicitur Hoc in greco
invenimus Nam possemus
hic putare os esse ab eo quod sunt
ora non os correpte ab eo quod
sunt ossa Non est ergo inquit
absconditum os meum a te
quod fecisti in abscondito Habes
absconditum quoddam ossum Sic
enim potius loquamur Melius
est ut reprehendant nos gramma
tici quam non intelligant

populi Ergo est inquit quoddam
ossum meum intus absconditum
tu fecisti intus ossum meum
in abscondito et non est abscon
ditum a te In abscondito enim
fecisti sed et numquid tibi hec
abscondisti Hoc ossum meum
factum a te in abscondito homines
non vident homines non nove
runt tu autem nosti qui fecisti
Quod ergo ossum dicit fratres
queramus illud in abscondito
est Sed quia dante in nomine
domini dantis loquimur non inde
timemus quid sit ossum huiusmodi Fir
mitas quedam est interior
quia in ossibus firmitas que
dam est interior quia in ossibus
firmitas et fortitudo intelligitur
Est ergo anime quedam
interior firmitas ubi non fran
gitur Quibuslibet tormenta que
libet tribulationes quelibet
huius seculi adversitates undique
seviant illud deus in abscon
dito fecit firmum in nobis fran
gi non potest non cedit Adver
sum enim facta est quedam firmitas
patientie nostre de qua dicit
in alio psalmo Verumptamen deo
subiciatur anima mea quoniam ab
ipso est patientia mea Et attende
apostolum paulum habentem intus
hoc genus firmitatis Quasi
tristes inquit semper autem ga
udentes Vide quasi tristes
Contumeliis obprobriis perse
cutionibus flagellis plagis
lapidationibus carceribus
cathenis Tunc non eos tunc
miseros estimaret nec illi
ipsi persecutores sevirent in
eos non putarent eos miseros

fieri persecutionibus suis. Illi enim
eos cum tanta infirmitate contrista-
bant qui non habebant ossum
hominibus foris tristes vide-
bantur. Intus autem gaudebat
deo tamen non erat absconditum
ossum ipsorum quod fecerat in ab-
scondito. Apostolus autem habet ossum
in abscondito factum a domino.
Idem apostolus paulus habens os
tale? Non solum autem inquit sed
et gloriamur in tribulationibus.
Parum est quia non es tristis
sed et gloriaris. Sufficiat tibi
tristem non esse. Parum est inquit.
Deus tale ossum in me fecit
in abscondito ut parum sit non
frangi me sed et gloriari. Unde
gloriaris in tribulationibus? Scien-
tes quod tribulatio patientiam opera-
tur. Vide quomodo firmata sit illa
firmitas intus in corde. Sci-
entes quod tribulatio patientiam
operatur patientia probationem
probatio spem. Spes autem non
confundit quoniam caritas dei
diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est nobis.
Sic formatum atque formatum
est ossum illud absconditum
ut faciat nobis eos gloriari
in tribulationibus. Sed videtur
hominibus miser quia abscon-
ditum est eis quod habemus intus
secus. Non est absconditum
ossum meum a te quod fecisti
in abscondito et substantia mea in
inferioribus terre. Ecce in carne
est substantia mea in inferioribus
terre est substantia mea et habeo
tamen ossum intrinsecus quod firma-
sti quod faciat me non cedere

omnibus persecutoribus inferio-
ribus regionibus ubi est ad-
huc substantia mea. Quid enim magnum
est si fortis est angelus magnum
est si fortis est caro. Et unde
fortis caro? Unde forte vas
fictile nisi quia factum est ibi
ossum in abscondito. Et substantia
mea in inferioribus terre. Ad-
de illis qui minus firmi sunt
loquitur enim ut iam commen-
davit Christus. Sed multa dicta
sunt ex persona corporis. Audi
ex persona capitis et non qui
distinguit ut induat ipsas
personas modo caput modo
corpus. Si enim distinguit
quasi dividit non erunt duo
in carne una. Noli mirari
si duo sunt in voce una. Domi-
nus noster ihesus christus passus
est discipuli nondum habebant
illud ossum intus nondum
illis erat formatum robur
patientie et latebant se nescie-
bant vires suas. Et ausus
est petrus promittere societatem
mortis tue domine passione et
non se noverat egrotus medicus
autem noverat egrotum. Quid
autem factum est? Tecum ero inquit
usque ad mortem. Amen dico
tibi priusquam gallus cantet
ter me negabis. Presumpsio me-
dici verior inventa est quam
egroti presumptio. Deinde ergo
dicit. Non est absconditum
ossum meum a te quod fecisti
in abscondito quibus cum ipsum
ossum formatum intrinsecus
et maxime robur passio-
nis a Christo domino nostro et salvatore

ihu xpo qui cu voluit sedit
et cum voluit surrexit cu
voluit dormivit et cu vo
luit vigilavit quia ptatez
inquit hēo ponendi aīam
meam et ptatem hēo itez
sumendi eam Aliud de illis
in quibus nō erat fortitudo
illa formata atqz firmata
Aliud de illis dicit vide
quid dicat pri deo Imperfectū
meum viderunt oculi tui
Imperfectum meum petri meū
pollicente et negante pre
sumente et deficiente vide
rūt eum tu oculi tui Ita
qz eum et ipse dominus respe
xit Sicut scriptum est in ewo
iam post tria negacōnem
commotus quam ei pdixerat
dominus exijt foras et flevit
amare fletus ille de respec
tione dei fuit quia imperfectum
meum inquit viderunt oculi
tui Itaqz ille imperfectus titubās
in dni passione procul dubio
perijt sed viderunt eum ocli
tui nō solum ipm sed et oēs
qui imperfecti fuerunt donec xpi
resurrectione firmarentur
Aperuit eī oculis eoz nō possē
in domino qz mortuum erat et
factum est ossum illud in absco
dito eoz ut nec ipi timerent
iam mori Imperfectum meum vi
derunt oculi tui et in libro
tuo oēs scribent nō solum
pfecti sed etiam imperfecti vnde ti
meant imperfecti tum pficiant
Nec quia dixi nō timeant
ameant imperfectōem et ibi rema
neant ubi inventi sunt tm

pficiant quantum in se est cotti
die addant cottidie accedant
tm a corpe dni nō recedant ut
in vno corpe et in hijs membris
compaginati possint mereri
dicere dictum esse istam vocem
Imperfectum meum viderunt ocli
tui et in libro tuo oēs scribent
pdiem errabant et nemo in
eis dices hēc erat Ad hūc dns
iam ihus xpus dicit vnde dice
bat ambulate dum diē habetis
sed pdiem errabunt imperfecti
ipm putavit et ipi dnm no
strum tm modo hominē esse
nō habere inse occultam divinitatē
nō esse occulte deum sed hoc
solum esse qz videbatur hēc et
ipi putavit Itaqz et ipse
petrus de illo eī potissimum
loquimur in quo etiam nobis nō
desperare firmitatis exemplum
ppositum est dicit dns cum
interrogasset quid illum dicerent
homines Tu es xpus filius
dei vivi dicit ei dns Beatus
es symon bariona qz tibi
nō revelavit caro et sanguis
sed pr meus qui in celis est
Audire ecce dicit illum
filium dei Ibi paulo post ī eod
loco in ista contextione vboz
Cepit dns de passione sua fu
tura dicere Ille aut petrus qui
iam illum filiū dei confessus fi
lium dei timuit ne sicut filius
hominis moreretur Cum erat
filius dei erat filius hominis
filius dei in forma dei equa
lis patri filius hominis in forma
servi quo patre minor fuit
venturus erat ad passionem

utique ex forma. Quid timuit
petrus ne in forma servi pe
riret forma dei et non potius
presumeret quia ex forma dei re
manseret forma servi. Dixit illi
Absit a te domine propicius tibi
esto. Et dominus qui illum beatum di
xerat in illa hora Vade post
me inquit sathanas non enim
sapis que dei sunt sed que
hominum. Iam dudum qui dixerat
Tu es xpistus filius dei vivi
audivit non tibi revelavit
caro et sanguis sed pater meus
qui in celis est. Ideo petra vo
catus. Modo autem quia non
ex patris revelatione sed ex
carnis infirmitate rudit
sathanas appellatur. Et non
sapis ea que dei sunt sed que
hominum. Et hec xpistus fecit inter
illos revelaverat ante oculos
ipsorum fluctus calcaverat ventis
imperaverat ante oculos ipsorum
quatriduanum mortuum susci
taverat ante oculos ipsorum tanta
mirabilia fecerat et tamen
trepidaverunt in passione eius
quasi amisissent eum de quo
frustra presumpserant. Sed pre
diem erraverunt et nemo in
eis. Nemo prius nemo nec
ipse qui dixerat tecum ero usque
ad mortem dixerat enim illis
veniet hora ut me relinquatis
solum et eat unusquisque via
suam sed non sum solus quia
pater mecum est. Cum illo erat
pater et ipse cum patre et in illo
pater et ipse in patre et ipse et
pater unum. Et illi timuerant
eum moreretur. Quare nisi

quia pre diem erraverunt. Et ne
mo fuit in eis. Pre diem erra
verunt et nemo in eis. Sed quod
est erraverunt pre diem nunquid
perierunt. Et ubi est inperfectum meum
viderunt oculi tui et in libro
tuo omnes scribentur. Ergo qui
pre diem erraverunt. Cum hec porta
dum non intellexerunt. Et quid
sequitur. Michi autem valde ho
norificati sunt amici tui deus
idest ipsi qui pre diem erraverunt
et nemo fuit in eis amici tui
facti sunt et valde michi hono
rificati sunt. Factum est autem vere
omnium illud post resurrectionem
domini in abscondito et pro eius
nomine passi sunt. In eius pas
sione trepidaverunt. Michi autem
valde honorificati sunt amici
tui deus valde confortatus
est principatus eorum. Et numerabo
eos et super arenam multi
plicabuntur. Illos qui pre diem
erraverunt et nemo erat in eis
Ecce nata est tanta multitudo
que iam sicut arena maris
non potest numerari adeo. Dixit enim
super harenam multiplicabuntur
et tu dixerat dinumerabo eos
Illi autem numerati super harenam
multiplicabuntur et tu dixerat
Et quippe harena numerata est
cui numerati sunt capilli capitis
mei dinumerabo eos et super ha
renam multiplicabuntur. Exsur
rexi et adhuc sum tecum.
Exsurrexi et adhuc tecum
sum quid est. Iam passus
sum inquit sepultus sum
ecce surrexi et adhuc me
non intellexerunt sed adhuc

tertium sum .i. modum cum
ipsis quia modum agnoscunt
Sic enim legitur in ewangelio
quia post resurrectionem domini
nostri ihesu christi sibi apparentem
non continuo cognouit Est
et alius sensus Homo sum et
adhuc sum tecum ut hoc tempus
significare voluit quo ad
huc in carne et ad dexteram patris
nunquam reuelletur in claritate
tate qua venturus est ad iudi
candum de viuis et mortuis
Et deinde dicit Quod interea
pro toto hoc tempus dum iam re
surrexit et adhuc cum patre
est pateat hoc quod in ecclesia peccatorum
in corpore suo quod est ecclesia et per
separacionem hereticorum Sequitur
enim et dicit Si occideris deus
peccatores viri sanguinum declina
te a me qui dicetis in cogitacione
accipient in vanitate ciuita
tes suas videtur sic quod vnus est
ordo verborum Si occideris
deus peccatores accipient in va
nitate ciuitates Sic enim occi
sos vult intelligi cum superbia
qua tumescunt amittunt graciam
qua viuunt Spiritus enim sanctus
effugiet discipline fictum
et auffert se a cogitacionibus
que sunt sine intellectu Sic
occiduntur peccatores qui obscuran
ti intelligencia alienantur
a via dei Amittunt enim con
fessionem propter elacionem atque
in eis ita occisis fit quod scriptum
est A mortuo homine tamquam
qui non sit perit confessio
Et sic accipiunt in vanitate
ciuitates suas .i. populos suos va
nos eorum vanitate sectantes
cum inflati iusticie nomine
persuadent ut dirupto vnitatis
vinculo eos tamquam iustiores
tecti et impiti sequantur Et quia
plerique hinc inveniunt occasionem
separandi se ab vnitate christi dum
malos accusant cum quibus
nolle esse confingunt
et quia fieri potest ut non tantum
infamet innocentes quos tamen
quam malos se fugere simu
lant sed etiam vera de quibus
dam malis suis similibus dicat
Inter quos triticum christi sacrato
vnitatis vinculo gemit propterea
imposuit Viri sanguinum declina
te a me qui dicetis in cogita
tione Accipient in vanitate
ciuitates suas .i. ideo sedu
cent in separacionem propriam populos
suos vanitate propria corrupte
dos quia tu in cogitacione
dicetis Viri sanguinum declinate
a me / ut scilicet merito superbie pec
catores in spiritu occisi propterea ciui
tates suas hoc est populos suos
in vanum accipiant hoc est in
errore vanitate separando
traducant et quasi ostensi
o presumpcione palearum dirupta
vnitate triticum deserant
quia ipsum triticum .i. bonos
fideles monco ut ad ven
tilacionem que nouissima ven
tura est non apte se a malis
segregent ne adhuc eis
commixtos deserant bonos
sed per bonam conuersacionem
et dissimilitudinem vite

quodammodo tacite illis dicat
corpus christi vim sagene decli-
nate a me hoc enim eis voce di-
dicit Cuius vox in cogitatione
est Sicut enim deus dicat in co-
gitatione sancti ipsi sive vim
autem sagene qui sunt nisi qui
oderunt fratres Sicut dicit Iohannes
qui odit fratrem suum homicida
est hic ergo non intelligentes
christi peccatores quod dicat deus
malis in cogitatione bonorum
vim sagene declinate a me
accusant in eis condiciones ma-
lorum et se per has calumpnias se-
parando accipiunt in vanitate
civitates suas Sed vox que in
in cogitatione bonorum dicitur
malis apta erit in illa die quo
eis dicetur ab ipso capite im-
mo nomi nos discedite a me
omnes qui operamini iniquitatem
Nunc autem dicat Corpus christi
quod est ecclesia Quid est quod
michi calumpniantur superbi qui
me maculent aliena peccata
et propterea separando se accipiunt
in vanitate civitates suas
Nonne eos qui oderant te
deus odio habui Ut quid a me
peiores exigunt ecclesie corporale
a malis separacionem ut ante tempus
messis simul cum zizaniis e-
radicetur et triticum ut ante
tempus ventilacionis perdat
sustinencia palee tollerande
ut antequam omnia genera pi-
scium ad finem seculi tanquam
ad litus separanda perveniat
retia pacis unitatisque disru-
pam Nunquid malorum sunt
sacramenta que accipio Nunquid

eorum vite factisque consentiendo
commisceo Nonne eos qui ode-
runt te domine odio habui
et super inimicos tuos tabesce-
bam Nonne tedium detinebat
me a peccatoribus delinquentibus
legem tuam Hos ergo tunc odisse
cum inimicis calumpniatur qui ac-
cipiunt in vanitate civitates
suas quod michi imputari posse
eorum peccata quos oderam et
super quibus zelo domus dei
tabescebam Sed ubi est dili-
gite inimicos vestros an quia
inimicos dixit non dei et benefa-
cite his qui oderunt vos non
qui oderunt deum Ideo securus
iste dixit Nonne eos qui te
oderant deus odio habui Non
dixit qui oderunt me et
super meis tabescebam tuis
dixit non meis Sed qui nos
propterea oderunt et propterea nobis
inimici sunt quia deo servimus
quid aliud quam deum ode-
runt et eius inimici sunt Nun-
quid ergo tales inimicos nostros
diligere non debemus aut non
propter deum persecucionem paciun-
tur quibus dicitur Orate pro perse-
quentibus vos Ergo attende
quid sequitur Perfecto odio ode-
ram illos Quid est perfecto
odio oderam illis iniquitates
eorum diligebam condicionem tuam
hoc perfecto odio est odisse ut
nec propter vicia homines oderis
nec vicia propter homines diligas
Iam cerne inde quid adiungit
Inimici facti sunt michi Non
iam tantum dei sed suos ini-
micos ostendit Quo quomodo impleret

inimicis. Et quod ipse dixit: Nonne
eos qui oderunt te odio habui
et quod dominus precepit: Diligite
inimicos vestros. Quid implebat
hoc non illo perfecto odio ut hoc inimi-
cis oderit quod iniqui sunt
hoc diligat quod homines sunt. Verum
et tempore veteris testamenti
quo visibilibus suppliciis carnal-
ibus conplus cohercebatur homo ad
novum testamentum per intellige-
ntiam pertinens famulus dei
Moyses quos oderat peccantes
tum pro eis orabat quos non
oderat tum eos occidebat
non quia perfecto odio oderat
eos. Ea namque perfectione sic ode-
rat iniquitatem quam pu-
niebat ut diligeret humanitatem
pro qua orabat. Cum ergo corpus
Christi ab impiis et iniquis ec-
clesie corporaliter in fine separandum
sit inter eos interim gemat
tum illi occasi peccatores tamquam
de malorum commixtione bonos
calumpniando et se quasi per
occasionem malorum magis abo-
nis et innocentibus separando
Sic accipiant in vanitate ci-
vitates suas ut multi mali
adhuc resistent qui eorum se-
parationem non sequuntur sed a bo-
nis neque in finem tollerandi
meas permixtione permaneat
Quid nunc hoc ait corpus Christi
sive centesimum sive sexagesimum
sive tricesimum fructum afferens
cum tollerancia. Quid ait
sponsa Christi in medio filiarum sicut
lilium in medio spinarum. Hec
sunt voces eius. Hec ostia
Hec species filie regis intus

Ecce audi quid dicat: Proba me
deus et scito cor meum. Tu deus
proba tu scito non homo non hereticus
qui nec probare novit nec scire
potest cor meum ubi tu probas et scis
quia non consenciam factis malorum
me putant contaminari posse pec-
catis malorum ut cum ego in
longinqua peregrinatione mea
facio quod in alio psalmo gemo
id est cum hiis qui oderunt
pacem sum pacificus donec per-
veniam ad illam visionem pacis
que interpretatur ierusalem que est mater
omnium nostrum civitas eterna in celis
ipsi litigando et calumpniando
seque separando accipiant non
plane in eternitate sed in vani-
tate civitates suas. Proba ergo
me deus et scito cor meum scru-
tare me et cognosce semitas
meas ut quid sequitur. Attende quod
sequitur. Et vide inquit si via
iniquitatis sit in me et deduc
me in via eterna. Scrutare inquit
semitas meas id est consilia
et cogitationes meas et vide
si via iniquitatis in me est sive fa-
ciendo sive consenciendo et
deduc me in via eterna. Quid
aliud dixit quam deduc me
in Christo. Quid enim est via et
nisi Christus qui est vita eterna
Eternus est enim qui dixit Ego
sum via veritas et vita. Si
ergo aliquid inveneris in via
mea quod displiceat oculis tuis
quoniam via mea mortalis est tu
deduc me in via eterna ubi
nulla est iniquitas quia et
si quis peccaverit advocatum
habemus apud patrem ihesum Christum

iustum et ipse est propiciacio pro-
peccatis nostris ipse est vita eterna
sine peccato ipse est vita eterna sine
supplicio Magna sacramenta
fratres unde dulciora quo obscu-
riora modo nobiscum loquitur
spiritus dei quo nobis facit in
hac nocte delicias conficit
nobis pocionem ad amorem
sui quibusdam modis mi-
rificat ipsa dicta sua ut cum
ea dicemus que iam nouata
tum quia collibus locis cruebatur
que obscuriora videbantur tamquam
noua fiet ipsa cognicio vnquam
non nouerint fratres quia recta
dei tollerandi sunt mali et sci-
smata non sunt facienda nunquam
iam non faciebatis quia intra
illa recia que capiunt bonos
et malos pisces per diuturnitatem
est usque ad littus nec recia
rumpenda sunt quia in littore
separabuntur boni ad vasa et ma-
li proicientur Iam ista nouimus
Quibus autem istos psalmi huius
non intelligebatis expositum
est quod non intelligebatis et in
nouatum est quod nouatis Expli-
cit de psalmo centesimo xx
xviij Incipit tractatus aurelii
augustini episcopi de psalmo cen
tesimo tricesimo nono etc
Iusserunt domini fratres et in spiritibus
domini omnes ut istum psalmum
afferam ad uos intelligendum
quantum dominus donet adiuuet
orationibus uestris ut ea dicam
que oportet me dicere et uos
audire ut omnibus nobis
utilis sit sermo diuinus non
enim omnibus utilis est quia

non est omnium fides Fides autem
sic est in anima ut radix
bona que pluuiam in fructum
ducit perfidia uero et error
dyabolicus et cupiditas ma-
la radix omnium malorum Sicut
radix spinarum etiam dulcem
pluuiam ad punctiones conuertit
Quid habet psalmus iste Cre-
do cum cantaretur audiuisse uos
qui tonuerit et gemuit et
preces deo fundit inter malos
constitutum corpus xpi Eius
enim uox est nomine eius prophetia
tamquam illius in operibus id est esse
tis nondum saciati esurientis
et sicientis iusticiam cui quedam
promissa satietas in fine seruatur
Interim hic ut sciat et esuriat
et gemat pulset querat pere-
grinacionis illecebris non delec-
tetur non putet patriam peregrina-
cionem unde ut liberetur xpus adest
quia xpus caput nostrum esse
voluit Caput sed cuiusdam
corporis non enim potest dici caput
ubi corpus nullum est cum sit
caput Quid unde quia si caput
xpus est alicuius corporis caput
est xpus Corpus illius capitis
sancta ecclesia est in qua nos
membra sumus si caput nostrum
diligimus Audiamus ergo uo-
ces corporis xpi hic est uoces
nostras si sumus in corpore Quia
quicumque ibi non sunt in eis
erit inter quos illud corpus
gemit Unde aut in illo
corpore eris ut gemas inter
malos aut non eris in illo
corpore et in eis eris inter
quos malos gemit corpus

quod gemit inter malos. Ad
membrum xpi aut hostis xpi
Uel isti inimici et adversarii cor
poris xpi uno modo intelliguntur
aut uno agunt respectu
est enim qui in eis regnat et
qui eis utitur tamquam vasis
suis. Ceterum multi ab illo libe
rantur et in corpus transeunt
et quid sint et quid futuri
sint novit ille qui eos rede
mit sanguine suo nescientes.
Sunt autem quidam perseverantium
in malicia sua ad xpi corpus
non pertinentes et ipsi nobis ce
terum tamen nichil ignotum est.
Interim illi qui iam compagi
nati sunt tamquam membra eius
nondum habentes resurrectionem
futuram in qua perit omnis
gemitus et laus succedit
in qua omnis tribulacio mo
rietur et erit sine fine ex
ultatio. Interim ergo ha
bentes hoc interim sed tamen
tenentes in spe gemunt quo
desiderio quodam et orant
se liberari ab omnibus malis inter
quos nunc est vivere et bos
nos enim separatio iam cinget tu
ta est. Illius enim erit separatio
qui non novit errare. Quod
est non novit errare ut nec
malum trahat ad dexteram
nec bonum ad sinistram. Nos
autem iubat vita difficile est
ut nos ipsos noverimus quanto
minus debemus de quo quam
temeritatem ferre sententiam. Nam
si hodie malum novimus
cras qualis futurus sit ig
noramus. Et forte quem debe-
mus odimus frater noster
est et nescimus. Recte ergo
odimus in malis maliciam
et diligimus creaturam ut quod
ibi fecit deus amemus quod
ibi fecit ipse homo oderimus
fecit enim deus ipsum hominem
fecit autem homo peccatum. Dilige
quod fecit deus. Oderis quod
fecit homo. Sic persequeris
quod fecit homo ut liberetur
quod fecit deus. In finem psalmus
ipsi david. Finem non intendas
aliud quam tibi ab apostolo pre
scriptum est. Finis enim legis
xpus ad iusticiam omni cre
denti. Ergo cum audis pro
dire in finem corda convertantur
ad xpm. Tamquam enim pro
psalmo est titulus psalmi
veluti dicens. Ecce veniet
unde dicturus sum de xpo
cantaturus sum et ipsi DD
non intelligo nisi ipsum qui
factus est ex semine david
secundum carnem. Iuxta propter
genus congruit nomen
Semen carnale david ge
sed spirituale david. Et non
prius ante david sed ante
abraham. Uel ante abraha
tum sed ante adam. Uel ante
adam tum sed ante celum et
terram. Ante omnes angelos
ante omnes potestates et vir
tutes. Ante omnia visibilia
et invisibilia. Quare quia
ut essent hec omnia per ipsum
facta sunt et sine ipso factum
est nichil. Ergo quia ex se-
mine non secundum divinitatem qua
creator est ipsius david sed

secundum carnem david dignatus est vocari in propheta in ipsum sume. Intende quia ipsi david pertinet cantatur et corporis eius vocem audi et esto in corpore eius. Vox quam audisti tua fiat. Ora et dic quod sequitur.

Eripe me domine ab homine malo. Non ab uno sed ab ipso genere, nec a vasis tantum sed ab ipso principe id est ab ipso dyabolo. Quare non ab homine si a dyabolo? Quia et ipse in figura dictus est homo. Venit inimicus et superseminavit zizania. Et cum dixissent servi ad patrem familias: Nonne bonum semen seminasti, unde apparuerunt zizania? Respondit: inimicus homo hoc fecit. Ab isto ergo homine maligno ora quantum potes ut libereris, quia non est tibi colluctatio adversus carnem et sanguinem sed adversus principes et potestates et rectores mundi tenebrarum harum, id est peccatorum rectores. Quid est quod et nos sumus? Iam audivimus modo vocem apostoli: fuistis aliquando tenebre, nunc autem lux in domino. Iam ergo lux facti non in nobis sed in domino. Certemus non tantum contra tenebras id est contra peccatores quos adhuc possidet dyabolus, sed quid contra ipsum principem eorum dyabolum qui operatur in filiis diffidentie. Ab uno iniusto eripe me, hoc est ab homine maligno quod est ab uno in isto maligno. Cum ideo dixit quasi iniustum, ne forte putes aliquem iniustum bonum esse. Sunt enim multi iniusti qui non nocent, non sunt feri, non sunt asperi, non sunt persequentes et persecutiones hominibus facientes, sed tamen iniusti alio quodam modo: luxuriosi, ebriosi, voluptatibus dediti. Quomodo nulli nocet qui sibi non parcit? Innocens enim ille est qui non nocet, non autem qui sibi nocet. Quomodo autem potest tibi non nocere qui sibi nocet? Sed vides, inquit, mihi nocet? Non enim invasit rem meam aut petivit salutem meam. Luxuria sua pascitur, suis voluptatibus delectatur. Quid quod inquinatus sit? Voluptates ipse inquinatur. Quid tibi quid pertinet? Cum molestus non est, nocet tibi saltem vel quod quasi vivit tecum et adhuc agit in civitate. Nonne tamen enim vides forte in illis sordibus comparaturi [?] talium delectatione? Et si non consentis, invenisti saltem quod expugnes. Quomodo ergo tibi non nocebat qui laboras vincere quod facit in corde tuo? Malignus est ergo omnis iniustus et necesse est noxius sit, sive sit blandus sive sit ferox. Quisquis in illum inciderit, quisquis laqueis eius fuerit captus, inveniet quod sit noxius quem putabat lenem. Et enim spine non pungunt in radicibus. Eruere spinas de terra, contrectata radices

iparum et inde si sentis dolore
Tamen illud vnde dolorem
sentis in superficie de illa ra
dice processit Ita q no nobis
placeant homines quasi le
nes et blandi amatores tum
carnalium voluptatum et inq
natarum cupiditatum sectatores
no nobis placeant Et si ad
huc videntur lenes radices
spinarum sunt Nam talibus
factis pluuiarum effundunt
plerique q habebant Et quo fe
runt implere q effunderunt
numquid iam pareant rapinis
et cogitationibus fraudium
omni genere malignitatis cog
uerde Iam vides hominem
malum quem putabas an
lenem Quando illum videbas
bonus erat modo iam furem
vides latronem times processe
runt spine de illis radicibus
Quando sentiebas lenes
radices spinarum tunc si pos
ses incideres et no esset
vnde procederet q te modo pun
geret proinde fratres mei corpus
xpi vel membra xpi gemen
tia inter malos quoscumque
inueneritis pelices (?) ferri in ma
las libidines et impudicas
voluptates tunc reprehendite
et tunc castigate et tunc vi
te Intendatur radix et no
est vnde spina procedat Si
aut no potueritis certi esto
te q eos habebitis inimicos
Latere possunt occultare
inimicicias suas possunt
amare nos no possunt Sed
quia amare nos no possunt

et nunc est ut qui nos oderunt
mala nobis querant Non vana (?)
lingua et cor meum dicit deo
Eripe me domine ab homine
malo a viro iniusto libera
me Qui cogitauit iniusti
cias in corde Quod enim vera
no audent proferre in lingua
firmant in corde propter eos enim
dixit qui plerique in labiis
bona locuntur Audis nocentem (?)
iusti sed no est cor iusti Nam
quid profuit hic addere ut di
ceret qui cogitauit iniusticias
in corde Ergo ab eis me li
bera ibi sit potentissima ma
tua ad eruendum me facile
est enim deuitare apertas ini
micicias facile est autem ab
inimico prompto et manifesto
cuius iniquitas in labiis est
iam cauere Ille est molestus
Ille occultus difficile vitatur
ille qui in labiis bona portat
et in corde mala occultat
Qui cogitauit iniusticias
in corde tota die constitue
bant bella Quod est bella
Contra que pugnare to
ta die michi constituebant
Inde enim nascitur de talibus
cordibus quidquid est contra
q pugnamus Si iam Si seditio
si scisma si heresis si contradictio
turbulenta Non hic erupit
nisi de illis cogitationibus
que tegebantur et quando la
bia bona loquebantur tota
die constituebant bella
parata audis verba sed belli
constitucio a cordibus non
discedit Quod enim dam (?)

tota die sine intermissione sig-
nificat, id est toto tempore. Acuerunt
linguas suas sicut serpentes.
Si adhuc queris hominem aper-
te similitudinem in serpente
maxime astucia est et dolus
nocendi, propterea etiam serpit non
cum vel pedes habet ut eius ve-
stigia tamen nemo audiatur
in eius itinere vel ut locus
est tectus sed non rectus. Ita
ergo repunt et serpunt ad no-
cendum habentes occultum
venenum et sub leni tractu. Et
ideo sequitur venenum aspidum
sub labiis eorum. Ecce est illud
sub labiis ut aliud sub labiis
aliud in labiis adulantibus
quos etiam aperte manifestat
alio loco ubi dicit Qui loquuntur
pacem cum proximo suo ma-
la autem in cordibus eorum. Con-
serva me domine de manu
peccatoris et ab hominibus iniustis
eripe me. Ipsa sunt nota non
hic opus est intelligere sed
agere. Orare opus est non
querere quid sit. Sed quomodo
ores adversus huiusmodi homines
aperit tibi in consequentia. Multi
enim adversus malos imperite
orant. Qui cogitaverunt inquit
supplantare gressus meos. Ad
hunc potest carnaliter accipi habet quisque
inimicum in negotio. Cogitat
ei fraudem facere et ei auferre
pecuniam que versatur in eorum
negotio habet quisque inimicum
vicinum et cogitat malum in-
gerere domui eius aut deterere ipsius
inimicere et utique dolo cogi-
tat fraude cogitat machi-

nationes dyaboli. Hec ipsa ge-
sit implere nemo dubitat.
Sed tu non propter ista ista ca-
vendi sunt. Sed ne insidiando
tibi adducat te ad se, id est
separent te a corpore Christi et
faciant te de corpore suo.
Sicut enim bonorum caput Christus
sic illorum caput dyabolus. Qui
cogitaverunt inquit supplantare
gressus meos non quasi ut
cives in negotio quod tamen illo
habes et decipiat te in causa
que tibi cum illo agitur est
in foro gressus tuos supplantabunt
si te impedierint in via dei
ut illud quod rectum intendebas
titubet aut labatur a via aut
cadat in via aut remaneat
in via aut recedat a via aut
retro redeat. Unde venatur
si quid tibi tale fecit suppla-
tavit te decepit te. Contra
huiusmodi insidias ora ne perdas
celeste patrocinium ne amittas
Christi coheredem quia victurus
es in eternum cum eo qui te fe-
cit heredem. Non enim talis
te fecit heredem cui mortuo
succedas sed cum quo in eternum
vivas. Absconderunt superbi
muscipulam michi totum corpus
dyaboli breviter complicavit
cum ait superbi. Unde est quod
et iustos plerumque se dicunt
cum sunt iniqui. Unde est quod
nichil illis tam noxium est quam
confiteri peccata. Ipsi sunt qui
cum sint falsi iusti necesse est
ut invideant veris iustis.
Nemo enim invidet alteri
nemo quod non vult vel esse vel

videri. Alius tibi invidet quia
dives es aut dives vult esse
ut tibi invideat putatur vult
dives. Alius tibi invidet quia
clarus es et nobilis aut hoc
esse affectat aut se putari cu
pit. Et sic omnia que putantur
et videntur bona in seculo. Nec
quisque vult habere et in quo vult
excellere vel cuius rei famam
captat in eo tibi invidet. Isti
autem qui falsi iusti sunt videri
volunt iusti cum non sunt et
invidere est ut quos viderint vere
iustos invideant illi et hoc
cum illo agant quo amittat
unde gloriatur. Inde veniunt
omnes seductiones et supplan
tationes. Hec per ipse dyabolus
volunt qui cadens statum hominis
invidit. Et quia ipse amisit
regnum celorum hominem illuc
pervenire noluit et non vult
et id agit nunc ut homo illuc
non perveniat unde ille deiectus
est. Quia ergo superbus est ipse
et ideo invidus quia superbus
omne corpus ipsius tale est. Sed
nos oremus contra illud quod
corrigi non potest et pro istis qui
possunt ut dicamus homini in
iusto. Quare invides iusto
o homo iniuste. Vis videri
iustus. Cito fac quod melius est
et facilius eris quod vis videri.
Esto iustus et ita diliges cui
invidebas quia quod illum doles
esse eris et tu et amabis
in eo te et ipsum in te. Et cum
si invides diviti non esset in
potestate tua ut dives esses. Si
invideres honesto alicui
senatori nobili non esset in po
testate tua ut nobilis tu esses
et clarus. Si invides pulcro
nunquam te pulchrum faceres. Si in
videres forti et valido nunquam
tibi vires dares. Si invides
iusto res in voluntate est. Esto
quod doles esse alterum. Nec enim
emptitius es quod tu non es et alius
est. Gratis constat cito constat
pax in terra hominibus bone volu
ntatis. Illi autem superbi abscon
derunt muscipulam pedibus
meis et quesierunt supplantare
gressus meos rectos. Et quid
fecerunt? Et restes extenderunt
muscipulam pedibus meis. Nam
restes notum est hic ubi diu in
scriptis invenimus alibi quid
significent restes. Dominus flagellum
de restibus fecit ubi expulit
de templo eos qui ibi male
versabantur et significavit nobis
quo intelligamus restes quibus
quisque peccatorum suorum funibus
constringitur. Dicit alia scriptura
et apte ysaias ve eis qui tra
hunt peccata sicut reste longa.
Quare autem dicitur restis quia
omnis peccator perseverans in peccatis
suis addit peccata peccatis. Et cum
debet accusatione peccati sui de
sermone duplicat quod confessione
posset auferri. Et plerumque
aliis peccatis munitus vult esse
propter illa que commisit fecit
adulterium et ne occidatur parat
homicidium addit peccato peccatum.
Rursus si ei contingit facere
homicidium iam qui virum tantum
timebat duos timet. Et utique
cum se videat plura timere quam

antea timebat nō cogitat mi
nuere q̄ fecit Sed addit qd̄
q̄ nondum fecit Timerit forte
et maleficiū Tna (?) ecce habet
Inde iam quis cogitet quo fi
niat restem pctor̄ Optime di
restis Ut cum torqueat̄ restis
additur et nō addunt̄ recta
fila sed torta prauitas ibi
connexa ducit̄ in longū et nō
cogitat p̄cidere q̄ male te
xuit sed addere p̄duc̄e ī lon
gum tendere ut h̄at in fine
unde illi manus ligent̄ et
pedes et p̄iciatur in tenebras
exteriores Hij aut̄ pctā sua te
dunt in istis quos suadent
eis facere mala que ipi faciūt
Ideo dixit Restes multiplicaz
extenderūt pedibus meis .i.
deprecatis suis me decip̄e noluit
Et ubi hec Juxta semitas scan
dala posuerunt mihi Non
in semitis sed iuxta semitas
Semite tue p̄cepta dei sūt
Illi scandalum iuxta semitas
posuerūt tu noli recedere
a semitis et nō timebis iusta
dala Nec nolo dicas p̄hibet
illos deus pon̄e scandala
mihi iuxta semitas et ibi nō
ponerit ymo p̄misit illos
deus pon̄e scandala iuxta
semitas ut tu nō recedas
a semitis Juxta semitas scan
dala posuerūt m̄i Et quid
restat Sed remedium inter
tanta mala in istis tempta
cōnibus in istis piculis Dixi
domino deus meus es tu Illi
homines sunt et nō mei tu et
deus es et meus Dixi dn̄o

deus meus es tu Magna uox
orōnis monet fiduciam Nū
quid illor̄ nō est deus Cuiq̄
nō est deus qui est uerius d̄s
Sed tamen p̄prie cor̄ ē qui
eo fruunt̄ qui illi fruunt̄ qui
libent̄ sibi illo sunt Tam et
mali quamuis inuiti sibi illo
sunt Illi appellant deū ag
noscunt̄ illi fugiunt aquo dap
nent̄ Et iniquus qui nō uult
habe dūm deum suū quo fu
giet deum om̄ Bonum est ergo
illi ut conuertat̄ ad deum om̄
faciatq̄ illum cōuisione suū
et positus inter mortales pctores
seductores ypocritas supbos di
cat ad deum suū quem sibi cō
uisione sua fecit deum suū
Dixi dom̄o deus meus es tu
p̄cipe auribus dom̄e uocem
depcacōnis mee Nunquid
sua est et facilis ad intelli
sed tm̄ delectat forte cogitar̄e
quare nō dixit p̄cipe aurib̄
depcacōnem meam sed uelut
eundem in his exprimens affectum
animi sui ait uoc̄e depcacōis
mee uitam depcacōnis mee
Animā depcacōnis mee Nō
quod sonat in ūbis meis sed
unde uiuūt ūba mea Ceteri
eni strepitus sine aīa sonū
dici possunt uoces nō pūt
Uox p̄p̄e animator̄ est uiuor̄
Quam multi aūt depcant̄
deum et nō senciūt deum
nec bene cogitant de deo So
nū depcacōnis h̄re possūt
uocem nō possunt Vena uita
ibi nō est Huius uox uiuebat
qui deum suū intelligebat

et a quo liberaretur videbat et a
quibus liberaretur sentiebat Ipsa
erat vox desperationis eius ipsa
commendasse auribus dei dicit
domine domine Tu domine domine i. verissime
domine vero quales domini homines
non quales domini homines qui emunt
cattello sed qualis dominus qui emit
sanguine Domine domine virtus salu-
tis mee i. qui das vires salu-
ti mee Quid sibi vult virtus sa-
lutis mee Conquerebatur de scan-
dalis et insidiis peccatorum de circum-
latrantibus et insidiantibus circum
malignis hominibus nam diabolus
de superbis invidentibus iustis
inter quales iste et vita durante
cum hic vivimus in hac peregrina-
tione vita Talia non scandala
habundancia futura dominus predixit et
ait Quoniam habundavit iniquitas
refrigescet caritas multorum Sed
adiunxit statim solacium Qui
perseveravit usque in finem hic sal-
vus erit Attendit se et vidit
longam viam et quia perseverare lon-
gum est et difficile ipsum oravit
ad perseverantiam suam a quo illi
est iussum ut perseveraret Certe
salvus ero si perseverando usque
in fine Sed perseverancia usque
in finem pertinet ut merear
salutem Domine domine virtus
salutis mee Tu es virtus salutis
mee tu me facis perseverare ut
perveniam ad salutem Et unde
ipso quia tu es deus salutis
mee Obumbrasti super caput
meum in die belli Ecce modo
adhuc pugno pugno foris
contra fictos bonos pugno
intus contra concupiscencias meas

quia video aliam legem in membris
meis repugnantem legi mentis
mee et captivum me ducentem
in lege peccati que est in membris
meis Miser ego homo quis
me liberabit de corpore mortis
huius Gratia dei per Iesum Christum dominum
nostrum Igitur laborans in hoc bello
respexit ad gratiam dei et quia
iam cepit estuare et arescere
tamquam umbraculum invenit sub
qua vivet / Obumbrasti caput
meum in die belli id est ne estu
ne fatigarer ne arescerem Ne
tradas me domine a desiderio meo
peccatori Ecce quomodo valebit michi
umbraculum tuum ut estus non
patiar a me ipso Et quid michi
peccator ille faciet quantumlibet seviet
Sevierunt enim in martires im-
pii traxerunt eos cathenis li-
gaverunt carceribus incluserunt
gladio ferierunt bestiis subre-
xerunt ignibus consumpserunt Hec
omnia fecerunt et non eos tradidit
deus peccatoribus quia non sunt
traditi desiderio suo Illud ergo
ora quantum potes ut a deside-
rio tuo non te tradat deus peccatori
Tu enim desiderio tuo facis
locum dyabolo Ecce enim dyabolus
proposuit lucrum et invitavit
ad fraudem lucrum enim habere non
potes nisi fraudem feceris Sed lu-
crum esca est fraus laqueus
Sic attende escam ut videas
et laqueum quia lucrum habere non
potes nisi fraudem feceris fraudem
autem si feceris capieris Non lo-
quor capieris quia inveneris ali-
quid enim non inveneris sed ab
hominibus vel numquid aut a deo non

capieris et traheris et occideris
Omnis enim qui talia facit premit
semetipsum Ibi ergo est esca
ibi est et laqueus Frena desi
derium et non cades in laqueum
Si autem vicerit te desiderium
esce mittet tibi collum in laqueum
et capiet te aucupes animarum Ne
tradas me domine a desiderio meo
peccatori inde inumbratur in die
belli Desiderium enim estus facit
umbraculum autem domini temperat
Desiderium ut possimus refrena
re quo capiebamur ut non ita
estuemus ut ad laqueum perduca
mur Cogitaverunt adversum me
ne derelinquas me ne forte
exaltentur Habes alio loco qui
me premunt exultabunt si motus
fuero Tales sunt et isti quia
talis est et ipse dyabolus Cum
seduxit hominem gaudet triu-
mphat de illo exultat ipse quia
ille humiliatus est Cum male ex
altatus fuit Et ille qui de
illo triumphat humiliabitur Tales
sunt omnes qui gaudent de
malo videntur sibi gloriari ad
tempus superbire extimescere ergo
Non nos delectet exaltacio eorum
Escam habent in faucibus et hamum
Ibi est quo delectantur ibi est
quo trahantur Ne derelinquas
me ne forte exaltentur i. non
de me triumphent non de me
gaudeant Caput circuitus
eorum labor labiorum ipsorum teget
eos Hic inquit umbra alarum
tuarum teget Obumbrasti enim
michi in die belli Ipsos quid te
get Caput circuitus eorum ipsa
est superbia Quid est circuitus

eorum ut circueat et non stent
in girum currit error qui iter est
sine fine Nam enim in longum
it aliunde incipit alicubi finit
Nam in girum it nusquam finit
ipse est labor impiorum qui de
monstratur in alio psalmo eum di
citur In circuitu impii ambulant
Sed circuitus eorum caput superbia
est Initium omnis peccati
superbia Unde autem superbia labor
labiorum ipsorum Omnis enim superbus
fictus est Omnis fictus mendax
laborant homines loqui menda
cium Nam veritatem tota facilitate
loquentur Ille enim laborat qui
fingit quod dicit Nam nimie
laborat qui vult verum dicere
Ipsa enim veritas sine labore
loquitur De homine quo hic dixit
deo Hic proteget umbraculum
tuum ipsos teget mendacium
ipsorum Sed ipsum mendacium ipsorum
labor est labiorum ipsorum / Ecce par
turit iniusticiam concepit dolo
rem et peperit iniquitatem In omni
enim opere malo labor est et omne
opus male cogitacionis mendacium
ducem habet Non enim veritas est
nisi in opere bono Et propterea quia
homines laborant in mendacio
veritas quid clamat Venite
ad me omnes qui laboratis et
onerati estis et ego reficiam
Ipsa vox est in alio psalmo cla
mans ad laborantes / Filii hominum
usquequo graves corde ut quid
diligitis vanitatem et queritis
mendacium Aperte audio alio
alio loco laborem in mendacio
Docuerunt linguas suas loqui
mendacium ut inique agerent

laboraverunt Caput circuitus ipsorum
labor labiorum ipsorum teget eos
Decident super eos carbones
ignis in terra deicies eos Quid
est in terra hic adhuc in hac vi
ta hic super illos decadent car
bones ignis et deicies eos
Quid sunt carbones ignis vo
cavimus carbones istos An alii
sunt isti et alii illi de quibus
dicturi sumus Istos enim video
ad penam vale(re) Illos autem quos
commemoraturus sum ad salutem
Dictum est enim de quibusdam car
bonibus cum homo peteret ad
versus linguam subdolam auxi
lium Quid detur tibi aut quid
apponatur tibi ad linguam dolo
sam Sagitte potentis acute
cum carbonibus vastatoribus
id est verba dei cor tuum frigentia
et vetustate pimecta amore
quod negligencia et exempla ho
minum qui mortui erant et re
vixerunt et nigri erant et ful
gentes effecti sunt Carbones
enim tenebre sunt color nigri
tatis Sed cum ad eos accessit
flamma caritatis et commortui
revixerunt audient ab apostolo
Fuistis enim aliquando tenebre nunc
autem lux in domino Ipsi sunt carbo
nes fratres quos intuemini qui
nolumus imitari vitam tuam suffi
gitta dei et impediunt nos
male lingue hominum de qualibus
hic iam querebatur et noluit
seducere animam veritatis potuisset
inducere ad errores suos et dice(re)
nobis quia si perfecti fuimus
non implebimus Attendimus
carbones illos Qui erat heri

ebriosus Erat sobrius Qui
erat heri adulter hodie castus
est Qui erat heri raptor hodie
largitor Omnes isti carbones
sunt ignis sunt Accedunt ex
empla carbonum multa cum
clamet ipsa sponsa vulnerata
caritate ego sum et sit ibi va
statio feni Ipsi quod et dicuntur car
bones vastatores Vastatur fenum
sed purgatur aurum et mutatur
homo ex morte in vitam et incipit
esse etiam ipse carbo Flagitiosus
qualis carbo erat apostolus qui
primus fuit persecutor et blas
phemus et iniuriosus niger
et extinctus iam non conse
cutus accensus est De celo vox
christi accendit illum post in eo
tota nigredo Cepit fervens
spiritu quo accendebatur accendere
Tales ergo et hic intellectum
sumus carbones ignis qui
cadunt super istos malos et
deiciunt eos plane non prohibe
mur hunc hic intellectum video
hic nobis eluceat non impro
babilem et incomprehensibilem
sententiam Intelligo illos carbo
nes cadere super istos ut deiciantur
In alios enim veniunt ut accen
dant In alios ut deiciant
Ipse enim carbo dicebat Qui
busdam sumus odor mortis
in mortem Quibusdam sumus
odor vite in vitam Videntes enim
in istos flammantes spiritu et candi
des luce et eis invidendo ca
dunt hoc est quod supervenerunt eis
carbones ignis in terra et de
iciuntur Quid est in terra Ad
huc sunt in hac vita concepta

illa pena que cruciatur impius
Carbones isti illos decipiunt
aliquā vomat ignis eternus
Decidebunt carbones ignis sup
eos intra et decipient eos inmi
seriis et nō subsistent venit
illis miseria et nō tolleratur
Iustus autem subsistit Quo modo
subsistit qui dicit Sed etiā
gloriam in tribulacionibus sci
entes quia tribulacio paciam
operatur paciencia probacionem pro
bacio nō spem Spes autem nō
confundit quia caritas dei dif
fusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est nobis
At nō cum super illos ceciderit
aliqua pressura aliqua miseria
nō subsistunt sed cadunt
Quando enim tales paciuntur huius
pressuras nō valent tollerare
decidunt iniquitates malas
qui traduntur desiderio suo
peccatori / Vir linguosus non
dirigetur super terram Vir lin
guosus amat mendacia Quando
enim illi est voluptas nisi lo
qui Non enim attendit quid
loquatur dum loquitur nō pot
fieri ut iste dirigatur Qualis
ergo debet esse servus dei ante
sub illis carbonibus et ipse
carbo salutaris effectus Qualis
esse debet ut oportet magis
audire quam dicere Dicitur scrip
tum est Sit autem omnis homo
velox ad audiendum tardus
autem ad loquendum Et si fieri pot
est cupiat nō habere necessitatem
loquendi et dicendi et doce
di Certe enim fratres mei dico ca
ritati vestre loquimur nos in

ad nos ut aliquid doceamus
nos Quanto melius si omnes
saperemus et nemo doceret alium
ut nō esset alius loquens alius
audiens sed omnes audientes
unum illum cui dicitur Auditui meo
dabis exultacionem et leticiam
Unde et Iohannes non tam
gaudebat quia predicabat
et quia loquebatur sed gaude
bat quia audiebat dicit enim
Amicus autem sponsi stat et au
dit eum et gaudio gaudet
propter vocem sponsi Itaque fre
tus divine caritati vere ubi
unusquisque prebet se ut nō lo
quatur sed ut de illo locu
cionis officium exigatur Gau
dium autem taciturnitatis in vo
luntate habeat non tamen docere
in necessitate Quando pateris in
doctrinam Quando pateris impericiam
Si semper te delectet docere
semper vis audire habere imperitum
quem doceas Si autem bene vo
lens es et vis omnes doctos esse
nō vis semper habere quos doceas
vis esse in voluntate spacium
ut probacio doctrine tue sed in
necessitate Gaudium tibi sit in
audicione dei veritatis tibi sit
in locucione tua et nō eris
vir linguosus ne nō dirigaris
Quare loqui vis audire nō
vis Semper foris exis intro
redire detrectas Qui enim
te docet intus est quando doces
tamquam extra ad eos qui foris
sunt Ulterior enim audimus
veritatem et ad eos qui foris
sunt autem corde loquimur
Ut cum dicimus eos in corde

eos in corde habere. De quibus cogitamus secundum quandam ymaginem dicimus quam de illis habemus impressam. Verum si omnes intus essent, ipsi scirent utique quid in corde nostro esset, atque ita ut eis loqueremur non opus esset. Si autem hoc te delectet quod foris agis, vide ne timescas foris et non possis redire per angustam portam, et non possit tibi dicere deus tuus: Intra in gaudium domini tui; sed dicat tibi: quia forinsecus erat quod amasti, ligate illi manus et pedes et mittite eum in tenebras exteriores. Ubi enim audit malum esse mitti exterius, verum bono suo quid dixit: Intra in gaudium domini tui. De malo autem suo: Proicite eum in tenebras exteriores. Nos ergo amemus exteriora magis sed interiora. De interioribus gaudemus, in exterioribus autem necessitatem habemus non voluntatem. Vir linguosus non dirigetur super terram; virum iniustum mala venabuntur in interitu. Veniunt mala et non subsistit. Ideo dixit venabuntur in interitu. Multis enim bonis multis iustis evenerunt mala et tamquam invenerunt eos mala. Verum ideo dixit venabuntur quia unusquisque abscondere se vult a malo quia fraus est in venatione. Verumquid soli mali fugiunt a malis qui queruntur a malis? Ratione et bonis dictum est: Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam. Ergo quando mali persequebantur bonos, id est martires,

iustos tamen eos comprehenderint venati sunt illos sed non ad interitum. Comprehensa est enim caro, tunc capta est anima et electa anima de terra ne et carni aliquid fieret quod obesset in posterum. Incensa sit caro, percussa sit caro, laniata sit caro: verumquid ideo subtracta est creatori quia data est in manus persecutoris? Ille qui creavit eam quod non erat non reparabit melius quod erat? Ergo quicumque capti sunt iusti venati sunt quidem illos mali sed non ad interitum. At non illi qui non dirigentur et linguosi sunt mala eos venabuntur ad interitum. Venare. Vena in miseriis non subsistent. Cognovi quia faciet dominus iudicium egentis. Egenus iste non est linguosus. Enim et linguosus et habundare vult, orare nescit. Illi autem egentes sunt quibus dicitur: Petite et dabitur vobis, querite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Ille egenus de quo dicitur: Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Gemunt inter scandala malorum, ipsi precantur capiti suo ut eruantur ab homine malo et ab homine maligno liberentur et de manibus iniustorum eruantur. Ipsi ergo sunt quorum tamen deus non negligit et si nunc pressuris patiuntur apparebit gloria ipsorum. Talibus enim hic constitutis dicitur: Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Ergo pauperes sumus, abscondita est vita nostra. Clamemus ad patrem

Est enim panis vivus qui de ce-
lo descendit et qui in via refi-
cit nos Modo enim si divitiis
reficiamur veram necesse est contrarius
quoadusque faciem Cognovi
quia faciet dominus iudicium ege-
tis et causam pauperum ostendit
iniquis Quod diligat iustos suos
ostendit divitibus quod diligat
pauperes suos Divites dixi sup-
erbos pauperes dixi humiles divi-
tes dixi per habundantiam non que-
rentes pauperes dixi per descende-
rum supplantantes faciet dominus
vindictam ipsorum et quod faciet
iudicium ipsorum tuo nomini con-
fitebuntur Veritatis sive nichil
tribuent non tribuent totum
nisi nomine tuo sumpti iusti co-
fitebuntur nomini tuo Et quia
confitebuntur nomini tuo ut
quicumque iusti fuerint nichil
sibi assumant de suo Unde
fiet ut surgant eorum Quia
quod ad se flectunt torquent
eorum corda autem iudicium inte-
dunt surgunt eorum et ubi erit
voluptas et ubi requies et
ubi gaudium ubi beatitudo Verum
quid in se non sed in quo sunt
lux Verum autem lux in domino di-
xit Ideo inde quod sequitur inde
quo concludit Inhabitabunt
recti cum vultu tuo Male enim
illis sunt in vultu suo bene ill-
erit cum vultu tuo Cum vultu
suum amaverit in sudore vultus
sui manducaverunt panem Rede-
unt et deterso sudore finitis
laboribus penitus gemitu ve-
niet illis facies tua habundans
sufficiencia nichil querent

amplius quia melius non habent
amplius non te deserent nec
deserentur a te Et enim post resur-
rectionem secundo quid deum est
Adimplebis me leticia cum vultu
tuo Sine vultu suo non nobis
daret leticiam Adhuc peregrinamur
vultum eius ut gaudeamus ad
vultum ipsius filii enim dei sumus
sed non dum apparuit quid erimus
Scimus quia cum apparuerit similes
ei erimus quoniam videbimus eum
sicuti est Quia inhabitabunt recti
cum vultu tuo putamus ne cum
vultu patris et non cum vultu filii
An cum vultu filii et non cum
vultu patris Unus unus quodammodo
vultus patris et filii et spiritus sancti
Videamus si non nobis ipse filius
promittit vultum suum unde nos
letos faciat Modo hic capitulum
decimo quarto quod hunc primo attestatur
dominus deus inspiratum ut legere
Ait enim ipse dominus Qui audit
precepta mea et custodit ea
ipse est qui diligit me Et qui
diligit me diligetur a patre meo
Et ego diligam eum et ostendam
meipsum illi Quale premium pro-
misit dilectissimi Propterquid eum
non videbant quibus se promitte-
bat ostendere Ratione autem illos cernat
Ratione faceret carnis illius ad-
iacebat oculis eorum Unde est
quod nolebat ostendere videntibus
se Sed quia talem videbant
discipuli qualem crucifixerunt
iudei Erat autem deus in illa
carne occultus hominem autem
possent videre homines deum
autem non possent quamvis [illegible]
quia beati mundo corde quoniam ipsi

deum videbunt. Dedit formam
hominis et piis et impiis, servat
formam dei mundatis et piis
ut iocundemur in illo et bene
nobis sit inecium cum vultu ipsius.

Explicit de psalmo C° xxxix

Incipit tractatus aurelii augustini episcopi de psalmo centesimo xl°

Audistis fratres admonitionem
et petitionem immo exhortationem
apostoli cum eius una epistola legeretur
dicit enim orationi instate vigilan-
tes in illa orantes simul et
pro nobis ut deus aperiat no-
bis hostium ubi ad loquendum
misterium eius ut manifestem
illud sicut oportet me loqui. Hec
verba etiam verba mea deputate
dignemini. Sunt enim in scripturis
sanctis profunda misteria que ad
hoc absconduntur ne vilescant
ad hoc queruntur ut exerceant ad hoc
aperiuntur ut pascant. Psalmus
quem modo cantavimus in multis
sententiis subobscurus est. Cum
adiuvante deo ea que dicta sunt
eruere et exponere ceperimus vide-
bitis nos hoc audire quod iam no-
veratis. Sed ideo multipliciter
dicta sunt ut varietas locutio-
nis fastidium tolleret veritatis.
Quid enim amplius fratres vel
salubrius auditur et cogni-
tum est quam diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo
et ex tota anima tua et diliges
proximum tuum sicut teipsum. Sed
ne putetis hec duo precepta
parva esse. In hiis duobus
preceptis tota lex pendet et
prophete. Quid quisque salubriter
corde concipit vel ore profert

vel qualibus divina pagina scul-
pitur non habet finem nisi caritatem.
Hec autem caritas non qualiscumque
est. Nam et male amantes
invicem sibi societate perdite
conscientie et dicunt amare se nol-
le discedere ab invicem sed collo-
cutionibus conciliari desidera-
re se absentes gaudere ad presen-
tiam suam. Amor iste scelera-
tus est dampnabilis est quo deiciat
in profundum non pennas quibus
levet in celum. Que est autem ca-
ritas ut a ceteris que appellantur
caritates segregetur et di-
stinguatur. Ea que caritas di-
vina Nam vero a paulo diffinita
est atque ita sub quibusdam
terminis conscripta cum sit divinitate
infinita ut omnino distinguatur a ce-
teris. Finis enim precepti est inquit
caritas. Posset hic utique dicere
Nam aliis locis ubi tamquam
scientibus loquebatur utique
dixit plenitudo legis est
caritas et non dixit qualis
caritas. Ideo ibi non dixit qua
dixit alibi. Non enim ubique omnia
dici aut possunt aut debent.
Ergo hic plenitudo legis cari-
tas. Querebas forte que cari-
tas qualis caritas. Audis
alio loco finis precepti est ca-
ritas de corde puro. Iam inde
te verum inter se habet latice
caritatem de corde puro. Prim-
tor in caritate hoc est quod dili-
gis hominem secundum deum
divina et teipsum sic debes dili-
gere ut non erret regula: dili-
ges proximum tuum tamquam teipsum.
Si enim male te diligis et in

vtiliter ita et in proximum diligendo
Quid enim consulis Quomodo autem
male te diligis Quomodo inde nisi
in scripturis que neminem palpat
et dicit quia non primo querat
quia et odisti te Qui enim autem di
ligit inquit iniquitatem odit
animam suam Si ergo diligis iniquitatem
putas quod teipsum diligas Erras
Ita et proximum diligens ad ini
quitatem duces et dilectio tua
laqueus erit dilecti Caritas
ergo de corde puro est que est
secundum deum et conscientia bona
et fide non ficta Ista caritas
diffinita ab apostolo habet duo precep
ta dilectionis dei et dilectionis
proximi In nullis scripturis aliud
requiratur Nemo nobis aliud
precipiat Quidquid obscurum
est in scriptura hoc ibi occultatum est
Quidquid ibi planum est hoc
ibi apertum est Sed si nunquam ibi ap
ta esset non te pasceret si nunquam
occulta non te exerceret Hec cari
tas clamat de corde puro
de corde talium in istis verbis
qualis hic homo orat Et quis
iste sit cito dixim Christus est
Audistis enim verba que de do
mino nostro Iesu Christo indigne acci
piuntur et putabit parum intel
ligens temere me dixisse Christi
esse personam in hoc psalmo Quis
enim potest de domino Iesu Christo de illo
agno immaculato de illo in
quo solo non est inventum peccatum
Quis solus verissime dicere
potuit Ecce venit princeps mun
di huius et in me nihil inve
niet id est nullam culpam nullum
reatum qui solus quod non ra
puit exsoluebat Quis solus
innocentem sanguinem fudit filius
dei vnicus carnem accipiens
non quia ipse minueretur sed quia
nos augeret Quomodo ergo de ista per
sona recte accipitur Pone do
mine custodiam ori meo et ho
stium continentie circum labia
mea ut non declines cor meum
in verba maligna ad excusan
das excusationes in peccatis Ma
nifestissime quippe iste sermo
est Custodi domine os meum
ianua quadam et hostia pre
cepti tui ut in verba maligna
non delinquetur cor meum Que
verba maligna Quibus excu
santur peccata Hec inquit peccata
mea malim excusare quam
accusare Hec verba in ipsum do
minum Iesum Christum non cadunt
Que enim ille peccata commisit
Que confiteri potius quam
defendere debuisset Nostra
ergo verba sunt ista Certe nos
loquimur Si nostra verba sunt
quomodo Christus loquitur Et ubi est
caritas de qua loquebamur
Respicite quia ipsa unum nos
fecit in Christo Caritas clamat
ad Christum pro nobis Caritas cla
mat de Christo pro nobis Quomodo
clamat caritas ad Christum de
nobis Et erit Omnis qui in
vocaverit nomen domini saluus
erit Quomodo clamat caritas de
Christo pro nobis Saule Saule
quid me persequeris Vos inquit
apostolus estis corpus Christi et
membra Si ergo ille caput nos
corpus Vnus homo loquitur
sive caput loquatur sive membra

Unus christus loquitur Et capitis
est proprium loqui etiam in persona
membrorum Ipsam in eam consue-
tudinem adiutite primo quomodo
loqui in membris nostris non potest
nisi caput Iam non caput no-
strum quomodo loquatur in persona
omnium membrorum adiutite In an-
gustia tibi aliquis pedem calcat
Calcas me dicit caput Vulnera-
vit tibi aliquis manum Vulne-
rasti me dicit caput Caput
tuum nullus tetigit sed loquitur
unitas compaginis corporis tui
Omnium membrorum tuorum personam
illa que in capite est lingua
suscepit Ipsa pro omnibus verbo
fungitur Sic ergo audiamus christum
loquentem Sed unusquisque ag-
noscat ibi vocem suam tamquam
herens in christi corpore Aliqui
enim dicturus est verba in quibus
nullus nostrum inveniat personam
suam Sed ad solum caput per-
tineant verbo se tamen separat
communis et ad sua ipsa tollit
sic asimus prius non admixta
recedit de sponso enim et de ecclesia
dictum est Erunt duo in carne
una Unde et ipse in evangelio
dicit de hac ipsa re Igitur iam
non sunt duo sed una caro
Hec nova non sunt nobis semper
audita sunt Sed commendationes
necesse est ut commemorentur
Primo quia ipse scripture quas tractamus
ita sibi sunt innexe ut mul-
ta in multis repetantur et uti-
le est Cura enim mundi spinas
habet et semina suffocat Oportet
sepius admonendo commemorari
que cogit mundus oblivisci cor

Domine clamavi ad te ex-
audi me Hoc omnes possumus
dicere Hoc totus christus dicit Sed
magis ex persona corporis dictum
est quia et cum hic esset car-
nem portans oravit Et ex
persona corporis oravit prolixius
et cum oraret globi sanguinis
de toto eius corpore distilla-
bant Scriptum est in evangelio
Oravit ihesus intenta oratione
et sudabat sanguinem Quid est
de toto corpore sanguinis efflu-
xio nisi de tota ecclesia martyrum
passio Domine clamavi ad te
exaudi me intende voci depre-
cationis mee dum clamavero
ad te Iam finitum negocium cla-
mandi putabas cum diceres
Clamavi ad te Clamasti iam
noli esse securus Si finita est
tribulatio finitus est clamor
Si autem manet tribulatio ecclesie
et corporis christi usque in finem
seculi non tantum dicat clamavi ad
te exaudi me sed intende vo-
ci orationis mee dum clamavero
ad te Dirigatur oratio mea tam-
quam incensum in conspectu tuo
Elevatio manuum mearum sacri-
ficium vespertinum Hoc de ipso capi-
te solere intelligi omnis christianus
agnoscit Declinante enim iam
die in vespera dominus in cruce animam
deposuit recepturus non a-
misit invitus Sed tamen et ibi
nos figurati sumus Quid enim
illius pependit in ligno nisi
quod de nobis accepit Et unde
fieri potest ut aliquando deus pater
dimittat et deserat unicum
filium qui utique cum illo unus deus

est Et tamen manum in firmitate
figens in cruce vbi vetus ho-
mo. Sicut dicit apostolus Crucifi-
xus est simul cum illo Sono
re ipsius vocis intra clamauit
Deus meus deus meus ut quid
me dereliquisti Illud ergo est sacri-
ficium vespertinum passio domi-
nica domini Oblacio victime
salutaris holocaustum accep-
tum domino Illud sacrificium
vespertinum fecit in resurrectione
munus matutinum Oracio ergo
pure directa de corde fideli
tanquam de ara sancta surgit
incensum Nichil delectabilius
odoratu domini sit oleant omnes
qui credunt vetus ergo homo noster
apostoli verba sunt crucifixus est simul
cum illo ut euacuaretur
corpus peccati ut vltra non
seruiamus peccato Inde et in ipso
psalmo cum dixisset deus
meus deus meus quid me dereli-
quisti longe a salute mea verba
tum subiectum est verba delictorum
meorum Quorum delictorum si queris
attendas Et tu eius fuisse
vocem in psalmo ipse testatus
est in cruce Ipsa verba dixit
Ipsa verba pronunciauit Vero est
relictus humane generi locus
nullus negandi aditus qua-
litercumque Vano Quod lego in prophe-
ta hic audio a domino Immo ergo etiam
psalmo agnosco quod in caluario
lego foderunt manus meas
et pedes meos dinumerauerunt omnia
ossa mea Ipsi vero considera-
uerunt et conspexerunt me diui-
serunt sibi vestimenta mea et
super vestem meam miserunt

sortem Hec omnia sicut predicta
ita facta Sicut audiuimus ita et
vidimus Ergo si dominus noster ihesus
christus nos figurauit in caritate
corporis sui quamuis esset sine pec-
cato dixit verba delictorum meorum
dixit autem hic ex persona corporis
sui Tamen audet in membris eius
dicere non se habere peccatum nisi qui
fuit angelus se false iusticie no-
mine efferre et christum falsitatis
arguere facere ergo membra que
pre pronunciauit caput tuum Et
ut fateamur quod ut faciamus nec
nos iustificemus contra conspectum
solius iusti qui iustificat impium
Dubitat iam sui corporis voce
Pone domine custodiam ori meo
et hostium circumstancie circa la-
bia mea Non dixit claustrum
continencie sed hostium Hostium
et aperitur et clauditur Ergo si ho-
stium est et aperiatur et claudatur
Aperiatur ad confessionem peccati
Claudatur ad defensionem peccati
Ita enim erit hostium continencie
non ruine Quod nobis prodest
huius hostium continencie Quid orat
ex persona corporis christi ut non
declines cor meum in verba
maligna Quid est cor meum
Cor ecclesie mee cor vtique corporis
mei Verba illa attendite vbi
nobis regula figitur Saule
Saule ut quid me persequeris
Cum ipsum nemo tetigisset Esu-
riui et cibastis me Sitiui et
potum dedistis michi etc Et
illi Quando te vidimus esurientem
aut sicientem Et ille Cum
vni ex minimis meis fecistis
michi fecistis Hec christianus

inhospitata esse non debent mansiones
in quibus regule fixe sunt ca-
ritatis intelligendorum et aut
non turbabuntur aut cito corri-
gentur. Dicit ergo ibi dicitur
sunt iusti domine quare dixisti
esurivi et dedistis michi man-
ducare Quando te vidimus esu-
rientem Et ille respondebit Quod
uni ex minimis meis fecistis mi-
chi fecistis Sic et hic dicamus in
Christo intus in interiore homine
nostro quia ibi presidens habitare
dignatur Non enim absens est
a nobis et non est cui dicamus
cum ipse dicat Ecce ego vobis-
cum usque ad consummacionem seculi
Dicamus illi ergo et nos qui vo-
cem eius in hoc psalmo accipimus
Eius enim vox est quod nemo ne-
gat Elevacio manuum mearum sa-
crificium vespertinum Dic ergo con-
sequenter Pone domine custodiam
ori meo et hostium circumstancie
circunda labia mea ut non declinet
cor meum in verba maligna
ad excusandas excusaciones in
peccatis Quare sic oras domine
Quia peccata nostra excusaturus es
Videt enim unus ex membris tuis
sic orat ego sic oro Dicit ibi
Audit Cum uni ex minimis meis
fecistis michi fecistis Cum autem
non declinatum fuit cor tuum O
membrum Christi Cum cor tuum non
fuit declinatum in verba maligna
ad excusandas excusaciones
in peccatis Cum hominibus operanti-
bus iniquitatem non combinabis
cum electis eorum Quia sunt electi
eorum Qui sibi iusti videntur
et contempnunt ceteros Dicit
phariseus ille in templo dicit
Deus gracias ago tibi quia non
sum sicut ceteri homines qui sunt
electi eorum Hic homo si propheta
esset sciret que mulier illa accessit
ad pedes Agnoscitis vocem aliquis
pharisei qui dominum invitaverat
quando mulier illa que erat in civi-
tate peccatrix venit et accessit
ad pedes eius impudica quedam
frontosa ad fornicacionem fronto-
sior ad salutem irrupit in domum
alienam Sed ille qui ibi dis-
cumbebat non erat alienus
Non conca quilibet quinua sed
ancilla domini sui secuta est acce-
ssit ad pedes quia eius vestigia
sequi cupiebat lavit lacrimis
tersit capillis pedes Christi qui
sunt ministri per quos peragravit to-
tum mundum Quam speciosi pe-
des eorum qui annunciant pacem
qui annunciant bona pedes ergo
domini quando susceperunt ut suscipi-
endo iustum in nomine iusti merce-
dem iusti accipient et qui susceperunt
prophetam in nomine prophete merce-
de prophete accipient Et qui potum
dederit inquit uni ex minimis
istis calicem aque frigide tan-
tum in nomine discipuli Amen dico
vobis non perdet mercedem suam Qui
ergo tali humanitate pedes domini
suscepit Quod impendit in usum
que habebat in domo superflua
Merito quia capilli quasi su-
perflui sunt illis illa pedes domini
detergebat Superflua tua nostra
tibi sunt Sed unde sunt obse-
cutus pedibus domini ergo illa

curari nolebat. Conscia magis
salutis. Sed inquid magnum
salutis et prius medicus. Pha-
risei autem nolebant se tangi
ab immundis. Vitabant omnem
contactum peccatorum. Sed quando forte
necessitate tangebantur abluebant
se et baptisabant non tantum se sed
et vasa sua lectos suos calices
parapsides. Sicut dominus in ewangelio
commemorat. Cum ergo ille pha-
riseus nosset hanc mulierem que
utique si ad pedes ipsius pha-
risei accederet repelleret eam
ne feditas eius pollueretur habebat
enim eam in corpore non in corde
et quia eam non habebat in corde
utique falsam habebat in corpore.
Quia ergo ille eam repulsurus
esset cum hoc dominus non faceret
estimavit eum nescire que
illa esset et dixit apud semet
ipsum: Hic si esset propheta sciret
que mulier accessit illi ad pedes.
Non dixit repulisset eam sed
sciret que esset tamquam esset
consequens ut si sciret repel-
leret. Ex illo ergo quod eam non repu-
lit etiam nescisse eum pro certo
suspicatus est. Dominus autem sic
habebat oculos ad illam mulierem
ut aures habebat in corde pha-
risei. Itaque audita cogitatione
eius proposuit similitudinem qua
nostras duo debitores erant
cuidam feneratori. Unus ei de-
bebat denarios quingentos,
alter quinquaginta. Cum ambo
non haberent unde redderent dona-
vit ambobus. Quero a te

inquit quis eum plus diligit.
Et ille vidit iam coactus ve-
ritate adversus se ipsum protulit
sententiam. Credo domine inquit quia
ille cui plus donavit. Et con-
versus ad mulierem dixit ad Simo-
nem: Vides istam mulierem? Intra-
vi in domum tuam osculum
michi non dedisti. Illa autem non
intermisit pedes meos osculari.
Aquam michi ad pedes non
dedisti, illa lacrimis suis lavit
michi pedes. Oleum michi
non dedisti, illa unxit ungen-
to. Propterea dico tibi dimittuntur
ei peccata multa quia dilexit multum.
Clamare quia confessa est quia
flevit quia non declinatum
est cor eius in verba maligna
ad excusandas excusationes
in peccatis non combinavit cum elatis
Deus qui fecistis gratis omnia longanimis. Cunctos enim sustinet peccatores misericors et miserator et his quibus veniam dedit iustus quibus adhuc non dedit longanimis non dampnas sed expectans ipsa expectatione clamans Convertimini ad me et ego convertar ad vos. Et nimia longanimitate Nolo inquit mortem impii sed ut convertatur et vivat. Ille quidem longanimis tu autem secundum duriciam cordis tui et cor impenitens thezaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum opera sua. Vero enim ind se longanimis in sustinendo sit nunquam iniustus in iudicando distribuit tempora vocat te nunc exhortatur te nunc expectat donec facias et tu tardas. Magna eius misericordia nichilominus quod diem mortis tibi incertum fecit ut nescias quando hic emigrabis et tu cottidie speras te aliquando converturum. Et in hoc magna eius misericordia. Certum si statuisset diem omnibus faceret cumulare peccata de securitate. Dedit ergo spem venie ne desperando amplius peccares. Et spes et desperatio timenda est in peccatis. Videte vocem desperantis ad augenda peccata. Et quod utrique voci occurrit providencia et misericordia dei. Audi vocem desperantis. Iam inquit dampnandus sum quare non faciam quidquid volo. Audi et vocem sperantis misericordia dei magna est quando me convertero dimittet michi omnia. Quare non facio quidquid volo. Desperat ut peccet utrique metuendum est utrique periculosum ne ad desperacione ne a presumpta spe utrique huic periculo et utrique malo quod occurrit misericordia dei. Quid dicis tu qui desperando volebas peccare. Iam dampnandus sum quare non facio quod quod volo. Audi scripturam Nolo mortem impii quantum ut revertatur et vivat. Hac voce dei reducatur in spe. Sed timendus est alius laqueus ne ipsa spe amplius peccet. Quid ergo et tu dicebas qui spe magis peccas quando me converto ultero omnia deus michi dimittet faciam quidquid volo. Audi et tu scripturam Ne tardes converti ad dominum neque differas de die in diem. Subito enim venit ira illius et in tempore vindicte disperdet te. Noli ergo dicere cras cras me convertam cras deo placebo et omnia hodierna et hesterna dimittentur michi. Verum quidem dicis quia deus conversioni tue indulgenciam promisit sed dilatoni tue diem crastinum non promisit. Suavis dominus omnibus et miserationes eius in omni opere eius. Quare ergo dampnat quos flagellat. Aut quos dampnat aut quos flagellat non sunt opera eius. Plane opera eius. Et in isto nosse quia super omnia opera eius miserationes eius. Inde est ille longanimis qui facit solem suum oriri super bonos et malos. Ratione miserationes eius super omnia opera eius. Longanimis expectat peccatorem dicens Convertimini ad me et ego convertar ad vos. Ratione miserationes eius super omnia opera eius

Et tunc dicit Ite in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Hic non miserationes eius sed adversitas. Miseratio eius reddita est in operibus eius. Severitas eius non in opera sua sed in opera tua. Denique si tollas opera tua mala et non inter remaneat nisi opus eius non te dimittet miseratio eius. Si autem tu non dimittis opera tua erit severitas eius in opera tua et non in opera sua. Confiteantur tibi domine omnia opera tua et sancti tui benedicant tibi. Omnia opera tua confiteantur tibi. Quid enim? Terra non est opus eius? ligna non sunt opera eius? pecora bestie pisces volatilia non sunt opera? Plane et hec opera eius. Et quomodo ei confitebuntur? et hec video quidem in angelis confiteri opera eius. Et enim opera eius sunt angeli et homines opera eius sunt. Et tamen confitentur ei homines opera eius illi confitentur. Numquid ligna et lapides vocem habent confessionis? Prorsus confiteantur ei omnia opera eius. Si omnia laudant tamen non omnia confiteantur. Confessio enim non tantum peccatorum dicitur sed et laudis, ne forte ubicumque audieris confessionem putes non esse nisi peccati. Usque adeo enim hoc putatur ut quando sonuerit de divinis eloquiis continuo sit ista consuetudo pectora tundere. Audite quia est et laudis confessio. Numquid et dominus ihesus christus habebat peccatum? Et tamen ait Confiteor tibi pater domine celi et terre. Confessio est ergo in laude. Proinde quando

accipiendum. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Laudent te omnia opera tua. Sed talis questio redit ad laudem qualis erat in confessione. Si enim propterea confiteri non poterant terra ligna et quecumque insensata quia vocem non habent confitendi, ideo nec laudabunt quia vocem non habent predicandi. Nonne tamen omnia tres illi pueri enumerant deambulantes inter flammas innoxias quibus spacium erat non solum non ardendi sed etiam laudandi deum. Omnibus dicunt celestibus usque ad terrestria Benedicite ympnum dicite et superexaltate eum in secula. Ecce quomodo dicunt ympnum. Nemo estimet quod mutus lapis aut mutum animal habeat racionem intelligendi deum. Hoc qui putaverunt multum a veritate aberraverunt. Deus ordinavit omnia fecit omnia. Quibusdam dedit sensum et intellectum in mortalitatem sicut angelis. Quibusdam donavit intellectum et sensum ut hominibus. Quibusdam dedit sensum corporis nec intellectum nec in mortalitatem sicut pecoribus. Quibusdam nec sensum nec intellectum nec immortalitatem sicut herbis lignis lapidibus. Et tamen et ipsa in genere suo deesse non possunt et gradibus quibusdam ordinavit creaturam a terra usque in celum a visibilibus ad invisibilia a mortalibus ad immortalia. Ista contextio creature. Ista ordinatissima pulchritudo ab ymis ad summa ascendens nusquam corrupta sed

dissimilitudinibus temperata tota
laudat deum. Quare ergo tota
tota laudat deum. Nunc cum
eam consideras et pulchram vi
des tu in illa laudas deum. Vox
quid est mute terre. Species terre
attendis et vides eius speciem
vides eius fecunditatem vides
eius vires quo concipiat semen
quo plerumque efficiat quod non est
seminatum vides et considera
cione tua tamquam interrogas ea(m).
Ea ipsa inquisicio interrogacio
est. Cum autem inquisieris ad
mirans et perscrutatus fueris
et magnam vim magnam pul
critudinem precelaram et virtutem
inveneris cum nec apud se nec
a se habere hanc virtutem possit
continuo tibi venit in mentem
quia non potuit a se esse nisi
ab illo creatore. Et hoc quod invenisti
in ea vox est confessionis
ipsius ut laudes creatorem.
Nonne considerata universa pul
critudine mundi huius tamquam
una voce tibi species ipsa videt
Non me ego feci sed deus. Ergo
confiteantur tibi domine omnia opera
tua et sancti tui benedicant tibi
ut in confessione operum tuorum
sancti tui benedicant te. Ipsi sancti tui
inspiciant creaturam confitentem
et illorum vocem audi benedicentem.
Et cum tum sancti tui benedicunt te
quid dicunt. Gloriam regni tui
dicent et potenciam tuam loquentur.
Quam potens deus qui fecit
terram quam potens deus qui
dedit vitas suas ipsis animalibus
quam potens deus qui implet
bonis terram quam potens deus

qui semina diversa dedit visceribus
terre ut germinaret tantam
varietatem fructuum tanta species
arborum. Quam potens deus quam
magnus dominus. Tu interroga crea
turam videt et de visione tanquam
confessione creature tu sanctis dei
benedicis deum et eius potenciam
loqueris. Ut nota faciant filiis
hominum potenciam tuam et gloriam
magnitudinis decoris regni tui.
Sancti ergo tui commendant gloriam
magnitudinis decoris regni tui.
Est quedam magnitudo decoris
regni tui. Hoc est regnum tuum habet
decorem et magnum decorem.
Nunc quid quidquid habet decorem
arte habet decorem ipsum regnum
quale habet decorem. Non nos
terret regnum habet decorem quo
delectamur. Et cum qualis ille
decor est quo perfruentur sancti quibus
dicetur. Venite benedicti patris
mei percipite regnum. Unde ibunt
quo ibunt. Videte fratres. Et si
potestis quantum potestis cogi
tate decorem regni illius quod
venturum est. Unde est in oracione
nostra ut adveniat regnum tuum.
Ipsum enim regnum optamus ut
veniat. Hoc regnum venturum sancti
predicant. Mundum istum atten
dite decorem habet. Nunc decorem
habet terra mare celi sydera ce
lum. Omnia hec nonne omnem
consideratorem terrent. Nonne pul
critudo ipsa sic eminet ut quasi
pulchrius nichil possit inveniri.
Et hic vivunt in isto decore in
ista pulcritudine ipse iam in
effabili hic vivunt tecum et ver
miculi et mures et omnia terre

Experiencia ista tantum sunt vivunt in
decore isto. Qualis decus est illius
regni ubi tantum non vivunt nisi an-
geli. Ideo parum fuit ut diceret
gloriam decoris potuit enim dici
et gloria decoris angelibus speci-
ecia in hoc mundo constitute vel
de terra vivent vel de celo fulgent.
Sed magnitudinis decoris regni
tui aliquis commendat quod non dum
visum credimus quod creditum de-
sideramus propter cuius desiderium
omnia sustinemus. Fit ergo mag-
nitudo decoris cuiusdam ametur
antequam videatur ut cum visa fuit
teneatur. Regnum tuum. Quod regnum
dico? Regnum omnium seculorum. Vera et
regnum huius seculi habet decorem suum
sed non est ibi magnitudo de-
coris illa qualis est in regno
omnium seculorum. Et dominatio tua in omni
generatione et generatione. Hec est
illa repeticio vel omnem generationem
significans vel generationem illam que
erit post hanc generationem. Fidel-
is dominus in verbis suis et sanctus in omnibus
operibus suis. Quid enim promisit
et non dedit? Fidelis dominus in verbis
suis. Adhuc quid promisit et non
dedit sed credatur illi ex hiis
que dedit. Fidelis dominus in verbis
suis. Possemus illi credere tamquam
dicenti. Nolunt sibi credi dicenti
sed nolunt teneri scriptura sua.
Verumtamen si dices alicui homini cum
aliquid promittes non michi credis.
Ecce scribo tibi. Et enim quia ge-
neratio vadit et generatio venit
et sic transcurrit ista secula cede-
ntibus succedentibus quoque mortalibus
scriptura dei manere debuit et
quoddam cirographum dei quod omnes

transeuntes legerent et viam promis-
sionis eius tenerent. Et quia
sunt que reddidit Christo cirogra-
pho dubitant homines credere
illi de resurrectione mortuorum et
de futuro seculo quod solum iam red-
dendum restat quod si faciat re-
tum fidelibus erubescunt infi-
deles. Si dicat tibi deus ciro-
graphum meum tenes indicium
promissi de redditione bonorum et
malorum regnum sempiternum fide-
libus et non vis credere. Ibi in ci-
rographo meo lege omnia que
promisi. Dedit mecum rationem. Ecce
vel computando que reddidi po-
tes me credere redditurum cetera
que debeo. In ipso cirographo habes
promissum unicum filium tuum non
peperci sed pro nobis omnibus tradidit
eum. Iam computa in redditis.
Lege cirographum promisi ibi
pignus spiritus sancti datur me per
filium meum. Computa redditum
promisi ibi sanguinem et coronas
martirum gloriosissimorum. Computa
redditum et moneat te massa
debiti mei. Ecce hec gloria martirum
ut redderetur tibi promissa in ci-
rographo ubi scriptum est propter
te mortificamur tota die. Ut
hec redderetur fremuerunt gen-
tes et populi meditati sunt in-
ania. Astiterunt reges terre
et principes convenerunt in unum
adversus dominum et adversus Christum
eius. Principes convenerunt in
unum conspirantes adversus sa-
nos. Quid ipsorum regnum fide-
lione promisi in cirographo et
redditum in effectu. Attende ubi
promissi. Adorabunt eum omnes

reges terre Omnes gentes sunt
cut illi O ingrate legis debitor
tuus redditum non credis promissum
lege aliud in cirographo meo quare
fremuerunt gentes quare inimici
mei dixerunt mihi Hoc est ipso
quando morietur et peribit nomen eius
Tum hec omnia fecerunt atque di
xerunt lege quid promisit tibi sol
vendo me obstruxi prevalebit
deus adversus eos et extermina
bit omnes deos gentium terre Et
adorabunt eum unusquisque de
loco suo Nempe iam prevaluit
et exterminavit omnes deos gen
tium terre Ratione et hoc facit et
hoc reddit Ante oculos omnium po
suit solutionem debitorum suorum
Quedam reddidit sub maioribus
nostris que nos non vidimus
Quedam reddidit temporibus nostris
que illi non viderunt Pro omnibus
generationes reddidit que scripta
sunt Et quid restat Vere de
dit his omnibus redditis Et
quid restat Ecce fecisti rationem
tanta reddidit minus putas pau
ca reddenda infidelis est fallis
Absit urnare Urna fidelis
dominus in verbis suis et sanctus
in omnibus operibus suis Con
firmat dominus omnes caden
tes Sed quos omnes caden
tes Omnes omnino cadentes Quo
modo quosdam cadentes Et
omnia multi cadunt ab eo multa
aut cadunt a cogitationibus
suis Si habebant malas cogi
tationes cadunt ab eis Et
confirmat dominus omnes ca
dentes Cum aliquid amittunt
in isto seculo et sancti sunt veluti

exonerentur in isto seculo Ex di
vitibus sunt pauperes ex hono
ratis sunt abiecti et tamen sancti
tamquam cadentes sunt Sed
confirmat dominus omnes cade
tes Septies enim cadit iustus
et resurgit Impii autem infir
mabuntur in malum Cum ma
la accidunt impiis infirmantur
ibi quando mala accidunt iustis
confirmat dominus omnes cadentes
Deciderat Iob a gloria pertine
ntis temporalium rerum quibus in
tebat ad tempus deciderat
a gloria domus sue Voltis nosse
quantum deciderat In stercore sede
bat et confirmavit dominus de
cadentem Quantum confirmavit ut
et ipse genui vulnere quo pro toto
corpore percussus erat videret
Uxori temptanti quam sibi sola
dyabolus relinquat adiutrice
locuta est tamquam una ex in
sipientibus mulieribus Si bona
suscepimus de manu domini ma
la quare non sustinebimus Con
firmat dominus omnes cade
tes Cum ceciderit inquit iustus
non conturbabitur quia dominus con
firmat manus eius et erigit
omnes elisos Omnes ad se pertinen
tes Vram deus superbis resi
stit Oculi omnium in te sperant domine
et tu das escam illis in opportu
nitate Prius tamquam reficies
egrotum in opportunitate quid de
accipe tunc das et quod debes
hoc das Itaque aliquid desiderat
ab illo et non das Novit hora
dandi qui amat Urnare ista
dico fratres ne quis qui forte
non fuit exauditus aliquid non

in iniustum petens adeo ut qui
in iniustum aliquid petit impena
tiam exauditur Sz qd non in
iniustum petens si forte non fuit
exauditus non inuiniat ideo
non deficiat expectent oculi
eius ad escam quam ille dat
in oportunitate quando non dat
ideo non dat ne absit quod dat
neque enim quod in iniustum petebat
apostolus qui rogauit ut auferre
ab eo stimulus carnis angelus
sathane a quo colaphizabatur
et ter rogauit et non accepit
quia tempus adhuc erat oportune
de infirmitatis non esse opor
tunitatis Sufficit tibi inquit
gratia mea namque virtus in infirmi
tate perficitur Petijt dyabolus
temptandum Job et accepit Attende
dite fratres mei magnum misterium
dicendum repetendum tenendum
animo nunquam obliuiscendum propter
commendanciam temptationis in
isto seculo Unde dicam veniam eo
paradisus apostolus dyabolo Apostolus
rogat et non accepit dyabolus
petit et accepit Sed non accepit
apostolus propter perfectionem suam Accepit
dyabolus ad dampnationem suam
Deinde ipse Job accepit sanitatem
in oportunitate dilatus tamen
ut probaretur dum sedit in vulnere
et multa dixit et rogabat deum
ut aufferentur ab eo ista et deus
non auferebat Sicut dyabolum
exaudiuit ad eum temptandum
quam ipsum Job ad sanandum Di
scite ergo non murmurare aduersus
deum et qui non exaudiuntur ne
deficiat in nobis quod supra scriptum
est per singulos dies benedicam te

Ipse viuens ipse filius patri vtique
veniat solue quod non debebat non
ut in manibus peccatorum sanguine suo
delere chirographum mortis nostre
Ad hoc veniat et tamen ut tibi omnibus
det exemplum paciencie consignatur
corpus humilitatis nostre conforme
corpori glorie sue pater inquit si fieri
potest transeat calix iste a me Et ut
impleret quamuis non acciperet quod
petere videbatur Per singulos dies
benedicam te veruntamen non quod ego
volo ait sed quod tu vis pater Oculi
omnium in te sperant et tu das illis
escam in tempore optimo Aperis tu
manum tuam et reples omne
animal benedictione Et si non das
aliquid das tamen das in oportu
tate differs non aufferes et hoc
in oportunitate Iustus dominus in omnibus
vijs suis et qui cedit et quando
curat iustus est apud eum iniqui
tas non est Deinde omnes sancti in tri
bulationibus constituti dominus iusti
ciam eius laudauerunt et sic beneficia
permeruerunt Prius dixerunt Iustum
est quod facis Sic rogauit Da
niel Sic alij sancti Iusta sunt iu
dicia tua domine passi sumus
recte passi sumus Non dederunt
deo in iusticia non ei dederunt
iniquitatem et insipienciam lau
dauerunt primo flagellantem et sic
perceperunt cibantem Iustus dominus
in omnibus vijs suis Nemo
illum putet in iniustum quando
aliquid mali forte patitur
Sed ipsius iusticiam laudet et
graciam in iusticia accipiet Iustus
dominus in omnibus vijs suis et sanctus
in omnibus operibus suis Prope est
dominus omnibus inuocantibus eum

Et ubi est illud Et erit cum in
vocabunt me et non exaudiam
eos Ergo inde quid sequitur
Omnibus qui invocant eum in
veritate Verum multi eum in
vocant non in veritate aliud
ab illo querunt et ipsum non que
runt Quare amas deum quia
dedit michi sanitatem istud ma
nifestum est ipse dedit non enim
ab alio est ulla salus nisi ab ipso
Quia dedit michi inquit uxo
rem divitem qui nichil habebam
et obedientem michi Et hoc ipse de
dit verum dicas Dedit inquit fi
lios et multos et bonos dedit
familiam dedit omnia bona ideo
amas ideo nichil amplius
queris Esto esuriens adhuc
pulsans ad ianuam patrisfami
lias Sed adhuc quod det in mendici
tate es cum omnibus que accepisti
et vestis panno sed carne mor
talitatis adhuc portas stolam
illam glorie immortalitatis num
quid accepisti Et quasi iam sa
turatus non rogas Beati qui esu
riunt et siciunt iusticiam quoniam ipsi
saturabuntur Ergo si bonus
est deus qui ista tibi dedit
quanto beatior eris cum se ipsum
tibi dedit Desiderasti tanta
ab illo rogo te desidera et ipsum
Neque enim vere dulciora sunt
ista quam ille Aut comparacione aliqua
pre comparandi sunt illi Ergo qui
deum ipsum a quo accepit de quibus
gaudet preponit hiis omnibus rebus
quas accepit ipse invocat deum
in veritate Verum ut nonnullus
si talibus hominibus proponatur et
dicatur Quid si ista omnia de quibus

gaudes velit tibi auferre deus
iam non amabitur non erit qui
dicat Dominus dedit dominus abstulit
sicut domino placuit ita factum est
sit nomen domini benedictum Sed forte
quia abstulit quid dicet Deus
quid tibi feci Quare michi ab
stulisti et illis dedisti Iniquus
das et tuis tollis Accusas deum
quasi iniustum et te laudas
quasi iustum Converte accusa te
lauda illum Tunc eris rectus
cum in omnibus bonis que facit
deus tibi placet in omnibus ma
lis que pateris deus tibi non
displicet Hoc est invocare deum
in veritate Non sic invocat deum
exaudit eum ipse est ibi est non
dum dedit quia ibi est Et tamen
medicus si forte aliquid impo
nat vel oculo vel visceribus quod
urendo sanet si roget eger
ut tollatur illi medicus qui ex
pectat tempus non facit quod
rogat eger non tamen recedit et
ipse est et non facit et ideo magis
non facit quia ipse est Curando
enim imposuit quod imposuit et cu
rando non facit quod rogatur
non te exaudit ad voluntatem vo
luntate exaudiendo ad sanitatem
sanitate et hoc utique ad volun
tatem Verum utique sanus esse
vult etiam qui uri non vult ipse
est ergo dominus invocantibus eum
sed quibus omnibus Omnibus qui
invocant eum in veritate Tales
confirmat omnes decidentes qui
invocant eum in veritate Volun
tatem timencium se faciet et
si non facit ad horam faciet
tamen Certe si ideo times deum

ut tu facias ipsius voluntate
Ecce quodam modo ministrat ti
bi facit voluntate tuam Et
petes eorum exaudies et salvos
facies eos Vides ad hoc exau
dire medicum ut salvos fa
ciat Audi hoc Audi apostolum di
centem Spe salvi facti estis
Spes que videtur non est spes
Si autem quod non videmus speramus
per pacientiam expectamus salutem
secundum quam dedit petrus paratam
revelari in tempore novissimo //
Custodit dominus omnes diligentes
eum et omnes peccatores disperdet
Videtis quia est aput eum se
veritas aput quem tanta suavi
tas Salvos faciet omnes spe
rantes in se omnes fideles omnes
timentes se omnes invocantes
se in veritate Et omnes peccatores
disperdet Qui nos omnes peccatores
nisi perseverantes in peccatis dum
non se reprehendere audentes contra
deum continue disputantes
Bemam peccatorum desperantes et
per ipsam desperatione delicta cumu
lantes aut bemam sibi pro se
promittentes et per ipsam promissione
spe temeritatis et impietate non
recedentes Veniet tempus ut se
parentur isti omnes et fient due
ille partes Una ad dexteram et
altera ad sinistram Accipient in
sancti regnum eternum ibunt illi in ignem
eternum Et omnes peccatores disperdet
Cum hoc ita sit fiet et audimus
benedictionem dominum opera domini mira
bilia domini miras domini sanitate
dei providencia in omnibus operibus
eius confessione omnium operum eius
quid in laude eius concludat

attendite laudacionem domini loquetur
os meum et benedicat omnis ca
ro nomen sanctum eius in seculum et in
seculum seculi etc.

Delicie spiritus nostri divina sunt
cantica non et fletus sine
gaudio non est fideli homini
et peregrino in seculo nulla est iocundior
recordacio quam civitatis unde
peregrinatur Sed recordacio civitatis
in peregrinacione non est sine dolore
atque suspirio Spes tamen est reditus
nostri certa que etiam peregrinando tri
stes consolatur et exortatur Ra
piat cor nostrum verba dei et pos
sessor noster vendicet sibi pos
sessionem suam id est mentes nostras
ne avitant in aliud bonum suppli
cium totus hic sit et hic non sit
id est totus sit in verbo dei quod sonat
intra ut abeo exaltetur et non
sit intra Ideo enim deus nobiscum
ut nos cum illo Qui enim ut
nobiscum esset descendit ad
nos faciat ut cum illo possimus
ascendere ad se Initium ipse pe
regrinacionem nostram non fastidivit
qui nunquam est peregrinus qui
concludit omnia Ecce plangus
sonat cuiusdam vox est que per volun
tatem est exhortantis animam
Lauda anima mea dominum Ali 147
quando enim in tribulacionibus
atque in temptacionibus presentis vite
velis nolis conturbatur anima Cuius
perturbacionem in alio psalmo alloquitur
dicens Quare tristis es anima
et quare conturbas me Vt autem
auferat ei causam perturbacionem
suggerit gaudium non domum de

re sed de spe et ait illi probate et anxie a testi et meritum spa in deum quoniam adhuc confitebor illi. Spem qua se erexit in confessione constituit quasi diceret ei anima sua que illum tristitia conturbabat. Quid michi dicis spera in deum. Renotat me conscientia peccatorum. Ego novi que comisi. Et dicis spera in deum. Confessa vin est unde tu speras. Quia confitebor illi. Dicit odit deus peccata sua defendentem. Sed sublevat confitentem. Hac ergo spe accepta que spes non potest esse sine gaudio. Quamvis in rebus simus difficilibus sed ista inter et penis procellarum et tempestatum habet tamen spe erecta anima quid gaudeat in spe. Sicut dicit apostolus. Spe gaudentes in tribulatione patientes. Accipit quandam erectionem in deum ut laudet eum et dicit ei lauda anima mea dominum. Sed quis dicat et cui dicit. Quid dicimus fratres. Caro dicit lauda anima mea dominum. Et potest caro anime bonum consilium suggerere. Ut mitium sit et domita caro et ad iussum imperantis mentis mire famuli subiecta ut omnino ita famulatur nobis tamquam cottidianale mancipium. Sufficit ut non impediat. Deinde carissimi itaque consilia melioribus petuntur et bonum quidem est anima nostra. Sed et bonum est quidem caro nostra quia utrumque ille creavit qui fecit omnia bona valde. Quamvis ergo in quibusdam rebus utrumque si bonum. Tamen dicit apostolus. Corpus quidem mortuum est propter

peccatum. Est itaque et illud corpus quale nobis promittitur et nondum habemus manens redemptione spe gaudemus dicente apostolo. Immo ipsi in nobis ipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem que videtur non est spes. Quod autem videt quis quid sperat. Si autem quod non videmus speramus per patientiam expectamus. Quamvis bonum aliquid sit corpus nostrum tamen dum mortale propter peccatum quam dum indigens quam dum corruptibile quam dum ita mutabile ut ne puto quid temporis constat ipse procul dubio tale est ut oportet redemptionem corporis illius quod sit aliquando non tale. Et quale erit aliquid. Quale idem apostolus dicit alio loco. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. Sed etiam cum fuerit tale corpus nostrum. Corpus iam celeste et spirituale. Corpus angelicum in societate angelorum nec sic dabit consilium anime. Semper enim corpus quia corpus est inferior anima est. Et quamvis anima vilis excellentissimo corpore excellentior invenitur. Ut nobis hoc quasi mirabile videatur quia et vilis anima quelibet peccatrix melior est quolibet magno et prestantissimo corpore. Non est melior meritis sed natura. Est quidem anima peccatrix et quibusdam contemplare sordibus inquinata tamen melius est et sordidum aurum quam purgatissimum plumbum sta

currat animus ut perveniat circa tuam et videbitis quod dicimus non esse incredibile ut quamvis anima vituperabilis laudabilior sit tamen laudabili corpore. Duo quaedam sunt anima et corpus. Animam vitupero, corpus laudo. Animam vitupero quia iniqua est, corpus laudo quia sanum est. Tamen in suo genere animam culpo vel laudo, in suo genere corpus laudo vel culpo. Si autem interroges quid sit melius utrumque quod vitupero an quod laudo, mirabilem responsionem recepturus es. Ego certe illud vitupero et hoc laudo. Interrogatus tamen quid sit melius videor esse melius quod vitupero quam eo quod laudavi. Si miraris in hiis duobus, attende illa duo in promptu posita quae commemoravi, aurum et plumbum. Ecce vitupero aurum, non bonum aurum, sordidum, non ita fulget, non ita purgatum. Optimum hoc plumbum, nihil purgatius. Illud vitupero, hoc laudo, et posui ante te utrumque, vituperans unum et laudans aliud. Post hanc vituperationem laudationemque meam interroga me quod horum sit melius. Videbo aurum melius est etiam si est sordidum quam plumbum purgatum. Unde melius? Et quare vituperasti? Quare vitupero? Quia non dignum est aurum quod potest esse. Quid potest esse purgatum melius? Quia non dignum purgatum est vituperatum est plus quam laudatum est, quia iam ita purgatum est ut melius esse non possit. Iste dicas equum optimum et hominem

pessimum, tamen equo laudato propones hominem vituperatum. Si enim interrogetis ex hiis duobus quid sit melius, responsurus es homo, non in vultu sed natura. In naturalibus dicas optimum factorem ubi gratia. Et reprehendis aliquem imperitum quod litteras leges ignoret. Ecce iterum laudasti imperitum, vituperasti. Ex hiis tamen duobus quaere quid sit melius: vituperatior imperitus perito factori praeponitur. Intendat caritas vestra: ita multis rebus vituperatis aliis quam laudatis interrogati plerumque res vituperatas praeponimus rebus laudatis. Vestra anima praestantior est quam natura corporis. Excellit multum. Res spiritualis est, res incorporea est, vicina est substantiae dei. Invisibile quiddam est, regit corpus, movet membra, dirigit sensus, praeparat cogitationes, exerit actiones, capit rerum infinitarum ymagines. Et quis est tandem fratres mei qui sufficiat laudibus animae? Et si in animae laudibus deficiatur, quae laus est eius quae animam concludit? Et tamen tanta est eius gratia ut dicat homo iste: Lauda anima mea dominum. Quis potest laudare dominum? Si dicet: te ipsum lauda, fortasse deficies. Lauda inquit deum. Conare pietatis affectu, deficies in laudibus eius. Expedit tibi deficere laudando deum quam proficere laudando te. Cum enim laudas deum non explicas quod eius extenditur interiori cogitatio tua; ipsa extensio capaciorem te facit eius quem laudas. Unus est ergo ut dicere cepi

qui dicit lauda anima mea dominum. Caro non dicit sic licet corpus angelicum inferius est quam anima consilium superiori dare non potest. Infelix est illa ipsa anima si a corpore expectet consilium. Caro bene obediens famula est anime; illa regit hec regitur, illa imperat hec famulatur. Quis potest dare hec consilium anime? Unus est ergo ut dicere ceperam qui dicit lauda anima mea dominum. Nichil invenimus amplius in homine quam carnem et animam; totus homo hec spiritus et caro. Cum forte ipsa anima sibi dicit et sibi quodammodo imperat et se exhortatur atque excitat. Quibusdam enim perturbationibus ex quadam sui parte fluctuabat, ex quadam non sui parte qua notat mentem rationalem illam qua cogitat sapientiam inherens deo iam in illa considerat quasdam suas inferiores partes perturbari motibus secularibus et cupiditate quadam terrenorum desideriorum ire in exteriora relinquere interiora, revocat se ab exterioribus ad interiora, ab inferioribus ad superiora et dicit lauda anima mea dominum. Quid tibi placet in seculo? Quid est quod vis laudare? Quid est quod vis amare? Quecumque corporeis sensibus queris occurrit tibi celum, occurrit tibi terra, et quod amas in terra terrenum est, quidquid amas in celo corporeum est. Ubique amas et ubique laudas. Quanto est laudandus ille qui fecit ista que laudas? Iam ergo diu occupata in istis et desi-

deriorum varietate verberata portas plagas sauciata diversa per amores multos ubique inquieta nusquam secura. Collige te ad ipsum quidquid foris tibi placebat, quere que habebat auctorem. Nichil melius in terra ubi grana quod hec et illud aurum argentum aut alia arbores amenitates. Totam terram cogita, quid melius in celo sole luna syderibus. Totum celum cogita. Omnia ista simul bona valde quia fecit deus omnia bona valde. Undique pulchritudo operis que tibi commendat artificem. Mirare fabricam, ama fabricatorem. Noli occupari in eo quod factum est et recedas ab illo qui fecit. Hec enim quibus occuparis ille fecit quia sibi ipso te fecit. Si herebis superiori calcabis inferiora. Si autem recedas a superiore ista tibi in supplicium convertentur. Sic enim factum est fines mei accepit homo corpus tamquam in famulatum, deum autem dominum. Habet servum corpus, habet supra se conditorem, infra se quod ab illo conditum est. In medio loco quodam rationalis anima constituta legem accepit herere superiori, regere inferiorem. Regere non potest inferiorem nisi regatur a meliore. Trahitur ab inferiore, deserit ergo meliorem; non potest regere quod regebat quia regi noluit a quo regebatur. Modo ergo redeat, laudet. Consilium sibi ex luce dei dat ipsa anima personale mentem unde concepit consilium fixum in eternitate auctoris

sui legit ibi qdam tremendu
laudandum amandum desyde
randum et appetendum nodu
tenet nodum capit coruscatōe
quadam pstringit̄ nō est tā
valida ut maneat ibi Itaqz
collegit se ad sanitatē quadam
et dicit lauda aīa mea dnm
Et quid est fr̄es v̄one laudas
dnm v̄one cottidie ympnū ca
tamus v̄one cottidie pmodu
lo nr̄o sonat os nr̄m parturit
cor nr̄m laudes dei Et quid ē
qd laudamus Magnū est qd
laudamus Sed de quo laudas
adhuc infirmū ē Qū implet
laudator excellenciā laudati
Ecce homo stat cantat deo ali
qn̄to plurimus et sepe labia mo
nent̄ ad tantū cogitatōis a p
nestio que desidia nolat Sta
bat ergo mens ma quodam mō
ad laud' dei et aīa nostra
p dūsas cupiditates ul curas
negotioz hac atqz illac fluita
bat et quasi desup attendit
ipa mens ad fluitantē hac atqz
illac et ad eius inquietitudīne
quasi conuisa loquit̄ lauda
aīa mea dnm Quid est qd de
alijs rebus satagis Quid est
qd te occupat cura rez t̄renaz
atqz mortaliū Sta mecū lau
da dnm Et quasi ipa aīa pre
grauata et nō valens ita consi
stē ut dignū est Rñdet menti
laudabo dnm in vita mea Quid
est in vita mea Quia modo
in morte mea sum Ergo prius
exhortare te et dic lauda aīa
mea dnm Rñdebit tibi aīa
tua laudabo qn̄tum possum

teneut̄ exilit̄ infirmit̄ Nūc
quia quādiu sumus in corpoē
pegrinam a dnō Quare sic
laudas dnm nō pfc̄e nō sta
bilit̄ Interroga scripturā Quia
corpus qd corrupit̄ aggrauat
aīam et depmit trena inha
bitatio sensum multa cogitātē
Tolle michi corpus qd aggrauat
aīam et laudabo dnm Tolle
michi trenam habitatōnē depri
mentē sensum multa cogitātē
ut amultis in vnū colligam et
laudem dnm Quia diu ante
vivo ita sum nō possum pgra
nor Quid ergo silebis et nō lau
dabis pfc̄e dnm laudabo dnm
in vita mea Quid est in vita mea
Spes mea es tu hic Spes mea
es tu hic dicimus porcio autē
mea hic nō sed in tra viuencium
Nam ista tra morencium ē hac
transimus sed unde est quo qui
et malus homo pegrinat̄ hic
Nō cum bonus transit et malus
hic pmanet Aut malus transit
et bonus hic pmanet Ambo
transierunt sed nō ambo ad vnū
dnō erant paup vlcerosus ad
ianuam diuitis iacens et di
ues indutus purpura et bysso
in epulis cottidie splendidis
Ambo hic erant Ambo hic tra
sierunt sed nō ad vnum locum
diuisa loca susceperunt quia di
uisa uita pduxit Transijt paup
in sinum abrahe et transijt diues
ad tormenta inferiora vnicuiqz cor
pore incurri Ille in domo Ille
ante ianuā post mortē tamen
separati ut dicat abraham int̄
nos et uos magnum chaos

firmatum est. Ergo fratres quamdiu spes hic parturit, vita autem imperfecta non est, inter illa que promittuntur hic gemitus, hic temptaciones, hic angustie, hic merores, hic pericula, laudabit anima mea dominum. Deus noster laudandus est. Secundum quod dicit in alio psalmo: Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Tunc totum negocium nostrum ipsa laus erit. Sed quid hic? In vita mea. Modo enim quid possit tibi dicere mors mea? Unde mors tua prima peregrinacionis. Si enim herere illi vita est, recedere ab illo mors est. Sed quid te consolatur? Spes. Iam vivus in spe, de spe lauda, de spe canta. Unde mortua es non cantas, unde vivis tamen mortua es de merore huius seculi. Laudabo, inquit, dominum in vita mea. Et quo laudabis dominum tuum? Psallam deo meo quamdiu sum. Qualis illa laudacio: psallam deo meo quamdiu sum. Videte fratres quale erit illud esse ubi sempiterna laudacio erit, sempiternum esse erit. Ecce modo es, numquid psallis deo tuo quamdiu es? Ecce psallebas, avertisti te ad aliud negocium, iam non psallis et es. Ecce es et non psallis, fortassis eciam per cupiditatem inclinatus ad aliquid non solum non psallis sed offendis auditum eius, et es tamen. Tunc erit illa laudacio ubi quamdiu es laudas. Sed quid ait? Quamdiu sum. Aliquando forte non erit? Immo eternum erit ipsum diu. Et ideo vere diu erit. Nam quidquid fine hic

in tempore qualecumque longum sit diu non est. Psallam deo meo quamdiu sum. Iterum laudabis bene, deinde in vita tua psalles deo tuo quamdiu es. Verum quidquid hic presumendum est de illo, spe patris nos deficiat spes in ista peregrinacione et temptacione, iustis improbitatibus et insidiis inimici circumstrepentibus, undique tempestatibus seculi, undique in languoribus constitutos. Quid ergo faciemus? Audi quid sequitur: Nolite confidere in principibus. Fratres negocium magnum accepimus. Divina vox est, desuper nobis sonat. Modo enim nescio qua infirmitate anima humana quando fuerit tribulata hic desperat de deo et vult presumere de homine. Ut dicatur homini in afflictione aliqua constituto: Est quidam homo magnus per quem possis liberari, arridet, gaudet, erigitur. Dicatur illi: liberat te deus, quasi desperacione frigescit. Promittitur auxilium mortale et gaudes, promittitur immortale et frigescis. Ac si tibi promittitur qui liberat te tamquam liberandus, et tamquam aliquo magno auxilio exultas. Promittitur ille liberator qui liberatore non indiget, et quasi ad fabellam desperas. Ve talibus cogitacionibus, longe peregrinantur. Vere misera et magna mors in eis. Appropinqua, incipe desiderare, incipe querere et agnoscere. Cum agnoscis fortis es. Non eum deseret opus suum si ab opere suo non desciat. Convertere ergo te ad illum cui dicis: laudabo

dum in vita mea psallam deo
meo quamdiu sum. Monet enim
nos iam impletus tanto spiritu
et dicit quasi longe remotis
et longe repugnantibus et non
solum deum non volentibus
laudare sed non dum vel dedi-
gnantibus. Nolite confidere in
principibus in filiis hominum in quibus
non est salus. In uno filio hominis
salus sed in ipso non quia filius
hominis sed quia filius dei non
propter id quod suscepit ex te sed propter
id quod fecit in te. Ergo in nullo
homine salus quia et in illo non
salus quia deus qui est super
omnia benedictus in secula. De ipso
dicam scilicet. Ex quibus Christus secundum
carnem. Ex quibus ex quibus? Ex
patribus Christus secundum carnem.
Sed unquid hoc totum Christus quia
secundum carnem? Non utique enim sed
tamen est super omnia benedictus
in secula. Ideo in illo est salus quia
deus est salus. Dicit enim alius
psalmus. Domini est salus et super
populum tuum benedictio tua. Quale
causa sibi arrogat homines
quia dant salutem sibi dent.
Vide superbos homines. Clamas quia
dicis te dare michi salutem,
et da inde si habes. Cum considero
fragilitatem tuam et vide-
bis quia non dum habes. Ergo noli
monere ut expectem a te sed ex-
pecta mecum. Noli confidere
in principibus et in filiis hominum
in quibus non est salus. Ecce ne-
scio qui principes procedunt ne-
scio unde et dicunt. Ego baptiso
et ego quod dedero hoc est sanctum et
si ab alio accipis nichil acce-
pisti. Si a me accipis aliquid
accepisti. O homo comprehende inter
filios hominum vis esse inter principes
in quibus non est salus. Ideo ergo
habeo salutem quia tu michi das.
Tuum est enim quod das aut non est
tu das vel hoc dicendum quia tu
das dicit et si stulta quod ipsa
aqua dat dicit et canalis
quia ipsa manat. Dicit ergo petro
quia et ipse libat. Ego magis
attendo fontem in bove (?) pecoris
agnosco inditem. Non eris tu
plane auctor salutis mee.
Ille erit de quo securus sum
de te incertus sum. Si non sis ar-
rogans non ego solus de te
incertus sum sed et tu de te.
Ab illo ergo michi salus qui
est super omnia quia deus est
salus. Tu inter filios hominum tu
inter principes. Sed audio bo-
num psalmum Nolite confidere
in principibus in filiis hominum in
quibus non est salus. Sed dum
turbam hominum quid sunt ista
filii hominum. Quid sunt nisi scire (?)
Exit et spiritus eius et revertetur
in terram suam. Ecce totum quod loquitur
nesciens quamdiu loquitur mi-
natur nesciens quamdiu vivat.
Subito spiritus eius exiet et
revertetur in terram suam. Nunquid
quando vult exiet spiritus eius. Exiet
et quando non vult exiet et quo
nescit revertetur in terram suam. Ex-
eunte spiritu caro revertitur in terram.
Sed quia caro erat que sic
loquebatur de me presume et
ego tibi do, non hoc dicent isti
illi de quibus dicam scilicet quia
caro sunt exiet spiritus eius

et revertetur in terram suam in illa
die peribunt omnes cogitationes
eius Ubi est typhus ubi est su-
perbia ubi est iactantia Si for-
te ad locum bonum transierit ad
iustos Dic tu transierit ista qui
sic loquebatur nescio quo transie-
rit loquebatur cum superbia Et
nescio quo transeant tres ho-
mines u quia in spatio alterum
psalmum et ideo malum cor
esse cupitimus Vidi impium ele-
vari et exaltari sicut cedros
libani transivi et ecce non erat
quesivi eum et non est inventus
locus eius Iste pius qui transit
et non invenit impium illuc per-
venit ubi impius non est Ergo
fratres omnes audiamus In quolibet
tribulatione in quolibet desiderio
muneris divini non fidamus in
principibus neque in filiis hominum
in quibus non est salus Totum
hoc mortale et transitorium et cadu-
cum est Exiet spiritus eius et re-
vertetur in terram suam in illa die
peribunt omnes cogitationes eius
Quid ergo faciemus si in filiis
hominum si in principibus non est
sperandum quid faciemus Beatus
cuius deus iacob adiutor eius
quia et ipsi iacob sic fuit ad-
iutor ut de iacob faceret israel
magnum adiutorium israhel non
videns deum sed habens adiu-
torem deum iacob ex iacob eris israel
et eris videns deum et peri-
bunt labor omnis gemitus Tran-
sient cure mordaces succedunt
laudes fideles Beatus cuius deus
iacob adiutor eius Quare iste
beatus intuim inhiat intra adhuc

gemens Spes illius in domino
deo ipsius Ideo beatus quia spes
ipsius in dominum deum ipsius Quo
est spes ipsius Ipse erit res ipsius
fratres an forte erravi quia dixi-
mus futurum dominum Quid si dicerem
hereditatem meam futurum Spes
mea es tu portio mea in terra
viventium Tu eris portio mea
eris tu possessor et possidebis
possessio dei eris et possessio
tua erit deus Tu eris posses-
sio eius ut colaris a deo et ipse
erit possessio tua ut colas
eum Nam et tu colis deum
et coleris a deo Recte dicitur colo
deum quomodo autem color a deo In-
venimus apud apostolum dei agricul-
tura estis dei edificatio estis
Et dominus Ego sum inquit vitis
et vos estis sarmenta et pater
meus agricola Colit ergo te deus
ut sis fructuosus et colis deum
ut sis fructuosus Tibi bonum
est quod te colit deus tibi bonum
est et quod colis deum Cultor dei
si recedit ab homine desertus
fit homo Cultor homo si re-
cedat a deo desertus fit ipse
homo Nec crescit deus acce-
dente te nec decrescit te di-
scedente Ergo erit ipse posses-
sio nostra ut nos pascat et
erimus possessio illius ipsius ut nos
regat Spes illius in domino
deum ipsius Quid est iste deus
ipsius Attendite fratres multi
enim fratres habent multos deos
et dicit eos deos et deos
suos Sed dicit apostolus Et si
sunt qui dicantur dii sive in
celo sive in terra quemadmodum

sunt dii multi et domini multi nobis
tamen unus deus ex quo omnia
et unus dominus ihesus christus per quem
omnia Ergo ipse sit spes tua deus
deus tuus In illo sit spes tua
In domino deo ipsius est spes
etiam illius qui colit saturnum
In domino deo ipsius est est spes
eius qui colit martem qui co
lit neptunum qui colit mercurium
plus addo qui colit ventrem
de quibus dictum est Quorum deus
venter est Ergo ille illius deus
atque ille illius Quid hominis
beati Cuius spes ipsius in domino
deo ipsius Sed quis est iste
qui fecit celum et terram mare
et omnia que in eis sunt fratres
mei magnum deum hominis be
nedicamus nomen sanctum eius quia
dignatus est nos facere posses
sionem suam Non dum vides
deum non potes amare plene
quod non dum vides Sine videas
ipse fecit quantum mundum que
artificem mundi et exhorresce
cogitas universum terram et co
tremiscas maris magnitudine
quam cogitatione occupas Respi
ce innumerabilitatem stellarum respice
tanta quam semina tantas diver
sitates animalium quidquid na
tat in aquis repit in terra voli
tat in aere currit in celo Omnia
ista quam magna quam preclara
quam stupenda quam preclara
Ecce qui fecit hec omnia deus
tuus est Pone ibi spem tuam
ut sis beatus spes illius in domino
deum ipsius Tamen tamen fecit
celum et terram mare et omnia
que in eis sunt magnum deum

hominis Attendite fratres magnum
deum bonum facientem talia
Quid ergo sunt cogitavit deus
ut faceret Si tu dictum est de deo
Cogitavit celum terram mare
et omnia que in eis sunt forte
dicturus erat homo Ista video
quid omnia magna ista Celum
et terram mare fecit deus Num
me computat deus inter ea que
fecit et ubi ego pertineo ad cu
ram ipsius et modo deum me
cogitat deus aut scit an vi
vam Quid est hoc quod dicas non
subrepat tibi in cor mala co
gitatio de hiis esto de quibus
paulo ante loquebamur Lauda
bo dominum in vita mea psallam
deo meo quamdiu sum Sed
iste tales alloquitur nescio quos
tepidos quos exhortatur et qui
veretur ne desperent de se quia
vel non sunt in computo dei Multorum
enim tales sunt cogitationes
Sed ideo desperant deum et per
gunt per quelibet peccata quia non cre
dunt curare deum quid agant
Audi eloquia divina Noli de
te desperare Cum clamant facere te
non curat reficere te Nonne deus
tuus est qui fecit celum et terram
et mare Si ista sola diceret
forte invideres tu Deus qui
fecit celum et terram et mare
magnus deus Sed numquid co
gitat de me Ipse te fecit diceret
tibi Unus verum quid ego sum
celum aut ego sum terra Aut
ego sum mare Et quid es qui
infestam es quia nec celum sum
nec terra sum nec mare sum
Sed interea eius vel hec concedis

michi quia uitia eius Audi
quia non tantum celum et terram et
mare deus fecit Fecit enim ce
lum et terram et mare et omnia
que in eis sunt Ergo omnia
que in eis sunt et te passer di
co te passerem locustam et ver
miculum Nichil horum non ille
fecit et cura est illi de omnibus
non ad preceptum cura est Unum
preceptum soli homini dedit Et
enim psalmus homines et iumen
ta salvos facies domine secundum
multitudinem misericordie tue deus
multitudine inquit misericordie sed
hanc salvos facis homines et
iumenta Et apostolus numquid
de bobus cura est deo Et de
bobus cura non est deo hac ho
mines et iumenta salvos fa
cies domine Numquid contraria
sunt ista Quid ergo ait apostolus
numquid de bobus pertinet ad
deum Ubi preceptum dedit bovi
trituranti os non infrenabis ibi
de bobus non cogitavit deus
Itaque quosdam boves nolunt
regere Non enim hoc curat monere
deus quid agas cum bobus
hoc habet natura ipsa humana Sic factus
est homo ut noverit consulere
iumentis suis nec inde precep
ta a deo accepit Sed insinuatum
est illi naturaliter ut posset
et sine precepto facere Fecit illum
talem deus Sed quo regat
pecus regendus ab alio est ab
eo a quo regitur preceptum non ac
cepit Ad precepti ergo tenorem
non est de bobus cura deo Ad
providenciam vero universitatis qua cre
avit omnia et mundum regit

homines et iumenta salvos fa
cies domine Intendat caritas
vestra Hic forte aliquis michi
dicit de novo testamento est quod
de bobus non pertinet ad deum
homines et iumenta salvos fa
cies domine de veteri testamento
est Sunt qui calumpniantur et
dicunt nos debere separare ista duo
testamenta ne forte aliud di
cat in veteri aliud in novo et
flagitant de me suam de no
vis talem qualis est hic homines
et iumenta salvos facies domine
Quid facio Nichil tale in capite
novi testamenti quia etiam
In ewangelio invenimus quia
omnia ista pertinent ad deum
Nemo erit qui contradicat Nu
mquid enim apostolus ewangelio
contrarius erit Audiamus ipsum
dominum principem et magistrum
apostolorum Respicite inquit vola
tilia celi quia non seminant
neque metunt neque congregant
in horreum et pater vester ce
lestis pascit illa Ergo et preter
hominem animalia ista pertinent
ad curam dei ut non legem
accipiant Quod ergo ad datam
legem pertinet de bobus cura
deo non est Quod autem ad crea
nda pascenda gubernanda
et regenda omnia ad deum
pertinent Nonne duo asses vene
unt dicit dominus Christus et unus
ex eis non cadit in terram sine
voluntate patris vestri quanto ma
gis vos pluris estis illis Noli
ergo dicere non pertines ad
deum pertinet ad deum anima
tua pertinet ad deum corpus tuum

infirmitatem suam pullo corvi
invocanti deum contingit for-
te in ecclesia carere honore temporali
non invenit extra ecclesiam tabernaculum
in quo non bene sentiat deus Sed
quid dicit Elegi abici in domo
dei magis quam habitare in ta-
bernaculis peccatorum Nec in taber-
naculis viri bene sentiet Sed
quid adiungit Bene sentit dominus
super timentes eum et in hiis qui
sperant in misericordia eius Sed nunquid
sic timetur deus quomodo et latro
[illegible] et latro timetur et be-
stia timetur et homo iniustus et potens

multum timet. Unde sentit deus
in timentibus eum. Sed quo
timentibus. Et in hiis qui sperant
in misericordia eius. Ecce timuit eum
Iudas traditor Christi sed non spe-
ravit in misericordia ipsius. Postea peni-
tuit eum quod tradidit dominum et
dixit peccavi tradens sanguinem
iustum. Bene quidem timuisti.
Sed si sperares in misericordia eius quem
timuisti. Ille desperando abiit
et laqueo se suspendit. Ergo sic
time deum ut spes in misericordia eius.
Si times latronem ab illo speras
auxilium non ab eo quem times.
Si sic times potestatis auxilium
ab eo quem non times adversus
eum quem times. Si sic times
deum et ideo times deum quia
peccator es. Si quis accepturus
es auxilium adversus deum.
Quo iturus es. Quid facies nisi
ab illo fugere ad ipsum. Fuge vis
fugere ab irato fuge ad placatum.
Placabis eum si spes in misericordia
eius atque ita defecto peccare
caveas ut deprecatus deprecetur
ut tibi dimittantur a domino etc.

Meminit caritas vestra de
ypapanti que nos tanta
timuimus in hodiernum diem
nos distulisse sermonem. Ipse enim
erat et die dominico lectus et
tractandus ipse susceptus. Ex
evangelica lectione tunc per-
moti pro magnitudine timoris
nostri et nostre utilitatis immorati
sumus in eo quod nobis dominus dic-
 novissimum concedamus cautos
nos et vigilantes expectare

voluit adventum suum terrens
etiam exemplo ne dampnet
iudicio. Sicut futurum dicens adven-
tum filii hominis sicut in diebus
Noe manducabant bibebant
et emebant vendebant nube-
bant uxores ducebant donec
intravit Noe in archam et venit
diluvium et perdidit omnes. Solli-
citi ergo et magno timore contri-
ti quibus enim se credens non timeat
in eo sumus quantum potuimus im-
morati ut de viribus moribus vi-
taque nostra et omni nostro sermo pro-
ducitur quo possimus illum diem
non solum securi expectare sed etiam
desiderare. Si enim amamus Christum
utique adventum eius desiderare
debemus. Perversum enim est et ne-
scio utrum verum quem diligis timere
ne veniat orare adveniat
regnum tuum et timere ne exau-
diaris. Unde autem timor? Quia iu-
dex venturus est. Nunquid et
iniustus? Nunquid malivolus?
Nunquid invidus? Nunquid po-
stremo ab alto expectat cognos-
cere causam tuam ne forte ille quem
instruxisti vel prevaricatione
te decipiat vel minore facultate
deficiens in notitiae cuiusvis boni
verum demonstrare non possit.
Nichil eorum timeas. Ergo venturus
est iudicare te nisi qui venit
iudicare propter te. Vide timeas
accusatorem de quo ipse dixit
Princeps huius mundi missus est
foras. Non timeas malum advoca-
tum. Ille enim tibi meus advocatus
est qui tunc iudex futurus est.
Ille erit et tu et causa tua. Quando
cause tue testimonium conscientie tue

Cuiusquis g° fitiy indice times
putem ostiam tua ns corrige
Par ne tibi est q ptita ns
reqret Ome reliqus spacio
tempis tuic indicabit Oz cu
quto spacio tempis ns ptei
pit tunc iam corrigi ns licz
modo quis phibet hc cuiy
vehement comedaremus do
mi eo die qua rena ppe h
solu ddiy z ns par tempis
effluxit et coacti simus hic
psalmu susceptu adtitandu
inhuit diem differe modo ipse
psto z intendamus in cu ymo
indeim qui hos smones per
mam suam in spu suo disspe
sare dignatus z ita ut ipse
nouit expedire infirmitatibus
nris Tamus em eger consiliu
medico dare audet Cum le
geretur credo aut omes a' mul
tos mrm amantisse q habeat
aliquos uisus adquos apien
dos pulsandum est maxime
q ubi ait qui dat niue veld
lana nebula velut cinez spgit
qui mittit cristallu suu sicut
frusta panis ante faciem
frigoris eius quis sustinebit
Emittet vbum suu et liqfaciet
ea / flabit spus eius et fluat
aque Hys em auditis quis se
ea accepit ad litam opa quid
/ dina cogitauit Quis em dat
niuem nisi deus Quis neblaz
spgit nisi deus Cristallu quis
durat nisi ipse et hnt h cara
similitudines congruas oppo
sitas rerz em dissimilis lana
niui aut cinis neble a' frust
panis candidi nitore et cau =

dori cristalli Et em cristallu
spes quedam z in modu vitri
sed candidu est hc aut
traditur ab eis qui nouerut
Unde dubitare ns debemus
qm fidelissima scriptura testi
moniu dicit / traditur g° cri
stallu duratu p multos annos
et ns resolutu niue ita con
gelaste / ut resolucio facilis
ns sit Nives em p'te yemis
facile dissolunt estas adveni
ens Nos em eis ad osfirmand
duriciem accessit annositas.
ubi aut nives multe p anos
multos sibi in vice supinisse
fuit et copia sua violetia
estatis euicerint ns estatis
vnius sed multaz psertim i hys
terre ptibus / id e in aqlonia
plaga ubi ns estate sol fne
tissimus inbenitur ipa diuturia
et annosa durcia reddit /
hanc spem que cristallu dia
Intendat g° caritas vra Dd
est g° cristallu Nix e glacie
durata p multos annos ita ut
sole vl igne aut facile dis
solui possit Hc ppter aliqu
diucius exposuimus q multi
ignorant nec illi qui hc forte
nouit / onerosum debent hre
smone Adhibituri ns ppt se
sed ppter eos qui ns nouit
illud h g° cum audistis p p'onam
te lectore / ns dubito nos dusse
cogitasse dixisse aliquos et
inim dixisse magna opa dni
Unde particula queda qmemo
rata est et ipa breua et ppe
omibus omis nota quo inngat
deus quo nebulam spergat

Quod etiam cristallum solidum aquis
dixisse sibi putatis ne sine causa
ista in scripturis posita sint aut
vel hoc totum sit quod sonat Non
nobis aliquid innuit in ista
et lana et nebula et cinis et
cristallum et panis Sed quare
se scriptura loqui voluit per quasdam
quasi caligines similitudinum
Quanto melius apertius loqueretur
Et vel quero vel hesito quid
sibi verba illa coniugant Quare
in audiendo vel laboro Quare
plerumque audito psalmo indoctus
abscedo Hoc est quod paulo ante
dixi patere te curari Ita sanandus
es Multum superbus et preceps
est eger qui et medicum monere
audet etiam hominem Consilium
non audebit dare eger medico
ubi homo egrotavit et deus
curat Magnum pietatis et sa-
nitatis indicium est numquam scias
quid deus sit crede ita dici
debuisse ut dictum est Hoc enim pie-
tas facit te capacem ut queras
quod deum est ut cum quesieris
invenias et cum inveneris gau-
deas Assit ergo nobis dominus immo
iste affatus presentium vestrorum et si non
propter nos certe propter vos donare
dignetur quod hic absconditum latet
Modo ergo putate nos quasi cuiusdam
spectaculi et editionis dominice die
promisimus preparatam istis versibus
et nodum compositis involutas
quasdam editorum vestri saginas
protulisse utique ad hoc involute
proferuntur ut evolute spectentur
nos autem non has tamen in breui Sed
et vestiri pannis Diximus autem
die dominico si meminit caritas vestra

qui affuistis ipsam evangelicam
lectionem qui nos diximus tenuit
ut psalmi compositio differretur
congruam lectam fuisse eidem
psalmo hoc tunc diximus sed unde
non valuimus quia psalmum distu-
limus Hodie itaque demonstranda
est ipsa congruentia In evangelica
illa lectione territi sumus de die no-
vissimo Terror ille securitatem
parturit Territi enim precavemus
securi erimus Quando enim perversa
securitas in errores impellit ita
ordinata sollicitudo securitatem
parit Territi enim sumus ne pu-
tem vitam deficientem volaticam
transitoriam sic amemus quasi
alia nulla sit Si enim alia nulla
est amemus hanc Si alia vita
nulla est feliciores nobis quidam
sunt qui ad amphiteatrum ho-
die vigilaverunt Quod enim ait
apostolus Si in hac vita tantum speran-
tes in christo sumus miserabiliores
sumus omnibus hominibus Est ergo
alia vita Interroget quisque vitam
in fide sua Sed dormit fides
Merito fluctuas quia christus
dormit Mirum Jhesus enim dor-
miebat in navi et navis fluc-
tuabat in aquis et tempestatibus
multis Fluctuat ergo cor quando
christus dormit Christus semper
vigilat Quid ergo est christus
dormit Fides tua dormit
Quid adhuc dubitationis tem-
pestate iactaris Excita christum
Excita fidem tuam conspice oculis
fidei vitam futuram propter quam
credidisti propter quam signo
eius signatus qui propterea duxit
hanc vitam ut tibi ostenderet

qua sit contempnenda quam
diligebas et qua sit speranda
qua non credebas. Si ergo fidem
conservavimus et oculos in novissima
miseris futurum est ut solum magis gau
debimus post alterum domini adven
tum post iudicium peractum post
traditum fratribus regnum celorum.
Si illa vitam cogitamus et illic
inter negocium ociosum de quo
sepe locuti sumus carissimi non
fluctuabit. Negocium nostrum ocio
sum negocium plenum solius dul
cedinis nulla interpellatio mo
lestia nulla fatigatione consumatur
nulla nube perturbatio. Quod erit
laudare deum et amare et
laudare in amore amare in
laudibus. Beati qui habitant
in domo tua in secula seculorum
laudabunt te. Hic ergo fratres mei
quale spectaculum erit visio
nis dei. Vident homines vena
torem et delectantur. Ve miseris
si non se correxerint. Qui enim
vident venatorem et delectantur
videbunt salvatorem et contri
stabuntur. Quid illis miserius
quibus salvator salus non
erit. Nos ergo mirum quia illis
quibus voluptati est homo
pugnans non erit salus deus
liberans. Nos autem fratres si nos
in eius membris inveniamus. Si
concupiscimus si prehendamus
videbimus et gaudebimus.
Erit illa civitas purgatis ci
vibus sine ullo admixto se
dicioso aut turbulento. Inimi
cus ille qui modo invidet ne
ad illam patriam veniamus illic
nobis insidiari non potest quia

nec esse ibi permittetur. Si enim
modo excluditur de corde christiani
quanto magis excluditur de civitate
viventium. Quid erit fratres? Quid
erit rogo nos esse in illa civitate
de qua loqui tantum gaudium est.
Habent future vite corda sperare de
bemus. Quisquis ei cor preparavit
totum istum contempnit. Contemp
ta ista securus facit expectare
diem de quo expectando deus
terruit. Cum ergo psalmus iste di
cat nobis et cantet de illa vita
futura, ewangelium autem terruerit
de presenti, psalmus facit amorem
future, ewangelium facit timo
rem presentis. Nec de futura delecta
tione tacetur in libris novi testa
menti et multo magis in eis ubi
non tanquam enim involucris qui
busdam proferuntur illa que
intelligenda sunt. Sed ubi vi
dentur aperta ut hic intelligantur
obscura. Cum ergo dicet nobis
ewangelium observate novissimum
diem venturum diem adventus
filii hominis qui illos male in
venturus est qui modo securi sunt
ideo quia perverse securi sunt. Se
curi sunt enim in voluptatibus
seculi cum debent esse domitis
concupiscenciis seculi iam utique
ille inter preparavit apostolus in verbis
que tunc etiam commemoravi.
Decetero fratres tempus breve est
reliquum est et qui habent uxo
res tanquam non habentes sint et
qui emunt tanquam non ementes
et qui gaudent tanquam non
gaudentes et qui flent tanquam
non flentes qui utuntur hoc
mundo tanquam non utentes

sint preterit enim figura huius
mundi volo vos sine sollicitudine
esse Cum gaudium totum sim
totum quod felicitatem suam con
stituit in manducando et bi
bendo vxorem ducendo eme
do vendendo vtendo mundo isto
sine sollicitudine est et talis
sed propter archam ve illi Adi
uino Quisquis aut sine ma
ducat sive bibit sive aliquid
agit omnia in gloria dei facit Et
si aliqua tristicia est de rebus
secularibus Dic flet ut intus
in spe gaudeat Et si aliqua
leticia est in rebus secularibus
Dic gaudet ut intus spiritualiter
timeat nec domum se corrupcioni
felicitati nec cedat ad iniquitati
frangendum hic est enim flens
tamquam non flentem et gaudentem
tamquam non gaudentem Quisquis
et si habet vxorem eiusque infir
mitati compaciens reddit non exi
git debitum aut sibi propter propria
infirmitatem duxit vxorem
plangit pocius quia sine vxo
re non potuit esse quam gau
det quia duxit quisquis cog
novit quia et si manet benignum
non faciet quisquis quod emit non
mit quia turpe est Et de hiis omnibus
et si habundantibus et si effluen
tibus non presumit facit quod ex
eo quod habet nichil tamen eo qui non
habet ut ipse accipiat ab illo qui
omnia habet Quisquis talis est
securus expectat diem iudicii
novissimum quia non est propter
archam Jam inter ligna im
putribilia computatur ex quibus
archa fabricatur Rorum ergo timeat
venturum diem sed spectet et desideret
Non enim veniet ille ad inferendas
penas Sed ad finiendas mo
lestias hec aut sit desiderio civi
tatis illius quod ergo monuit
ewangelium impleatur eius civi
tatis desiderium quam psalmus
cantat Ita congruit ewangelium
huic cantico Et quia civitatem
psalmus iste cantat audiamus
Audiamus et cantemus gau
dium nostrum cum hec audimus Can
ticum dei est Non enim tunc cantare
quam note et laudis sonamus
canticum est et canticum intus
quia sunt aures eiusdem intus
Voce cantamus ut nos excitemus
Corde cantamus ut illi placeamus
Aggeus et zacharias prophete
fuerunt Erant aut isti iam in
captivitate iherusalem illius que
interra portavit umbram quandam
celestis Jnillius ergo civitatis
captivitate cum essent in babi
lonia prophetavit prophete isti repa
racionem iherusalem prophetavit civitate
novam et reparacionem veteris populo
liberato a captivitate Agnoscamus
et istam captivitatem si nec ag
noscimus nostram peregrinacionem
In hoc enim mundo in hiis tribula
cionibus seculi inhiat turba mul
tiplicatis scandalorum quodammodo
in captivitate gemimus sed eri
gimur exspectat civitas nostra no
va futura Et qualis Jra et
post istorum prophetiam et visibiliter
contingit ut totum compleatur
quod ad presenciendam ymaginem
pertinebat Reparata est iherusalem
post septuaginta annos cap
tivitatis Dic Jeremias propheta

septuaginta annis septenario
illo mundo omnem volubilitatem
huius temporis peragit. Septenario
enim mundo voluitur dies hii pariter
nostris idem abeunt idem rede-
unt. post septuaginta ergo an-
nos prophetauit Ieremias reparari Ie-
rusalem ciuitatem suam est ut
et ibi figuretur in hoc mundo
magis futurorum. Signatum est nobis
post omnem istam volubilitatem
temporis que septenario mundo
voluitur futuram illam ciuitatem
nostram iam incolumitate in uno
die. In illa quippe habitatione
tempus non voluitur qui habitat
ibi non labitur. hanc cum vide-
rent in spiritu prophetie videbant
illam dicebant de ista quod
in illa dicerent et illa omnia
que fiebant secundum tempus
secundum corporales motores secundum
actus hominum signa erant et
prenunciationes futurorum. Audiamus
iam cantantem ciuitatem illam
et erigamus nos ad illam. Vel
tum cum nobis eam commendat
spiritus dei infundens nobis
amorem illius ut suspiremus
ei et in peregrinatione ingemi-
scamus et ad illam venire de-
sideremus. Amemus illam et
ipsam amare ambulare est
Ecce amemus illam ex ore
sancto et ex ore prophetico et de spiritu
dicentis. Collauda Ierusalem dominum
In captiuitate adhuc constituti
vident illos congregatos primo bene
congregem omnium ciuium undique col-
lectorum ad illam ciuitatem. Videt
gaudium masse post trituras
post ventilationes iam misse

in horreum nichil timoris
nichil laboris et molestie pa-
tientis. Ecce ad hunc hic positi
et in ipsa contemplatione consistentes
perimitur gaudium spei et
hanelant in illa quasi contingen-
tes corda sua angelis delectan-
tes illi ipsos secum in gaudio
permansuro. Collauda Ierusalem
dominum. Quid enim facta es
o Ierusalem tecum sit certe et labor
et gemitus. Quid facta es
Aratoria seminatoria nouel-
latoria nauigatiua es ne-
gociatiua. Quid facta es
Tu in illis operibus quamuis
bonis et de misera benevolentibus
conueni te ad hunc oportet. Con-
sidera inimicum tuum. Considera
undique conciuitatem tuam. Vide
utrum aliquis esuriat cui por-
rigas panem. Vide si aliquis
sitiat cui des calicem aque
frigide. Vide utrum aliquis
apud te modo peregrinus quem
hospicio recipias. Vide utrum
aliquis litiget quem concordes.
Vide utrum aliquis moriatur
quem sepelias. Quid facta es
Collauda Ierusalem dominum. Ecce
hoc negotium tuum sicut solet
in titulis scribi vive felix. Col-
lauda Ierusalem dominum. Estote Ierusalem
memento de quibus dictum
est. Domine in ciuitate tua
imagines eorum ad nichilum
rediges. Hii sunt qui modo
gaudent talibus pompis
inter illos sunt qui propterea
hodie non venerunt quia munus
est. Cum munus cum dampnum
sunt unde munus cum dampnum

Nec enim illi tantum qui talia edunt
dampno feriuntur. Sed maiori
dampno percuciuntur qui talia li-
benter intuentur. Illorum archa
aruo consumitur, istorum pectus
iusticie diviciis spoliatur.
Plangunt plerique editores
vendentes villas suas; quanto
debent plangere spectatores
perdentes animas suas. Ita ne
adhuc clamamus dicens dominus dicto dic
vigilate ut hodie Ecce vigi-
laret. Obsecro vos o cives
nostrum adimus nos per patrem
nostrum per redemptorem nostrum
per structorem per rectorem per pacem
nostrum ut commutatis cum illis par-
tes addamus ut videant et sen-
tiant quia urgeantur et multum
intenti in illa spectacula que
illis placent aliquando et se con-
pescent. Deus quod displiceat. In mul-
tis enim iam sanctam gaudemus
et alii nos quoque ibi sedimus
et insanivimus et quam multos
putamus ibi nunc sedere futuros
non solum paganos sed et episcopos
hospitibus futuram communionem con-
versis que iam facta sunt que de-
factus est pronunciamus. Vigi-
lent patres nostre non gratis ge-
mitus fratres prorsus illi qui ena-
verunt deprecantes pro hiis qui pre-
cliantur quia et ipsi fuerunt
in suo preliantium conaudi-
untur. Et abstrahet dominus a cap-
tivitate babilonie plebem suam.
Redimet omnis et eruet per fac-
imus statorum gestantium ymaginem
dei. Vos ibi erunt quorum yma-
ginem deus in civitate sua
spernet et ad nichilum rediget

quia et ipsi in civitate sua hoc
est babilonia ymaginem suam
ad nichilum redigerunt. Erit ille
plus laudans deum quem pre-
videt homo in spiritu prophetie et
dicit ut consultemus in spe et
despiciemus ipsam rem. Collau-
da iherusalem dominum lauda deum
tuum syon. Collauda quia consolabis
consortes lauda quia unum sunt
es. Multi inquit apostolus unum
sumus in christo ihesu. Ergo multi
collaudamus quoniam unum laudamus.
Vide multa qui unum quia ille
inquis bonum semper bonus. Cnac
inquit hec nostrum collaudo dominum
et laudo deum meum syon. Re-
syon ipsa nostrum duo nomina distin-
cta sunt. Iherusalem dicta est visio pacis,
syon dicta est speculacio. Vi-
dete si aliud sonat ista nomina
nisi spectacula. Ne putant gen-
tes se habere spectacula et nos
non habere. Aliquando dimisso theatro
et amphitheatro cum ceperit
illa caverna errorum turba per-
ditorum alii tenentes in animo
fantasiam vanitatis sue et me-
moriam suam pascentes re-
bus non solum inutilibus sed
et perniciosis gaudentes rebus
tamquam inutilibus sed pestiferis.
Videntur plerumque ut sit tinsure
suos dei cognoscunt ipso habitu
vel vestis vel capitis vel forte
notos habent et dicunt aput
semetipsos et secum omnes
istos quid perdunt fratres roga-
deum per benivolenciam ipsorum
quia bonum est illud putant
illud nobis nolunt. Sed qui di-
ligit iniquitatem odit animam

suam Si odit animam suam quo
amabit animam meam Ipsa tamen
peruersa et inanis et vana beni
uolencia si dicenda beniuolencia
est Dolent nos perdere quod amant
Oremus ne perdant quod amamus
Videte itaque fratres quale exhortetur
ad laudem uel pocius prenuncia
etiam laudatiua vero enim illius
ciuitatis laudes tunc cum vide
bimus et amabimus et lauda
bimus hoc prophetica exhortacione
et excitacione fiunt Sed prophetica
modo dicuntur hec prophete ut quantum
possunt in hac carne constitu
ti futura gaudia beatorum ciuita
tis in aures nostras Excitent
amorem illius ciuitatis ferue
amus desiderio non simus spiritu
pigro Sed videte quale itaque
dicat laudatiua perfectione qua
dam beatitudinis Collauda in
quit iherusalem dominum lauda deum
tuum syon Et quasi diceret vnde
tur laudabo Quoniam confirmauit
inquit vectes portarum tuarum
Attendite fratres mei Confirmat
inquit vectes portarum tuarum
Vectium confirmacio non est por
tarum apertarum sed clausarum Vnde
plerique codices habent confirmauit
seras portarum tuarum Attendat
caritas vestra conclusam iherusalem
dicit laudare dominum lauda
deum tuum syon Collaudemus
modo laudemus modo Sed inter
scandala multi quos nolumus
intrant multi et si nolimus
exeunt ideo crebrescunt scan
dala Quoniam habundabit ini
quitas aut Veritas refrige
scit caritas multorum postquam intra-

tes quos diiudicare non pos
simus et exeuntes quos tenere
non possimus Quod ut hec quia non
dum perfecto non dum illa beatitudo
Vnde hec Quia adhuc area non
dum horreum Tunc ergo quid
Quid nisi ut non timeas tale
aliquid futurum Collauda iherusalem
dominum lauda deum tuum syon
Quoniam confirmauit vectes por
tarum tuarum Nemo exeat nemo
intret Nemo exeat gaudeamus
nemo intret amemus ut hec
timeas cum intraueris dicetur
tibi o esto in numero virginum que
portauerunt oleum secum virgines
Ille enim animas significat non enim
non quinque erunt sed in quinque illis
milia sunt In numero illo quinario
milia intelliguntur non feminarum
tantum sed et virorum quia vterque
sexus dicitur femina quia ecclesia
et vterque sexus hic est tamen dicit
virgo Desponsaui vos vni viro
virginem castam exhibere christo
paucorum est virginitas in carne
omnium esse debet in corde Vir
ginitas carnis corpus intactum
Virginitas cordis fides incor
rupta Ergo dicitur virgo tota
ecclesia et masculinus generis appellatur
vterque sexus populus dei Et dicitur
populus et vna ecclesia et vna
columba atque in hac virginitate
milia sanctorum Ergo quinque virgines
omnes animas intraturas in regnum
dei significant Non sine causa
quinario numero quia quinque sunt
corporis sensus notissimi omnibus
per quinque enim ianuas intrat
aliquid per corpus Ad animam
aut per oculos intrat quod comen-

pictas male aut pauces aut
olfactum aut per gustum aut con
tactum per has quoque ianuas
quisquis non admisit corrup
torem inter quoque virgines com
putetur admittunt autem cor
ruptores pelliciata desideria
Quid autem liceat plenius libri
scripturarum declarant Ergo spiritus est
ut si es in illis quoque virginibus
non timebis quod dicitur nemo
intret Dicitur enim hic et fiet hoc
Sed cum intraveris nemo conti
te claudet Sed te ingresso clau
dentur porte urbis et firmabuntur
vectes portarum eius Vide si tu
esse nolueris aut non virgo corde
aut si virgo inter fatuas virgines
foris remanebis et frustra
pulsabis Nunc sunt fatue vir
gines et ipse quoque sunt que
nisi anime que servant istam continen
tiam carnis ut vitent corrup
telas Ab omnibus sensibus veni
entes quos sensus iam enumeravi
vitant veluti corruptiones ve
nientes undique et non in conscientia
gerunt bonum suum coram oculis
dei sed placere nolunt inde ho
minibus et iudicium sequuntur alie
num favores vulgi aucupantur
nec eis sunt cum speculatoribus
esse care nolunt non eis sufficit
conscientia Merito ergo non portant
oleum secum oleum autem est ipsa
gloria propter nitorem et splendorem
Sed quid dicit apostolus Vide
virgines et sapientes portan
tes oleum secum Opus autem
suum probet unusquisque et tunc
in semetipso tantum habebit gloriam
et non in altero Hee sunt ergo virgines

sapientes Stulte autem atten
dunt quod lampades videntur
quod lucent opera eorum sed deficiunt
et extinguuntur quia non de oleo
interiore pascuntur et dormiunt
omnes tardante sponso quia ex
utroque genere hominum obdormiscunt
in morte Et de illis fatuis et
de hiis sapientibus tardante
adventu domini itur ad mortem
istam corporalem et visibilem
quam somnum loco scripturas po
nere notum est omnibus cum dicit
de egrotantibus apostolus propterea
in nobis inquit multi infirmi
et egri et dormiunt sufficienter
dormiunt inquit .i. moriuntur Sed
ecce venturus est sponsus et
omnes surgent sed non omnes
intrabunt deficient opera stul
tarum virginum non habentium oleum
conscientie secum non inveniunt a quibus
emant quod illis solebant vendere
adulatores Ab irridentibus
enim dicitur non invidentibus
ite emite vobis petierunt
enim stulte a sapientibus et di
xerunt eis date nobis de oleo
vestro quia faces nostre extinguuntur
Timendo ille sapientes ne forte
non sufficiat nobis et vobis
ite potius ad vendentes et
emite vobis hoc admonere erat
Timendo nobis presunt modo a quibus
emere solebatis adulationem
Et cum emunt inquit intravit
ille et clausum est hostium
Cum emunt corde cum talia cogi
tant cum se ab illa intentione
alienant et retro preterita sua re
cordantur cum quasi ad vende
tes et non inveniunt Tunc fauctes

fatue virgines

nō inveniūt tunc laudantes
a quibus solebant laudari et
quasi excitari ad bona opera
nō robore bone consciencie sed inci
tamento lingue aliene Et illud
q̄ dicitur est ne forte nō sufficiat
nobis magna consideracione simili
tatis dictum est Oleum cum quod
gestamus in consciencia iudicium est
inimicum de nobis ipsis quales sumus
et difficile est de se quisque p
se iudicet Fratres mei quantumlibet
homo proficiat quantumlibet se ad
anteriora extendat preterita obliui
scatur Iam dixi si hic est procedit
regula de thezauris dei exaiat
illum Et quis gloriabitur castum
se habere cor Et quis gloriabitur
mundum se esse a peccatis Sed quid
dicit scriptura Iudicium sine mia
illi qui nō fecit miam quantumque
proficias spera miam Veram si iu
sticia sine mia prolata fuit in
quolibet et q̄ dampnat in venat
qui nos consolatur scriptura que
hortatur Adminam faciendam
ut omnes crebrescamus Multa
autem superflua habemus si non nisi
necessaria teneamus Veram si inania
queramus nichil sufficiat Fratres
querite q̄ sufficiat operi dei non
q̄ sufficiat cupiditati vestre Cupi
ditas vestra nō est opus dei For
ma corpus vestrum aia vestra hoc
totum opus dei Querite que
sufficiant et videbis quam pau
ca sunt Vidue suffecerunt duo
minuta ad faciendum miam Suffe
cerunt duo minuta ad emendum
regnum dei ad vestiendos totiens
venatores Quid sufficiat editori
videte quia nō solum pauca

sunt que nobis sufficiant Sed
nec ipse deus multa a nobis querit
Querere quantum tibi dedit et ex
eo tolle q̄ sufficit Cetera que
superflua iacent aliorum sunt necessaria
Superflua divitum necessaria sunt pau
perum Res aliene possidentur
cum superflua possidentur Facies
ergo hic minas et illa proprie que
gratis constat dimitte sicut
dimittimus quos nisi caritate
erogas que crescit cum erogas
facies ergo et feruens in ipsis
bonis operibus nunc que bona
opera ut iam diximus tunc nō
erunt necessaria quia illius erit
miser in quo facienda sit mia
Expectabis securus iudicium
nō tamen securus de iusticia tua q̄
securus de mia dei quia et tu
miam prorogasti Iudicium enim si
mia illi qui nō fecit miam Super
exaltat inquit mia iudicium Ne
putas fratres quia tunc nō est iustus
quando tu nō iusticiam aut cum damp
nat recedat a regula iusticie sue
Et cum dampnat iustus est
Quid enim tam iustum quam
reddere miam proroganti Quid
tam iustum quam ut in qua
mensura mensi fueritis in ea reme
tiatur vobis Egenti fratri da Cui
fratri xpo Ei ergo quia fratri
xpo et quia xpo deo qui est
super omnia deus benedictus in secula
Deus a te egere voluit et tu ma
num detrahis Certe tu porrigis
manum et petis a deo Audi scrip
turam Non sit manus tua por
recta ad accipiendum et ad dandum
collecta Erogari sibi vult deus
ex illo q̄ dedit Quid enim das

q̄ ille nō dedit Quid enim habes
q̄ nō accepisti dicit ille nō di
co deo Deo cuilibet de tuo
das aliquid De illius da qui
iubet ut des Erogator esto
nō inuasor Hec ergo faciens
et si bona humilitate dicis de
illo oleo ne forte nō sufficiat
nobis intras et clauditur Au
di hec apostolum dicentem Michi mi
nimum est ut a vobis iudicer Nō
enim potestis diiudicare conscienciam
meam qui examinare quo animo
facio quidquid facio Multum
sunt homines de aliis diiudicantes
plus homo utique ipse de se quam
deus plus de homine quam ho
de se Ergo tales si fueris intus
tū cum quinque illis virginibus eris de
te foris excludentur Vera hec
hec inciuimus Clauditur hostium
et stabunt et clamabunt aperi
nobis et nō aperietur Qui confir
mauit vectes portarum tuarum
Decanta ista secura lauda sine
fine lauda Fortiter clause
sunt porte tue Nō exit
amicus nō intrat inimicus
Confirmauit vectes portarum
tuarum Benedixit filiis tuis in te
Nō vagantur foris nō pereg
rinantur intus gaudent intus
laudant intus benedicunt
intus nō parturiunt quia iam
neminem pariunt filii sunt
sed sunt isti filii sed iam lau
dantes et gaudentes par
turiti et parti sunt mater cari
tate inclusi sunt colligente
caritate Audi caritatem par
turientem illos Certe predictus
paulus apostolus non solum

parturit sed et maturit tamquam ge
rens in filios Filii mei inquit
quos iterum parturio Cum paulus
eos parturiebat Caritas enim
dei diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est nobis
Ergo colligebat quos partu
riuit et peperit Modo iam intus
filii sunt securi sunt volauit
deinde timor volauit ince
lestia volauit interna iam nichil
metuunt temporale Benedixit
filiis tuis in te Quis Qui po
suit fines tuos pacem Quis pax
consultastis omnes hanc amate
fratres mei Multum delectatum
qui clamat de cordibus vestris
pacis dilecto Quando nos delectat
nichil diximus nichil propo sue
ram versum pronunciaui con
clamastis Quis de nobis cla
mauit dilecto pacis Quis audit
oculis vestris vnde clamatis si
nō amatis Cum amatis si nō
videtis Inuisibilis est pax
Oculus quis est quo visa est
ut amaretur Neque enim accla
maret nisi amaretur Hec sunt
spectacula que exhibet deus rerum
inuisibilium Cum tanta pulcritudine
intellectus pacis corda vestra per
cussit Quid iam ego loquar
de pace aut de laude pacis
Vincunt enim omnia verba mea
vestri affectus nō impleo nō possum
Iam infirmus sum differamus
omnes laudes pacis ad aliam
presentiam pacis Ubi enim plenius
laudabimus Inchoata in nobis
sic amamus perfectam quo lau
dabimus Ecce hec dico O filii di
lecti O filii regni et ciues illius

qui in ihrlm visio pacis est et ob
qui amant eam pace habundant
in ea et ipsi intrant cum clauduntur
porte et firmantur vectes hanc
quam nominatam sit amatis et
diligitis ipsam sectamini ipsam
desiderate ipsam in domo ipsam
in negocio ipsam in uxoribus
ipsam in filiis ipsam in servis ipsam
in amicis ipsam in inimicis di
ligite Ipsa est pax quam non ha
bent heretici Quid agit pax
in hominibus adhuc regionis huius
In ista peregrinatione mortalitatis
huius cum adhuc nemo alteri
conspicuus nemo videt cor
alterius Quid agit pax de incertis
non iudicat incognita non confir
mat proclivior est ad bonum credendum
de homine quam ad malum suspi
candum vero sic multum dolet
errare cum bene credit etiam de
malo pernicioso autem cum male
sentit forte de bono nescis qualis
sit Quid perdo si credo quod bonus
est Sed in medium et liceat ne te
neas ne forte vim sit non tamen
dampnes tamquam bonum sit hoc
pax iubet Quere pacem ait
et sequere eam hec sic monet
Dampna incognitos dampna
totum mundum periit totus mun
dus nullus est christianus affrica
remansit Ubi iudicasti De quo
tribunali dicis tu sententiam
morbem fratrum In quo foro an
te mundus stetit vox illa mihi
credatur sed [illegible] tibi christo cre
datur spiritui per prophetas dicenti credatur
legi moysi credatur Quid dicit
moyses de futuris hiis temporibus
ad abraham deum In semine tuo
benedicentur omnes gentes An du
bitas quid sit semine abrahe pri
to quia cum apostolus dixit non du
bitabis Aut si de apostolo dubitas
qualis pax pax et non est pax
Quid dicit apostolus Abrahe dic
tunt promissiones et semini eius
non dicit et seminibus quasi in multis
sed tamquam in uno et semini tuo
quod est christus Ecce ante milia an
norum dictum est abrahe In semine
tuo benedicentur omnes gentes quod
ante milia annorum dictum est Et
ab uno creditum nos iam videmus
impletum hic legimus hic intue
mur et tu resistis de cupis
bemens Quid dicturus ipso litte
credere Cum spiritu dei deo loqui
ad abraham Et cui credo tibi
non dico hic inquies non hic dicis
non hic dicis michi pocius crede
quam spiritu dei et deo loquenti
ad abraham Quid ergo michi
dicis Ille tradidit et ille tra
didit de ewangelio recitas
hic de apostolo de propheta disputa
omnes scripturas lege michi hic
gestis quibus credo hic legimus
es hic michi pater meus ait hic
michi frater meus hic michi episcopus
Sed hic abrahe deus In semine
tuo benedicentur omnes gentes
Audit bonus homo et credit
et sit in multis post multa tempora
quod dictum est credit quod impletum
dubitat Hic ergo dixit moyses
dicunt et prophete Curtiam mundi
redemptionis nostre christus pependit
in ligno Vide quanto emit et
sic videbis quid emit Emptionibus
est aliquid ipsum aliquid
non dum scis Vide quanto et

pax quid agit

videbis quid sanguinem fudit sangui-
ne suo emit sanguine agni immacu-
lati emit sanguine unici filii dei
emit. Quid emptum est sanguine
unici filii dei habet inde quod propheta
dicit longe antequam fieret. Fode-
runt manus meas et pedes
meos dinumeraverunt omnia ossa mea
Magnum precium video. Ipsi vi-
deant quod emisti. Commemorabun-
tur et convertentur ad dominum universi fines
terre. In uno eodem psalmo emp-
torem videtis et precium et possessionem
Emptor Christus est precium sanguis
possessio orbis terrarum. Voces prophe-
tias audiamus contradicentes
litigatoribus hereticis. Ecce posse-
dum mei unus lege in psalmo
Commemorabuntur et convertentur
ad dominum universi fines terre et
adorabunt in conspectu eius univer-
se patrie gencium et inde ingra-
tem inde nos defendente. Quoniam
ipsius est regnum et ipse dominabitur
gencium. Ipse qui emit Christus non
qui apostatavit Donatus. Ado-
rabunt vere adorabunt eum
omnes patrie gencium in conspectu eius.
Quare vere? Quoniam domini est regnum
et ipse dominabitur gencium. Illud
Moyses hec propheta et alia multa
Quibus innuat testimonia de ecclesia
toto terrarum orbe diffusa quibus
innuat non sunt tot heretici contra
ecclesiam quod sunt testimonia
legis pro ecclesia. Que pagina non
hec sonat? Quis versus est qui hec
non loquitur. Omnia clamant pro
unitate dominica. Quoniam posuit fines
Ierusalem pacem. Tu contra ista
latras hereticus. Unde mitto dicam
quod scriptum est in illa civitate. Sed

scriptum est in apostolo. Canes
foras tu contra ista latras
vel indicasti de orbe terrarum ut
dicit repsum. Quis tribunali presump-
tione videlicet cordis tui altum
tribunal sed ruinosum. Dixit
Moyses hec dixerunt prophete et non
dum credidit qui se x annos
inderi noluit. Torquebatur
quidem dives apud inferos
desiderabat aque stilla de
digito contempti ante ianuam
suam pauperis quem urebatur
in flamma et cum ei non daretur
quia iudicium sine misericordia illi qui
non fecit misericordiam. Cum ergo ei non
daretur dixit ad Abraham pater
Abraham mitte Lazarum habeo
quinque fratres annunciet eis quod hic
patior ne et ipsi veniant in
locum hunc tormentorum. Et quid
illi Abraham habent ibi Moysen
et prophetas. Et ille non pater Abra-
ham. Sed si quis ex mortuis
resurrexit ~~Si Moysen inquit~~
~~et prophetas non audiunt~~ illi cre-
dent. Et Abraham Si Moysen
inquit et prophetas non audiunt
neque si quis ex mortuis re-
surrexit credent. De quibus
dixit habent ibi Moysen et prophetas
de hiis utique qui adhuc vive-
bant quibus adhuc tempus
correctionis largitum erat qui
nondum venerant in loco illa tor-
mentorum. Habent ibi inquit quos
audiant Moysen et prophetas
non credunt hiis. Sed si quis
a mortuis resurrexit credent
Si Moysen et prophetas non audi-
unt neque si quis ex mortuis
resurrexit credent. Ab istis he-

sentencia ibi et unde de quo dicit
excelso loco et pleno quietis
et felicitatis quam vidit ille
qui cruciabatur in flamma leva-
tis oculis suis qui in eius sinu
id est in eius secreto vidit pau-
perem feliciter consultantem unde
prolata est ista sententia unde de quo
tribunali Ibi cum habitat deus cum
iustis habitat Unde optat apostolus
et dicit dissolvi et esse cum Christo
multo magis optimum Et la-
troni illi dicitur hodie mecum
eris in paradiso ego dominus et tamen
abraham et in abraham manens
dixit istam sententiam habent ibi
moysen et prophetas si ipsos non
audiunt neque si aliquis a mor-
tuis resurrexerit credent
ei Quasi diceret habetis hic moysen
et prophetas adhuc vivitis adhuc
potestis audire adhuc licet
corrigi animositatem frenare
veritatem tenere adhuc conce-
ditur disceptare nobiscum verum
audiendus sit moyses et prophete
qui fide sua tanta testimonia
exhibuerunt Cum videamus
sic currere res humanas ut ab
ipsis predicte sunt Quid dubi-
tas adhuc credere moysi et
prophetis Quid dubitas adhuc
audire an forte queris re-
surgentem a mortuis verum
et ipse nobis dicat de causa sua
Quae sunt hic dives apud in-
feros aliquem a mortuis mitti
ad fratres suos et reprehensus est
quia hoc quesivit Sufficit de-
bent fratribus suis moyses et
prophete Adhuc ille frustra quesivit
ut nobis iam exemplo admonita

ne frustra et sero querentes sicut
ille torqueamur Audiatis moy-
sen et prophetas Et quid dixit moy-
ses In semine tuo benedicentur
omnes gentes Quid dixerunt
prophete Commemorabuntur et convertentur
ad dominum universi fines terre Adhuc
nobis dicturus es Surgat ali-
quis a mortuis Ego non credo
nisi aliquis mihi venit et
dixit Adhuc gratias nunc tue
noluisti mori ut aliquis ab in-
feris surgeret Et ipse aliquis
non quisque sed veritas resurre-
xit ab inferis qui verum de
inferis diceret et si ad inferos
non veniret Et tamen post vo-
ces impiorum malorum Ecce ipse
mortuus est Ecce resurrexit
ab inferis Quid dicis hic ecce
Quid dicis modo te audiam
finite sunt omnes excusationes
tue Et si verba dicis divitis
apud inferos constituti sur-
rexit a mortuis Christus dig-
nare vel ipsum audire Ecce
quod forte similis es diviti mor-
tuus desiderabas surrexit
non pater tuus non avus tuus
non illi surrexerunt qui nescio
quos nomine traditores in fama
fuerunt Sed ecce non infamave-
runt unum dixerunt vos nosse quam
nichil adhuc Audiamus simul
quid dixit quod surrexit ab
inferis Quid pluribus immorer
Audiamus iam aperiatur evangelium
legatur quod scriptum est tamquam fiat
ponatur ante oculos nostros ge-
sta preterita preter tacenda sunt
Ecce Christus surgens a mortuis
audit se discipulis suis ...

ipsius ipse sponsus Ecca sponsa
Ecce sponsus qui dicebat mor-
tuus absumptus fuit Ecce
integer surrexit Ecce ondit
oculis discipulorum Ecce prebet
contrectantibus manibus Ecce
tetigerunt cicatrices que despa-
ta sunt vulnera Exhibuit se oculis
eorum indendo manibus contrac-
tandum putant spiritum esse Despa-
neraunt enim de salute sua Ho-
hortatur eos confirmat in fide
palpate et videte quia spiritus
carnem et ossa non habet sicut me
videtis habere Tangit gaudent
trepidant Et cum trepidarent
pre gaudio Dicit hec scriptum et si
certa sunt que multum leta
sunt nimis credunt dubitacio
quedam veluti tardius cre-
derent condit voluntate tenet
Vere est ut plus homo gaude-
at cum venit quod desperaverat
veram adipiscitur gaudium condiend
et augend voluit se statim
cognosci Tenuit insuis discipu-
lorum suorum illorum duorum quos in
venit in via colloquentes iam
in desperatione et dicentes Nos
autem sperabamus quod esset redemp-
turus israel putavit hec iam
non putabant Jam spes cum
eis non erat et xpistus cum eis
erat Sed qui se reddidit et spe
reduxit postea ergo dixit post ea
quam enim illi in fractione panis
cognoverunt et obtulit se aliis
discipulis suis cum putarent
spiritum esse palpate et videte quia
spiritus carnem et ossa non habet sicut
me videtis habere Et cum adhuc
pre gaudio trepidarent et Habetis hic

aut aliquid quod manducetur Accept
benedixit manducavit dedit
eis Expressa est veritas corporis ab
lata est omnis suspicio falsitatis
Unde deinde Nonne sciebatis quia
oportebat impleri omnia que scripta
sunt in lege moysi et prophetis
et psalmis de me Et quia illi
credebant moysi et prophetis unu
cuique erat quod dixit abraham Si
moysen et prophetas non audiunt
neque si quis ex mortuis resur-
rexerit credent Huma ergo cre-
debant moysi et prophetis et non
erant de ipsis Hunc reprehendit
abraham Audierunt quod ait deus
Nonne sciebatis quia oportebat
impleri omnia que scripta sunt
in lege moysi et prophetis et psalmis
de me Ecce qui crediderunt
moysi et prophetis videte quemad
modum ex ipsorum testimonio
credunt ei qui surgit a mortuis
Tunc aperuit illis sensum ut
intelligerent scripturas et dixit
eis Quoniam sic scriptum est et sic
oportebat xpistum pati et resurgere
a mortuis tercia die hec iam
sponsum ecclesie Nonne hunc tacuit
moyses Nonne hunc tacuerunt
prophete xpistum resurrecturum a mor-
tuis tercia die passurum et resur-
recturum Despitius ergo nos sponsum
non circuimus Sed nescio qui
existunt et quia non erramus
in sponso et ipsi videtur ea que
et nos credere de sponso ut a
membris sponse nos absterreant
dicunt nobis Ipse est quidem
sponsus quem creditis quem et
nos credimus sed sponsa non
est ipsa Non est ipsa ecclesia quam

tenetis Et que illaz ps donati
Et hec est quod tu dicis hec tu dicis
An sponsus Tu dicis An deus
pmdyseh Ecce certiam teneo dam
est amoyse In semine tuo bene
dicent omnes gentes Tu di
cis an spus dei p pphas Ecce
certiam teneo dam e p pphaz
Comorabunt et convertent ad
dum universi fines terre Ecce
iam teneo testimoniu legis
et testimoniu pphaz Audias
et eum qui surrexit amortuis
Audit se sponsus tenemus
eum confirmauit demonstra
do exhibendo testimonia hec
eni moyses hec pphe dixerunt
quia oportebat xpm pati et
resurgere tertia die Iam ergo
quia tenemus ambo sponsum
expressis vbis Et puto quod iam
incipis mecum credere expressis
vbis moysi et pphetis eodem
et ei qui surrexit amortuis
Sequatur et dicat Ordine vides
iam sponsum scam ee xpm ne
quissime auoter membris
sponse tue et non sit mihi capt
Si ego membris eius non fuo
dic mihi et de ecclia aliquid
quia iam desponso eius non
dubito Audi Et de ecclia sequitur
et dicat Et pdicari innomine
eius penitentia et remissione
petor Sed hec ubi Aly eni dicunt
Ecce hic Aly Ecce illic Ecce hic
quod ipse Nolite crede Consurgent
eni pseudo pphe et dicent Ecce
hic et ecce illic Nos eni de ipso
capite dicimus Ecce hic et ecce
illic Notum est eni quod xpus
in celis est Sed de ecclia ubi

xpus est quid ait Ecce ego
vobiscum sum usque ad consumma
tionem seculi Sed ait dns Nolite
credere qui dicit Ecce hic et
ecce illic partes audit eo totu
eni dicat mihi hec ewangelium
dic hec ipse ewangelio quia ia
resurrexisti amortuis ut cre
dant tibi qui crediderunt moysi
et pphis Dic mihi O tu audi
Oportebat xpm pati et resurge
tertia die et pdicari in nomine
eius pniam et remissionem
petor per omnes gentes incipie
ntibus ab Iherusalem Quid e hereticie
Certe tu recitare moyse tu
recitarem pphas distulisti
ad eum qui resurrectus erat
amortuis Ecce resurrexit
Ecce dixit Iam nullam habet
dubitatione ecclia xpi et vxor
xpi quam nullam habe dubita
tionem corpus xpi demonstratu
oculis contrectatu manibus
discipulor Ecce qui resurrexit
amortuis utrumque ostendit Audit
caput ostendit membra Ostendit
sponsum ostendit sponsam Aut
utrumque mecum crede aut illud
indampnacionem tuam credes
Quid eni quia surrexit a
mortuis carne in eodem corpe
resurrexit Nu carnalia cicatrices
ostendit quia ut crucifixus est
et sepultus ita redditus e
et demonstratus Optime credis
Audi illum loquentem in quem
credis Pdicabitur in noie eius
pnia et remissio petor Ubi
platas tueas pquas latas
terras In bellem illud dicet
iam luctaus adusque hereticos

iam pugnans iam victus cum
illis conflictum tante questionis
non illud dicam sed contra putes
quid illud dixit ille futuros
Quid ivimus amplius Remissio
peccatorum in Christi nomine predicatur
per omnes gentes unde inci-
piens ab Hierusalem. Commenta hinc
ecclesie quam litigamus. Cepit
enim ista ecclesia ab Hierusalem ista
terrena ut gaudeat in deo in
illa celesti. Ab hac enim incipit
ad illam terminat. In illa tota ecclesia
erit. Ab ista quod ordine fidei suscipit
lege actus apostolorum. Si forte
incaior quod ibi erant congregati
discipuli. Cum venit spiritus sanctus
Quare non ivimus loqui omnibus lin-
guis. Ecce ibi omnibus lingue so-
nuerunt. Quare modo cui datur
spiritus sanctus non loquitur omnibus lin-
guis. Sic enim tunc erat indicium
venientis in homines spiritus sancti
ut linguis omnibus loquerentur.
Modo quid dicturus es heretice
quia non datur spiritus sanctus non
dico datur aut non datur. Si non
datur quid est quod agitis
baptizando loquendo benedicen-
do. Quid est quod agitis. Inania
celebratis. Ergo datur. Si datur
quare linguis omnibus non loquitur
quibus datur. Numquid defecit
donum dei aut minor est fructus.
Creverunt zizania sed et triticum.
Sinite utraque crescere usque ad
messem. Non dixit Crescant
zizania decrescat frumentum.
Utrumque crescit. Quare non apparet
spiritus sanctus modo in linguis omnibus
Immo non apparet in linguis omnibus.
Tunc enim nondum erat ecclesia

per terrarum orbem diffusa ut membra
Christi in omnibus gentibus loquerentur.
Tunc implebatur in uno quod
pronunciabatur in omnibus. Iam totum
corpus Christi loquitur in omnibus lin-
guis. Et quibus nondum loquitur
loquitur. Crescet enim ecclesia donec
occupet omnes linguas. Quid
nos desinitis quousque eritis
Tenete nobiscum quousque
accessit ut nobiscum perveniatis
ad ea ad que nondum accessit
loquor omnibus linguis audeo
tibi dicere. In corpore Christi sum in
ecclesia Christi sum. Si corpus iam
omnibus linguis loquitur et ego
in omnibus linguis sum. Mea est
greca mea est syra mea est
hebrea mea est omnium gentium
quia in unitate sum omnium gen-
tium. Ergo fratres cepit ecclesia
ab Hierusalem et per omnes gentes.
Quid credentibus hoc testimonio
legis et prophetarum ipsius domini
apostolorum ubique personant voces
reddentes testimonium speci-
me in unitate corporis Christi.
Gaudete in frumento tollite
zizania et gemite in mixtura
Suspirate in horreum. Veniet
illud tempus quo gaude-
bimus confirmatis vectibus
portarum Hierusalem. Intret qui in-
traturus est qui illuc manife-
stus intrabit. Sed fictus non
intrat. Foris est et nescit
ventilabrum. Probabit vectes
probabunt. Primum modo neque intus
et veraciter intus. Tunc autem
sic collaudo intus ibi gau-
dendo intus. Fines enim Hierusalem
pax. Quia posuit igitur fines

tuos pacem Modo desideramus
pacem quam hic habemus in spe
Adhuc enim in nobis ipsis qualis
pax Caro concupiscit adversus
spiritum et spiritus adversus carnem
Ubi plena pax in uno homine
Quando erit plena in uno homine
Tunc erit plena in omnibus civibus
Quando erit plena in uno homine
tunc erit plena in omnibus civibus
iherusalem Quando erit plena pax
Cum corruptibile hoc induerit
incorruptionem et mortale hoc indue
rit immortalitatem tunc plena
pax tunc firma pax nichil liti
gat adversus animam in homine
non ipsa adversus se ex quadam
parte saucia non carnis fragili
tas non indigencia corporis non
fames non sitis non frigus non
estus non lassitudo non ulla in
opia non provocacio rixe non certe
ipsa palliata cautela evitandi
inimica et diligendi Haec omnia
fratres mei litigant adversum nos
Non dum est plena et perfecta pax
quod clamastis qui iam dudum
nominata pace et desiderio cla
mastis Clamor iste de ista fuit
non de saturitate quia ibi erit
perfecta iusticia ubi perfecta pax Mo
do esurimus et sitimus iusticiam
Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam
quoniam ipsi saturabuntur Quando ipsi
saturabuntur Cum ad pacem veni
emus ideo cum dixit Qui posuit
fines tuos pacem quia ibi sa
turitas et nulla indigencia
Subdidit statim et adipe fru
menti saciat te Fratres quae pax
ipsa de qua loquimur nondum est
in totis nobis id est in uno quoque

nostrum tota Adhuc forte spiritum no
strum delectet audire Sed si ni
chil resistit et rebellat ex cor
pore finimus psalmum fatiga
tos nos nunquam sencio tamen vereor
Novit deus ne honerosus sim
vobis aut quibusdam fratribus
Et modo studia multorum corrige
cum deme hunc laborem et hunc
sudorem quem credo in domino
non futurum infructuosum Gaudium
tamen esse voluptatem in veritate
Ubi dei ut studium meum bonum
in bono et de bono vincat stu
dium inspectorum qui sunt in am
phiteatro Nunquid illi per tan
diu starent adhuc spectarent
Ergo fratres audiamus certa
quia hoc voluit aperit dominus
aperit auribus et mentibus
nostris Qui posuit fines tuos
pacem Ad iherusalem illa dicit
et adipe frumenti saciabit te
Transit fames et sitis iusticie
succedit saturitas Tunc ibi
erit adeps frumenti nisi panis
ille qui ad nos de celo descendit
In patria ipsa quos saturabit qui
in peregrinacione sic pavit Iam
modo de ipsa peregrinacione nostra
locuti sumus et quia venturi ad
illam urbem ubi collaudabimus
dominum laudabimus dominum nostrum
iherusalem nos syon quia confirma
vit vectes portarum tuarum
Et cum ille qui tunc saciabit
adipe frumenti quid facit in
ista peregrinacione hoc quod sequitur
Qui emittit verbum suum terre
Terre in terra laboramus fessi
languidi pigri et frigidi quis
levaret nos ad adipe frumenti

faciante nisi mitteret verbum suum
terre. Prima conturbabantur terra
qua impediebantur a reditu in-
sit terre verbum suum non dese-
runt etiam in heremo pluit man-
na de celo. Cum mittit verbum
suum terre velociter currit verbum
eius. Quid autem quod est verbum
eius usque ad velocitatem currit
verbum eius. Non dixit velox
est verbum eius sed currit verbum
eius usque velocitatem. Intelligamus
fratres non potuit melius eligere
verbum. Calidus calore fervescit
et frigidus frigore frigescit
velox velocitate velox fit. Quid
calidius ipso calore quo cale-
scit quidquid fit calidum. Quid
frigidius ipso frigore quo fri-
gescit quidquid frigidum fit. Quid
ergo velocius ipsa velocitate qua
velox fit quidquid velociter
currit. Puto dicta multa velocia
et alia magis et alia minus
et tanto quaeque queres velox est
quanto est particeps velocitatis.
Illa res est magis particeps
velocitatis ergo est magis velox
aut minus particeps velocitatis
ergo minus velox. Ipsa utique ve-
locitate quid velocius. Ergo
quousque currit usque in veloci-
tatem quantum vis auge quod
velox est verbum et dic velo-
cius est quam illud vel illud
quam aves quam venti quam
angeli numquid aliquid horum
tam quantum ipsa velocitas usque
in parem velocitate. Velocitas
ipsa quid est fratres ubique et non
est in parte hoc pertinet ad verbum

dei non est impote ubique esse pro-
pterea verbum quo quod dei virtus
et dei est sapientia non dum assump-
ta carne. Sic cogitemus deum
in forma dei verbum equale patri.
Ipsa est sapientia dei de qua dictum
est attingit a fine usque ad fi-
nem fortiter. Quanta velocitas
attingere a fine usque ad finem
fortiter. Sed forte in mobilitate
attingit si in mobilitate tamquam
moles aliqua saxea impleat
locum aliquem dicitur quod attingit
eiusdem loci spatium a fine usque
ad finem non tamen motu. Quid ergo
dicimus non sic motum verbum
illud et sapientia illa stolida est.
Et ubi est quod dicitur de sapientia
spiritu cum multa dicerentur. Acutus
inquit mobilis certus incoinquinatus.
Sit utique sapientia dei mo-
bilis. Sit ergo mobilis quid hoc
tangit illud non tangit aut
hic tangit illud deserit. Et ubi
est velocitas hic facit velocitas
et ubique semper sit et nusquam
inclusa teneatur. Sed cogitationes
ista non possumus pigri sumus
quibus ista cogitentur. Veniam fratres
quia hoc dixi quod potui. Si
tamen potui intellexi et quod
potuistis intellexistis. Sed quod
dicit apostolus. Ei autem qui potens
est facere super quod petimus et
intelligimus. Quid hic ostendit.
Prima quotiens quod intelleximus
non intelleximus sicut est. Quia
hoc corpus enim quod corrumpitur
aggravat animam. Ergo nebula fri-
gidi sumus velocitas enim flueas
est et omnia fluentia velocitatem

omnia frigida tardiora. Nos
tardi ergo frigidi. Illa ergo sapientia
currit usque ad velocitatem ergo fer-
ventissima est. Nec est qui se ab-
scondat a calore eius. Nos ergo
frigidi corporis tarditate vin-
culo circundati vite huius corrupti-
bilis honere pergravati nulla ne spe-
rennus ad capiendum verbum
quod usque in velocitatem currit. An- ne
no ille quamvis corpore in infima
depressos desinit. Nonne ipse pre-
destinavit nos dedit tunc nive
ipsos nos. Iam cum venimus
ad illos psalmi versus si nos obscu-
ros incipiant illa involvari
culum quanto nos verbum dei quanto
magis pronos dicatur. Tanto am-
diores invenimus. Ecce nos pi-
gri in hac terra quasi congelamus
hic. Et quod contingit in nivibus
sursum cum gelant et in via
deciderunt. Sicut frigescente
caritate decidit humana natura
in has terras et pigro corpore
involuta velud nix facta est. Sed
in ista nive sunt predestinati
filii dei dat enim ille nivem
velud lanam. Quid est velud
lanam id est de nive quam dedit
de istis pigris adhuc spiritu et
frigidis quos predestinavit
facturus est aliquid lana enim
materies vestis est lana cum videtur
velut materia est aliqua vestis ergo
quia predestinavit hos qui ad
tempus frigidi algescunt in terra
et non dum fervent spiritu caritatis
de predestinatione cum adhuc
loquitur non velut lanam dedit
hos deus facturus est inde ve-

stem. Multo et in monte vestis
Christi sicut nix tamquam iam de
ipsa lana iam facta erat tunica
de qua lana id est de nive quam
dedit sicut lanam adhuc pre-
destinati pigri erant. Sed ex
peccata inde quid sequitur quia
sicut lanam dedit eos fit inde
tunica. Unus enim dicitur circa corpus
Christi dicitur vestimentum Christi.
Inde est illud quod dicit apostolus
ut exhibeat sibi gloriosam ecclesiam
non habentem maculam aut rugam
ergo exhibeat sibi gloriosam ecclesiam
non habentem maculam aut rugam
faciat sibi vestem de illa lana
quam predestinavit in nive. Ad-
huc in hominibus non ardentibus
et frigidis et pigris faciat
vestem de hac lana ut ablua-
tur maculis mundetur fide ut
rugam non habeat tendatur in
cruce. Cum dat nivem velud
lanam si predestinati sunt vocandi
sunt. Quos enim predestinavit
illos et vocavit. Iam quod vo-
cantur ex langore corporis illius
ut ipsi sani fiant. Quid vocantur
audi evangelium: Non veni
vocare iustos sed peccatores in
primam. Incipit ergo iam in prede-
stinatione illius cognoscere
corpore suum accipere pectus
suum. Incipit vocatione venire
ad primam. Merito ergo qui dat
nivem velut lanam per christum
tunice sue et propter vocationes
impenitencia nebula velud
cinerem spargit. Unus qui dat
nivem sicut lanam. Quos enim
predestinavit illos et vocavit

Cinis autem ad primam pertinet
Audi vocantem ad primam Cum
exprobraret quibusdam civitatibus
dicens ve tibi corozaim ve
tibi bethsaida quia si in tyro
et sydone facte essent virtutes
que facte sunt in vobis olim
inquit in cilicio et cinere penitentiam
egissent ergo nebula velut ci
nerem spargit Cum vocatur quisque
ad intelligendum deum et di
illi carpere veritatem incipit velle
carpere veritatem non sufficit videt
se quidem caliginem pati quam
antea non videbat Adhuc est
ergo illa nebula ut noveris ne
scire te et noveris quid scire
oporteat et videas te invalidum
ad illud sciendum quod oportet scire
Nam si in ista nebula iam te
presumpseris scire audies ab apostolo
qui se putat scire aliquid non
dum scit quemadmodum oporteat
eum scire ergo nondum comprehendisti
Adhuc nebulam pateris Sed non
te deficit qui accendit tibi
lucernam tenebras tuas Nondum cernis
in nebula fidem sequeris Sed quare
conaris videre et non potes pe
niteat te peccatorum tuorum quia
nebula velud cinis sparsa
Quid te iam peniteat Consu
matum te fuisse adversus deum
Iam te peniteat sentiendo te
fuisse vias tuas malas pre
venisti iniustam difficultatem
illius bone visionis et erit tibi
salubris nebula qua spargit ci
nerem spargit deus Tu ipse es
adhuc nebula Sed velud cinis
Adhuc cum penitentes voluntarie
inclinare fratres mei tamquam humiles

se contestantes dicentes de se ipso
Cinis sum dixit enim quedam scrip
tura despexi memetipsum et di
stabui et estimavi me terram et
cinerem hec est humilitas penite
tis Audio abraham loquentem
ad deum suum et qui sibi vult
aperi incendium sodomorum ego
inquit terra et cinis Nondum sunt
ista humilitas in magnis et sanctis
Nebula ergo velud cinerem spargit
Quare Quia quos predestinavit
illos et vocavit Qui non venit
vocare iustos sed peccatores in
penitentiam Deus emittit cristallum
suum velud frusta panis Nondum
demus laborandum est dicere quod
sit cristallum plorauit enim summe
et credo non occidisse caritati
vite Quid ergo mittit cristallum
suum velud frusta panis quo
nix illa ipsius quia predestinatorum
est quod nebula illa ipsius
quia ipsi vocantur ad penitentiam
qui predestinati sunt ad salu
tem Sed est quedam nix cri
stallum ipsius Quid est cri
stallum Multum obdurant
multum gelant Nam sicut nix
fcale solum per xx multorum
annorum durata tempore et perpe
tuorum cristallum dicitur et hoc
mittit velud frusta panis
Quid sibi vult fuerunt nimis
duri non iam nivi sed cri
stallo comparandi et ipsi predesti
nati sunt et vocati quidam
eorum ita ut pascerent alios et
essent utiles et aliis Et quod
opus est ut innumeros multos
nominem quos forte illuminat
illum accrat humaneque cogitati

Ex hiis quos novit quia forte
duri et pertinaces et obmittentes
adversus veritate sunt frusta
panis. Unus ille unus panis
multi inquit apostolus unum sumus
in xpo unus panis unum corpus
multi sumus ipse dicit ergo sumus
panis totum corpus xpi me-
bra xpi frusta sunt panis
de quibusdam duris facit me-
bra sua et utilia ad alios pa-
scendos. Unde unus pro multos
notissimum illud paulum apostolum
intueamur nichil nobis isto mo-
notius nichil suavius nichil
in scriptum familiarius. Et si
fuerint qui contracta duricia
iniquita ipse sunt panis sicut
ipso proposito ad exemplum omnes
ostendant ut compleatur sensus iste
mittit cristallum suum sicut fru-
sta panis. Ecce cristallum erat
apostolus paulus durus obmit-
tens veritati clamans adversus
ecclesiam tamquam induratus ad
ipsius solem. Iste quia durus
fuit crescens in lege eruditus
ad pedes gamalielis legis
doctoris. Non audiebat moysen
et prophetas xpm predicantes ma-
gna duricia. Certe gentes non
audierant prophetas non audierunt
moysen frigide erant. Ecce cri-
stallum non erant ille qui cre-
debat in libris predicantibus xpm
et xpo veniente non credebat
nimis obdurescat. Anima ergo
cristallum erat nitidus videbatur
et candidus sed durus et ni-
mium gelidus. Quid nitidus et
candidus hebreus ex hebreis
secundum legem phariseus videns

in torre cristalli. Audi duricia
cristalli secundum emulacionem per-
sequens ecclesiam inter lapidatores
sancti stephani martiris ibi erat
iste durus et forte ceteris du-
rior. Omnium enim lapidancium
vestimenta servabat ut in omnium
manibus lapidaret. Ergo vide-
mus nimium nebulam cristallum
bonum est ut ille spiret et solvat.
Si enim non ille spiravit si non
ipse duricia huius glaciei dissol-
vit in facie frigoris eius quis
subsistit. Ante faciem frigoris
eius dei. Unde est frigus
eius. Ecce deserit peccatorem
ecce non vocat. Ecce non aperit
sensum. Ecce non infundit gra-
tiam. Solvat homo si potest
a glacie stulticie non potest. Ecce
non potest. Ante faciem frigoris
eius quis subsistit. Vide ergo
congelascentem illum et dicentem
video aliam legem in membris
meis repugnantem legi mentis
mee et captivum me ducentem
in lege peccati que est in membris
meis. Miser ego homo. Quis
me liberabit de corpore mortis huius
Ecce frigescit. Ecce congelascit.
Quis calore solvat. Iterum audi
Quis me liberabit de corpore
mortis huius. In facie frigoris
eius quis subsistit. Et quis
seipsum liberabit si ille deserit.
Et quis liberat. Gratia dei per
ihesum xpm dominum nostrum. Audi et
hic gratiam dei. Nam mittit cri-
stallum suum sicut frusta pa-
nis in facie frigoris eius quis
subsistet. Ergo desperandum est. Ab-
sit. Sequitur enim. Emittet verbum

suu͂ et tabefaciet ea Non g° desperet ñx nõ desperet nebula nõ desperet cristallum demum ta[m]quam de lana conficietur et tu[n]ica Nebula illa impenitencia salutem invenit quia quos p[re]destinavit illos et vocavit Et licet sint int[er] p[re]destinatos du[r]issimi et multo quasi tempore congelascentes cristallum facti fuerint nõ erũt duri nimis Dei Emittet vbum suu͂ et tabe faciet ea Unde est tabefaciet liquefaciet dissoluet duri sũt eũ p[ro]p[ter] sup[er]biam Merito eũ sup[er]bia timor dr̃ Unde q[uod] stupid[us] est frigidum z rigorem passi homines Cottidie dicunt stupui Ergo sup[er]bia stupor est Emittet vbum suu͂ et tabefaciet ea et venia cumuli nivis tũ tabe fiunt deliquescũt humilitate Unde g° quasi nivis monte[m] erigit stupor Sic stultum erigit sup[er]bia Emittet vbum suum et tabefaciet ea Ecce venit illud cristallum Saulus post cedem et lapidacionem stephani duricia quadam stupidus in xp[is]tum pe[ti]it litteras a sacerdotibus ut vndi[que] q[ui]z exhibeat Ranos anelans ce[des] Deus durus iste et gelidus contra ignem dei sed quantumcumque esset durus quantumcumque gelidus Ecce ille qui emittit vbum suum et tabefecit ea clamavit de celo Fidus Saule saule quid me p[er]sequeris Unde illa voce tanta duricia cristalli resolu[ta] est Emittet g° vbum suum et tabefaciet ea Nõ desperet de cristallo quanto minus de

nivibus vel nebulis De ipso cristallo nõ desperet Audi vocem quandam cristalli Qui p[ri]us fuit blasphemus et p[er]secutor et in iuriosus Sed quare sol[v]it cristallum deus nisi ut in me ipsa desperet Dicit enim Ideo mi[sericordi]am consecutus sum ut in me ostenderet xp[istu]s ihesus longanimitatem ad informacionem eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam Clamat g° deus ad gentes Nolite cristallum neite nives Emittet vbum suum et tabefaciet ea Spirauit sp[iritu]s et fluant aque Ecce cristallum et nives resoluuntur erit magis Qui sicut veniant et bibat Saulus durus ut cristallum Stephanus est p[er]secutus ad mortem paulus iam sicut aqua nima gentes vocat ad fonte[m] Spirauit sp[iritu]s eius et fluet aque Sp[iritu]s flens Unde dicitur est in alio psalmo Converte d[omi]ne captivitatem n[ost]ram sicut torrens in austro Captiua erat i[e]r[usa]l[e]m tamquam congelauat in babilonia flat auster solvitur rigor captivitatis et currit in dem Feruor tantus Spirauit sp[iritu]s eius et fluent aque fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam Annuncians vbum suum iacob iusticias et iudicia sua isr[ae]l Ecce iusticias Nunc iudicia Prima quidquid fuit gravis humanum ante p[ro]fessum z tunc esset nix et nebula et cristallum multo p[ro]fessum est sup[er]bia elacionis in dem Recurramus ad originem

casus mei et videamus quia
verissime in psalmo cantatur
priusquam humiliarer ego de-
liqui Sed qui dicit priusquam
humiliarer ego deliqui ipse dicit
Bonum est michi quia humiliasti
me ut discam iustificationes
tuas has ergo iustificationes a
deo didicit Jacob fecit ipsum Ja-
cob luctari cum angelo In cuius
angeli persona dominus erat luctans
Tenuit non fecit ut teneretur Inva-
luit ut teneret fecit se teneri misericordia
non infirmitate luctatus ergo
Jacob prevaluit tenuit et quem
videbatur vicisse Rogat ut bene-
diceretur ab eo Quando intellige-
bat cum quo luctatus fuerat
quem tenuerit Num volenter
est luctatus et tenuit Quia
regnum celorum vim patitur et qui
vim faciunt diripiunt illud ergo
quare cum lucta quare cum
labore Quare vix tenemus
quod facile amisimus ne facile
recipiendo quod facile amisimus
discamus non perdere quod tenemus
laboret homo ut teneat te-
nebit ad firmitatem quod tenuit
post laborem ergo hec iudicia
sua deus manifestat Jacob
et israel Apertius dicam idest quia
et iusti qui hic sunt labores
molestias pericula passiones pro-
nuncio patiuntur iusto iudicio dei
Unus ille solus potest dicere Nunc
causa hic se passum quamvis
ideo non sue causa qui propter
nos qui solus potest dicere Nunc
non rapui tunc exsolvebam qui
solus dicere potuit Ecce venit
princeps huius mundi et in me
nichil invenit Sed quasi di-
ceretur ei Quare ergo pateris Sequitur
et dicit Sed ut sciant omnes
quia voluntatem patris mei fa-
cio Surgite eamus hinc Ceteri
omnes iusto suo iudicio dei Et quia
iustitia quod patiuntur non
sibi arrogent quasi passionem
innocencie qualis in christo
erat Audi apostolum petrum Tem-
pus est inquit ut iudicium
incipiat a domo dei Dominus ex-
hortans testes et martires
dei ut omnes minas firmetis
seculi pacientissime tollerent
dicit illis Tempus est inchoa-
tionis iudicii ex domo dei Si
autem initium a nobis quis finis
eorum qui non credunt dei ewangelio
Si iustus vix salvus fit pec-
cator et impius ubi parebunt
Annuncians verbum suum Jacob
iustitias et iudicia sua israel
Non fecit sic universe genti Ne-
mo nos fallat non innatum
alicui genti hoc iudicium dei
quo paciantur et iusti et in-
iusti Quando punito omnes quando in
gratia dei quando non iniustus simus
liberentur ipsi iusti non annunciatum
est hoc universe genti sed soli Ja-
cob soli israel Quid ergo nos fa-
cimus si non annunciavit universe
genti sed tantum Jacob tantum israel ubi
erimus nos In Jacob et in israel
iudicia sua non manifestavit
eis Quibus omnibus gentibus
Et quo vocate sunt innes po-
lito acstallo Quando vocate sunt
gentes iustificato paulo quando
mi ut essent in Jacob Factus
est oleaster ut insereretur in oliva

Jam ad solum pertinent Jam non de-
bent dici gentes Sed una gens
in christo gens iacob gens israel
Renuare gens iacob et gens
israel Quia Jacob de ysaac et ysa-
ac de abraham Ad abraham autem
quod deus est Jn semine tuo benedicentur
omnes gentes id est deum et ad ysaac
hoc et ad Jacob pertinemus ergo ad
Jacob quia pertinemus ad ysaac
Pertinemus ad ysaac quia pertine-
mus ad abraham Semen enim
abrahe non me nisi quoslibet homine
Sed sicut apostolo interpretante christus
est et ipse ait non dicit et se-
minibus tamquam in multis Sed
tamquam in uno et semini tuo quod
est christus Si unum semen unus
Jacob unus israel Et omnes gen-
tes una in christo Ergo ad omnes
pertinet gentes quod reuelauit ipsi
iacob ipsi israel et illi soli talibus
gentibus deputandi sunt qui
nolentes credere in christum nolentes
recedere ab oleastro et inseri oli-
ue remanebunt in siluosis ra-
mis steriles et amari Gaude-
at Jacob qui est supplantator
quia supplantauit fratrem Jacob
Cecitas enim ex parte israel facta est
ut plenitudo gencium intraret
De Jacob factus est israel Quid est
israel Jam omnes audiamus omnes
israel sunt qui hic estis in tenebris
christi sunt qui foris et non foris
et per omnes gentes vbique foris
vbique intus Audiat ipse israel
qui ex Jacob factus est israel
Quid est israel videns deum
Vbi videbit deum Jn pace in
qua pace pace illum Qui po-
suit inquit fines tuos pace

Jbi laudabimus omnes unus in
uno ad unum erimus quia dein-
ceps multi dispersi non erimus Amen

Meditacio presentis vite nostre
in laude dei esse debet
Quia exultacio sempiterna fu-
ture vite nostre laus dei erit
Et nemo potest ydoneus fieri future
vite qui non se ad illam modo
exercuerit Modo ergo laudamus
deum sed et rogamus deum
laus nostra leticiam habet oracio gemi-
tum Promissum est enim nobis aliquid
quod nondum habemus Et quia ve-
rax est qui promisit in spe gau-
demus quia tamen nondum habemus
in desiderio gemimus Bonum est
nobis perseuerare in eiusmodi de-
siderio donec veniat quod promissum
est transeat gemitus succedat
sola laudacio Propter hec duo tempora
sunt unum quod nunc est in tribulacionibus
et temptacionibus huius vite
Alterum quod tunc erit in securitate
et exultacione perpetua Instituta
est nobis etiam celebracio
duorum temporum ante pascha et post
pascha Illud quod est ante pascha
significat tribulacionem in qua mo-
do sumus Quod vero nunc agimus
post pascha significat beatitudinem
in qua postea erimus Ante pas-
cha ergo quod celebramus hoc et agi-
mus post pascha autem quod celebramus
significamus quod nondum tenemus
Propterea illud tempus in ieiuniis
et oracionibus exercemus hoc vero
tempus relaxatis ieiuniis in
laudibus agimus hoc est enim
alleluia quod cantamus quod latine

intp̄tat' ut nostis laudate dn̄m
Ideo illud tempus an̄ resurrec̄o3
h' tempus post resurrectōnē3
dn̄i 3 quo tempe sigt̄m vita
futa qua nō dūm tenemꝰ qa
q̄ signmus post resurrectōnē3
dn̄i tebimꝰ post resurrectōm
nr̄am Jn capite eni nr̄o nobis
utrūq3 est figat̄m utrūq3 de
mostratum passio dn̄i ondit
nobis vite p̄ntis nr̄itates q̄z
oz et laborare et tbulai ad ex
tremū mori Resurrectio et cla
rificatio dn̄i ondit nob vitam
qua accepturi simꝰ cū venit
retbuere digna dignis mala
malis bona bonis Et quid
nūs mali oīs cantare nob̄cū
p̄nt alleluya Si aūt i malicia
sua psenamit canticū vite
future nr̄e labijs dic̄e possūt
spam nō vitam que tunc erit
in ea vītate que nūc sigt̄m
obtine nō pnt qua nolunt
meditari anquam venirt
q̄ venturū erat Nūc ergo
fr̄s exhortam̄ vos ut laudet
deum Et h' est q̄ nos oīs
dicimꝰ qū dicimꝰ all'a id est
laudate dn̄m Dicis tu alteri
dicit ip̄e tibi cū sc oīs exhor
tant' oīs faciūt q̄ hortant'
Sed laudate de totis uobis
id est ut nō sola lingua et vox
nr̄a laudet deum Sz et sciā
nr̄a vita nr̄a fca nr̄a Et eni
laudamus nūc in ecclia qūdo
congregam̄ Cum quisq3 discedit
ad p̄pa quasi cessat laudare
deum Nō cesset vn̄ viue 2 sp̄
laudat deum Tunc desinis
laudare deum qn̄a iusticia

et abeo q̄ illi placet declinas
Nam si a vita bona nūq̄ decli
nes lingua tua taceat vita tua
clamat et aures dei ad cor tuū
Quo eni aures nr̄e ad voces nr̄as
sic aures dn̄i ad cogitatōnes nr̄as
Nō pt aūt fieri ut hēat mala
facta qui hēt bonas cogitatōes
facta aūt de cogitatōnibꝰ pro
deunt nec quidquā pt aliquis
facere aut ad aliquid faciendū
mebra mouere nisi p̄mo p̄cessit
iussio cogitatōis Quo de intus loc
palacio quidquid iussit impator
p̄ impiū romanū currit q̄ quid
videtis agi p̄ p̄uincias quātus
motus fit ad vnā iussione impa
toris intus sedentis mouet ille
solum labia cū loquit' et mouet'
oīs p̄uincia cū fit qd loquit'
Sic et unoquoq3 hoīe intus 3
imperator in corde Sz si bonus
bona iubet bona fiūt Si malus
mala iubet mala fiūt Cum ibi
sedet xp̄us quid pt iussi bona
Cum possidet dyabolus qd potest
iubere nisi mala Intus aūt ar
bitro deus esse voluit cui pa
res locum deo an dyab'o Cum
paraueris imperabit quis possidebit
Ergo fr̄s nō tm̄ ad sonū atten
dite cum laudatis deum toti
laudate Cantet vox cantet vita
Cantent fca Et si est ad huc
gemitus tribulatio temptatio
spa tr̄stitura oīa et illud ven
turū diem quo sine defcu laudā
bimꝰ Ecce iste psalmus quonia
manifestus 3 currendus 3 nob
distribuit aūt vniu'sa cātum
laudantem deum et tamquā
hortat' ut laudet qui in uenit

tacente Laudate dominum de celis
quasi iuberent tacentes in celis
laudem dei exhortatur ut surgat
et laudent numquam celestia lau
des conditoris sui tacuerunt
numquam creatura deum laudare
cessauerunt Sed plane sunt que
habent spiritum laudandi deum eo affectu
quo eis placet Sunt autem alia
que spiritum vite et intellectum ad
laudandum deum non habent ~~eo affectu quo eis~~
~~placet deus~~ Nemo enim laudat
nisi quod ei placet Sunt autem
alia que spiritum vite et intellectum
ad laudandum deum non habent Sed
quia et ipsa bona sunt et in ordine
suo integre disposita et ad pul
chritudinem vniuersitatis referuntur
quod condidit deus Ipsa quidem
per se non ore suo et corde suo non
laudent deum sed cum ab intel
ligentibus considerantur per ipsa
laudatur deus et cum per ipsa lau
datur deus quodammodo et
ipsa laudent deum Vbi ergo
laudant dominum in celis omnia que
habent spiritum vite et intellectum prius
ad deum contemplandum et sine
defectu et fastidio diligendum
llaudant autem deum in terra per
intellectum discernendi bonum et
malum et per intellectum agnoscen
di creatorem et creaturam homines
qui ista cogitant quibus tribuit
deus mentem discernendi ista de
lectandi atque laudandi homines
possunt pecora numquid homines
habent intellectum Sed habent in
tellectum homines pecora non nobis
deus dicit Nolite esse sicut
equus et mulus quibus non
est intellectus Quando hortatur

nos ut non simus sicut pecora
sine intellectu Audit nos quia
homini tribuit intellectum ad lau
dandum deum Arbores numquid
non vitam ipsam habent qua sentiat
sicut pecora Nam pecora et
si sensum interiorem vitalem
et mentem intelligentie atque
discernente non habent qua
homo habet ut laudet deum
habent tamen vitam manifesta
est nominum appetendi cibum
vtilia fugiendi noxia respice
dum sensus corporalia discernendi
visum ad colores auditum
ad voces olfactum ad odores
gustatum ad sapores motum
vel ad voluptates vel ad mo
lestias intelligimus sicut vide
mus ante oculos nostros Non
habent non intelligendi sed
habent spiritum corporis animati
et vitam manifestam Arbo
res autem nec ipsam habent et
tamen omnia laudant deum Quomodo
laudant deum quia cum
ista videmus et consideramus
creatorem qui fecit ea de illo
in nobis nascitur laus dei Et
cum per eorum consideratione lau
datur deus omnia laudant
deum Cepit ergo iste de celo
laudant omnia et dicit lau
date Quare cum laudant
dicit laudate Quia delecta
tus est in eo quod illa laudabat
et placuit ei quasi ad magne
hortationem suam quo si videas
ad homines bonum aliquid ope
rantes cum gaudio siue in
vinea siue in messe siue in
agricultura placet tibi quod

faciunt et dicis facite agite
non ut tunc incipiant facere
quod dicis Sed quia placet ti
bi quod facientes invenerit Ad
iungis gratulacionem et exhortato
riam dicendo ei facite Ex
hortando eum facientes noto
quasi facis tum illis Jubeat
ergo exhortatione dicit glosa super prologum
aggei et zacharie Dicit enim
hic tytulum Isti duo prophete eo
tempore quo captiuus populus
in babilonia tenebatur prophe
tabat iam futurum finem capti
uitatis ut autem restauraretur
ciuitas iherusalem que bello eca
dat Significauerunt ergo nobis
in misterio vitam futuram ubi lau
dabimus deum post captiui
tatem vite presentis ubi erit
innouacio ciuitatis illius
magne iherusalem ubi peregrini su
spiramus captiuati adhuc
sub onere et sarcina corporis
Unde adhuc gemimus in pere
grinatione exultabimus autem
in patria Nam autem non gemit
peregrinus non gaudebit ciuis
quia desiderium non est in illo
prophete ergo isti sancti magnam con
solacionem prebuerunt tunc cap
tiuo populo scilicet populo carnali id est
constituto in babilonia sub
regibus alienigenis Gaude
bant enim prophetia futuri temporis
liberacionis a captiuitate in
stauracionis iherusalem Sed illa
omnia in figura gesta sunt secundum
veritatem figurata sunt in an
tiquis patria audiuntur in nobis
modo ergo quod dicit apostolus
Quamdiu sumus in corpore pe

grinamur a domino Non dum sumus
in patria Quando erimus in patria
Tunc triumphabimus de victo ini
mico dyabolo quando mors nouissima
inimica destruetur tunc fiet ser
mo qui scriptus est Absorpta est
mors in victoria Ubi est mors
aculeus tuus Unde ergo nulla
erit mortis contencio que modo
est et facit nos gemere de de
fectu ex mobilitate rerum ex fra
gilitate carnis humane conten
dunt nobiscum cottidie temp
taciones Contendunt cottidie
delectaciones et si non consenti
mus tamen molestiam patimur et con
tendimus magnumque periculum
est ne quod contendit obtineat
Si autem non consenciendo vin
cimus molestiam tamen patimur
resistendo delectacionibus racion
cessat et non moritur hostis nisi
in resurreccione mortuorum Sed
proximamus fidamus Erigunt
nos aggeus et zacharias can
tant futuram liberacionem nostram
Sed illi populo cantauerunt et im
pletum est Sed nos populo quod cantatur
non implebitur Implebitur plane
securi estote Tamen modo in ista
peregrinacione vite Quando agitis
videte non nobis placeat ador
babilonie ne obliuiscamini ciui
tatem iherusalem Et si corpus nostrum
adhuc in babilonia tenetur cor nostrum
ad iherusalem premittatur laudet ergo
tota creatura deum quia hoc
ibi futuri sumus quod hic pauca di
cam laudate dominum de celis
laudate eum in excelsis Primo
de celis dicit postea de terra
laudatur enim deus qui fecit celum

et terram Celestia tunc nulla sunt
peccata sunt ubi semper gau
dium nulla mors mala egritudo
nulla molestia laudent deum
Beati vos autem in primo adhuc
sumus Sed si cogitamus quod hic
ibi laudatur deus cor ibi hec
et non sine causa audimus sursum
cor/ habemus cor sursum ne
putrescat in terra quia placet
vobis quod ibi agunt angeli modo
nos spe postea re Cum illuc
venerimus laudate eum in
excelsis laudate eum omnes
angeli eius laudate eum omnes
virtutes eius laudate eum sol
et luna laudate eum omnes
stelle et lumen/ laudate eum
celi celorum et aque que super
celos sunt laudent nomen domini
Non complicat omnia in mundo Sed
tamen summatim quasi omnia per
strinxit et conclusit omnia ce
lestia laudantia creatorem suum
Et quasi diceretur ei quare illum lau
dant Quid illi debent Quid
illis contulit ut laudent eum
Sequitur Quoniam ipse dixit et facta
sunt ipse mandavit et creata
sunt Non mirum si opera laudant
operatorem non mirum si facta
laudant factorem non mirum si
creatura laudant creatorem
Ibi et christus nominatus est et quando
non audimus nomen ipsius verbum
est christus In principio erat verbum
et verbum erat apud deum et
deus erat verbum hoc erat in principio
apud deum Omnia per ipsum facta
sunt et sine ipso factum est nichil
quod factum sunt per verbum Quo
hic ostendit quia per verbum facta

sunt Ipse dixit et facta sunt ipse
mandavit et creata sunt Ipse
dixit et facta sunt Nemo dicit
nemo mandat nisi verbo
Statuit ea in seculum et in seculum
seculi Omnia celestia omnia su
periora virtutes omnes atque
angelos civitatem quandam super
nam bonam sanctam beatam unde
quia peregrinamur miseri adhuc
sumus et quo redditum in spe
beati et quo redierimus in re
beati Statuit ea in seculum et in
seculum seculi preceptum posuit
et non preteribit Quale preceptum
putatis habere celestia et ange
los sanctos Quale preceptum de
dit illis deus Quale nisi ut
laudent illum Beati quorum
hoc est negotium laudare deum
Non arant non seminant non
molunt non coquunt opera
enim sunt ista necessitatis ibi ne
cessitas non est non furantur non
depredantur non adulterantur opera
enim sunt ista iniquitatis ibi
iniquitas non est Non frangunt
panem esurienti non vestiunt
nudum non visitant egrotum
non concordant litigiosum non
sepeliunt mortuum Opera enim
sunt ista nunc ibi nulla mise
ria est in qua fiat misericordia Obti
putamus enim nos sic Eya
suspiremus de suspirio gema
mus Et quid sumus in illo sumus
mortales proiecti abiecti cinis
Sed qui promisit omnipotens est
non est fallax angelum fecit hominem
ex homine qui fecit hominem ex
nichilo erit non primo hoc
deus hominem propter quem mori

nolunt vinciri sicut Attendamus
ad indicium dilectionis promissio
nis dei tales arras accepimus
Tenemus mortem xpi Tene
mus sanguinem xpi Eius mor
tuus est Vinctus pro nobis mor
tuus est Vitam pro nobis Et
promisit Sed quid Et enim xpus
ait apostolus pro impiis mortuus
est Non donauit impiis mortem
suam Quid seruat iustis nisi
vitam suam Erigat ergo se
humana fragilitas non desperet
non se collidat non se auctat
non dicat non ero quod promisit deus
est et venit ut promitteret appa
ruit hominibus venit suscipere
mortem nostram venit promittere
vitam suam venit ad regionem
peregrinationis nostre accipere hoc
quod habundat hic Obprobria fla
gella colafos contumelias
sputa in faciem spinea corona
suspensionem in ligno crucis
mortem hec habundant in regio
ne nostra ad talia cointia venit
Quid hic dedit quid hic acce
pit dedit exhortacionem dedit
doctrinam dedit remissionem
peccatorum Accepit contumelias
mortem crucem Attulit no
bis de illa regione bona et
in regione nostra pertulit mala
promisit tamen nobis quod ibi fu
turi simus Vnde venit et ait
pater volo ut vbi ego sum
et ipsi sint mecum Tanta pre
cessit dilectio quia vbi nos era
mus sunt nobiscum vbi ipse
erimus cum illo Quid tibi pro
misit deus O homo mortalis
quia victurus es mecum

Non credis Crede plus est quod
iam fecit quam quod promisit Quid
fecit mortuus est pro te Quid
promisit ut viuas cum illo Incre
dibilius est quod mortuus est eternus
quam ut mecum viuat mortalis
Iam quod incredibilius est tenemus
Si propter hominem mortuus est
deus non est homo victurus cum
deo Non est mortalis victurus in
eternum propter quem mortuus est
deus qui viuit mecum Sed quomodo
mortuus est deus Et vnde mor
tuus est deus Et potest mori deus
Accepit ex te vnde moreretur pro te
non posset mori nisi caro non posset
mori nisi mortalis Corpus induit
se vbi pro te moreretur Induet te
vbi cum illo viuas vbi se induit
morte In vtero matris vbi te
induet vita In equalitate patris
Elegit hic sibi thalamum castum
vbi coniungeretur sponsus sponse
Verbum caro factum est ut fieret caput
ecclesie Verbum enim ipsum non est pars
ecclesie Sed ut esset caput ec
clesie carnem assumpsit Quid dam
mnum iam sursum est quod hic acce
pit vbi mortuus est vbi cru
cifixus est Iam quedam primicie
tue vbi precesserunt dubitas
quia secuturus es Ergo conuertat
se ad terram quia iam dixit
laudes celestium laudate dominum
de terra Supplius enim verbum cepit
laudate dominum de celis et enar
rauit celestia Modo audi ter
restria Dracones et omnes abyssi
profunditates aquarum sunt maria
omnia nubilosus iste aer ad
abyssum pertinet vbi nubes ven
tus venti vel tempestas vbi

pluuia corruscationes tonitrua
grandines nix Et quidquid wlt
deus super terram fieri de isto
humido et caliginoso aere totum
hoc terre nomine appellant quia
nimis mutabile est atque mor
tale nisi forte putatis quia
pluit supra stellas Omnia ista
hic sunt prope terram Et alii sunt
homines in cacuminibus montium
et nubes sub se vident et sunt
plerumque pluuie et apparent hic
interitus omnia ista que pertur
bato aere concitantur hic fieri
in ista parte mundi infima prop
ter ea ad ista caliginosa id est ad hunc
aerem tanquam ad carcerem dap
natus est dyabolus de appari
tione superiorum angelorum lapsus cum an
gelis suis Nam apostolus hoc de
illo dicit Secundum principem pote
statis aeris huius qui nunc operatur
in filiis diffidentie Et alius
apostolus dicit Si enim deus an
gelis peccantibus non pepercit
sed carceribus caliginis inferni
trudens tradidit in iudicio pu
niendos seruari infernum hoc appellans
quod inferior pars mundi sit non
si enim cogitare quod accepit dya
bolus sed quod perdidit omnia ista
ergo videtis qualia sunt mutabi
lia turbata terribilia corrupti
bilia Tamen habent locum suum habent
ordinem suum implent et ipsa
vniuersum pulcritudine pro modo
suo et ideo laudant dominum Co
rus ergo ad illam tanquam cohor
tans et ipsa vnio cohortans nos
ut eorum consideratione laudemus
deum Sic enim laudant deum
cum considerata pariunt laude

dei Cepit dicere laudate dominum
de terra dracones et omnes abyssi
Dracones circa aquam versantur
de speluncis procedunt feruntur
in aere concitatur propter eos aer
Magna quedam sunt animalia
dracones maiora non sunt super
terram propterea inde cepit draco
nes et omnes abyssi Sunt autem
spelunce latentium aquarum unde
fontes unde flumina procedunt
et alia procedunt ut fluant super
terram Alia occulta subterrenea currunt
Et totum hoc atque omnis ista
humida natura aquarum simul cum
mari et isto infimo aere abyssus
uel abyssi vocantur ubi viuunt
dracones et laudant deum
Absit Sed nos considerantes
dracones attendimus artificem
draconum creatorem draconum
Et cum miramur dracones et
dicimus magnus deus qui hoc
fecit dracones laudant deum
vocibus nostris dracones et omnes
abyssi Ignis grando nix gla
cies procellarum spiritus que faciunt
verbum eius Multis stultis non
valentibus contemplari et di
scernere creaturam locis suis
et ordine suo submittu et iussu
dei agentem motus suos visum
est quia superiora omnia deus
gubernat Inferiora non deus de
spiciat deserit abiicit ut nec
curet ista nec gubernet ut re
gat sed casibus regantur quo
possunt quia possunt et mo
uent illos quae dicunt alii sibi
sed non dicant tibi .i. non au
diendo concordias quando ista
dum blasphema enim sunt et

spectabilia domine. Si enim deus plu-
eret in mare. Qualis inquit
providencia. Gettulia sitit et
mare compluitur. Acute sibi vide-
tur tractare quibus hoc durum est.
Gettulia sitit tu nec sitis.
Bonum enim erat ut diceres domine
anima mea velut terra sine aqua
tibi. Quod alio loco apte so-
nat. Sitivit in te anima mea
quam multipliciter tibi caro mea.
Et dicis [illegible]. Beati qui esu-
riunt et siciunt iusticiam quoniam ipsi
saturabuntur. Iste enim saturatus
est qui talia disputat quasi doc-
tus sibi videtur nec vult discere
et ideo non sitit. Veram si sitiret
vellet discere et inveniret quia
totum dei providencia fit in terra
et in mari et disposita est membris
pulicis. Attendat tantus vir.
Deus disposuit membra pulicis
et culicis ut habeat ordinem suum
habeant vitam suam habeant mo-
tum. Unam bestiolam brevem
minutissimam. Considera quam vo-
lueris. Considera ordinem membrorum
ipsius et animacionem vite qua mo-
vetur ut ipse fugit mortem amat
vitam appetit voluptates de-
vitat molestias exerit sensus
diversos viget motu congruo sibi.
Deus dedit aculeum culici quo
sanguinem sugat. Quam tenuis fi-
stula qua sorbet. Deus dispo-
suit ista. Deus fecit ista. Ergo
parvis et in minimis lauda magnum.
Hoc itaque tenete fratres mei. Re-
mus nos exerciat arcana docta.
Deus fecit in celo angelum. Ipse
fecit in terra vermiculum in terra pro
habitatione terrestri. Verumquid
angelum fecit repere in ceno et
vermiculum in celo. Distribuit sedibus
habitatores. Incorrupcioni incorrup-
tis dedit sedibus corruptibilia
corruptibilibus locis. Totum attende
totum lauda quod ergo disposuit
membra vermiculi non gubernat nubes.
Et quare in mare pluit quasi
non sint in mari qui alantur pluvia
quasi non ibi fecit pisces qui non ibi
fecit animalia. Attendite quomodo pisces
currunt ad aquam dulcem et quasi
inquit piscibus pluit et unum alium
non pluit ut cogites te esse in
regione deserti et in peregrinacione
vite et inarescat tibi vita presens
ut futuram desideres aut ut fla-
gelleris et corripiaris et corri-
garis. Quomodo autem distribuit propria
regionum. Ecce quam de Gettulia
locuti sumus pluit hic per omnem
annum et omni anno datur frumentum.
Demum hic frumentum non potest
cito corrumpitur quia omni anno
datur. Ibi quia raro et multum
datur et diu servatur. Sed forte
putas quia ibi deserit deus
homines aut non ibi sunt in iocun-
ditatem suam et laudant et glo-
rificant deum. Apprehende in
Gettulum pone inter istas arbo-
res amenas fugere hinc vult
et redire ad nudam Gettuliam.
Omnibus ergo deus locis regio-
nibus temporibus sua queque di-
stribuit et ordinavit et longum
est commemorare diligencius
consideracionem omnium rerum. Deus
illam explicat. Tamen qui oculos
habent multa ibi vident cum vide-
rint placent cum placuerint
laudantur vos tamen ipsa sed ille

qui fecit Ita omnia laudat deum
hec considerans spiritus psalmiste cum di-
xisset Ignis grando nix glacies
spiritus tempestatis que omnia tur-
bata videntur quibusdam stultis
et quasi casibus agitari Addidit
que faciunt verbum eius Ideo tibi
videantur casibus moveri que verbo
dei omni motu suo deserviunt Ubi
vult deus illuc lucet ignis
Illuc feruntur nubes sive pluvia
sive nives sive grandine portet
Et quare percutiunt montem fulmina
et non percutiunt latronem possum
dicere pro captu mentis mee quantum
deus donare dignetur maiores
maiora noverint et amplius
intelligant et det nobis deus
plus sapere quam dico tum cum tem-
perancia sine superbia possum ego
pro modulo meo dicere quare percuciant
fulmina montes et non percuciant
latrones quia forte adhuc
conversio latronis queritur ideo
percutitur mons qui non timet
ut mutetur homo qui timet
Aliquando et tu condas disciplina
etiam feris ut infans expa-
vescat Et alii ferit hominem
quem vult Sed dicas michi Ecce
cedit in nocenciorem et dimittit
sceleraciorem Noli mirari corpus
undique pro bona est Tu autem scis
illi scelerato si se mutari noluit
quid penarum in occulto fuerit
Noli ne malle fulmine interdum
quibus in fine dicetur Ite in ignem
eternum Opus est ut noveris sic
Quid enim malum est mori in na-
ufragio sed bonum est mori fe-
bre sive inde moriatur Quere
qualis sit qui moritur Non post

mortem iturus non unde venit a
exiturus est Quacunque occasione
exitur hinc simus quibus exi-
tibus martires exire meruerunt
Nunquid febribus Nonne
multi optant ut febre solvantur
Alii uno ictu gladii Alii ignibus
Alii bestiis Et devoraverunt
bestie corpora martirum et non ti-
muerunt ut perirent corpora
ipsorum Undique deus reducet
corpora sanctorum cui capilli vestri nu-
merati sunt Et quid noluit tres
pueros ab igne liberavit Nunquid
ideo machabeos in igne dese-
ruit Illos aperte liberavit Illos
occulte coronavit Novit ergo
deus quid agat Tu time et
bonus esto Utcunque noluit ut
exeas hinc paciens te inveniat
Inquilinus enim es non possessor
domus locata est non donata
et si nollis migrabis et non cum
tali condicione accepisti ut
quasi tempora tibi data sunt Sed
dicat dominus tuus Nunquid nolis
cum dixero migra paciens esto
Expello de hospicio sed dabo
domum Inquilinus es intra eius
possessor in celo Nunquid ergo
hic acciderit contra voluntatem
meam nominis non accidere
nisi de voluntate dei de provi-
dencia ipsius de ordine ipsius
de nutu ipsius de legibus ipsius
Et si nos non intelligimus quod
quare fiat demus hoc providen-
cie ipsius quia non fit sine causa
et non blasphemabimus Cum
enim ceperimus disputare de operibus
dei quare hoc quare illud et
non debuit sic facere male fecit

h' ubi est laus dei perdisti alle-
luya Omnia sic considera quo
placeas deo et laudes artifi
cem quia si intres forte in offi
cinam fabri ferrarii non audes
reprehendere folles incudes mal
leos da imperitum hominem nescien
tem quid quid sit et omnia rep
rehendit sed si non habeat peritiam
artificis habeat saltem considera
tionem quid sibi dicit non sine
causa h' loco folles positi sunt ar
tifex novit quare Et si ego
non novi In officina non audet
reprehendere fabrum et audet
in h' mundo reprehendere deum
Ergo quemadmodum ignis gran
do nix glacies spiritus tempe
statis faciunt verbum eius Dic
omnia que natura videntur in terra
nata tremere fieri non faciunt
nisi verbum eius quia non fiunt
nisi iussu eius Deum dico ut
deum laudent montes et omnes
colles ligna fructifera et
omnes cedri bestie et omnia pec
cora reptilia et volatilia pe
nnata deum homines Reges
terre et omnes populi principes
et omnes iudices terre Iuvenes
et virgines senes cum iunioribus
laudent nomen domini Explicata
est laus de celo Explicata
est laus de terra Nunc exaltatum
est nomen eius solius Nemo
querat exaltari nomen suum
nisi exaltari illi te subde qui
non potest humiliari exaltatum est
nomen eius solius Confessio eius
in celo et in terra Quid est con
fessio eius super celum et terram
quia ipse confitetur non sed qr

illum omnia confitentur omnia
clamant omnium pulchritudo quodammodo
vox eorum est confitentium deo
Clamat celum deo tu me fe
cisti non ego Clamat terra tu
me condidisti non ego Quomodo
clamant ista quando considerantur
et h' inveniuntur ex tua consideratione
clamat ex voce tua clamant
Confessio eius in celo et in terra
Attende celum pulchrum est Atte
nde terram pulchra est Utrumque sunt
valde pulchra et ipse fecit ipse
regit ipsius nutu gubernantur
Ipse variat momenta Ipse instau
rat proprium omnia Ergo ista lau
dant illum deum sive in statu sive
in motu sive de terra deorsum
sive de celo sursum sive in ve
tustate sive in renovatione
Cum vides hec et gaudes
et attollis in artificem et in
visibilia eius per ea que facta
sunt intellecta conspicis Con
fessio eius in terra est et in
celo idest confiteris ei de rebus
celestibus Et quia ipse fecit
omnia et melius illo non est
aliquid quidquid fecit infra
illum est et quidquid in hiis
tibi placet minus est quam
ipse non ergo ita te placeat quod
fecit ut recedas ab eo qui fecit
Sed si amas quod fecit multo
magis eum qui fecit Sed si
amas quod fecit multo magis eum
qui fecit Si pulchra sunt que
fecit quanto pulchrior est qui fecit
Confessio eius in terra et in celo
et exaltabit cornu populi sui
Ecce quod prophetabant aggeus et
zacharias modo cornu populi

ipsius humile est in turbis in t-
ribulationibus in temptationibus
in contritione pectoris Cum exalta-
bitur cornu populi sui Cum venit
ipse dominus et ipse ortus fuit
sol noster non iste qui oculis videtur
et oritur super bonos et malos
Sed de quo dicitur vobis qui
timetis dominum Orietur sol iusti-
cie et sanitas in pennis eius Et
de quo dicturi sunt impii et
superbi Iusticie lumen non luxit
nobis et sol non est ortus nobis
Ipsa erit estas nostra Modo fructus
in hyberno non apparet Attendis
quasi aridas arbores per hyemem
Cum viride non novit aridam
putat utrumque Et si forte est iuxta
que vero arent similes sunt am-
be per hyemem Illa vivit illa
mortua est Sed illius vita
et illius mors in abscondito
est Cum estate procedit vita illius
clarificatur mors illius mani-
festatur procedit honor foliorum
fecunditas fructuum vestitur
vitis in facie exeo quod habet intra
dicte Ergo modo fratres tales
sumus quales sunt alii homines
vero nascuntur manducant
bibunt vestiuntur transigunt vitam
istam sicut et sancti Aliquando ipsa res
decipit homines dicunt Ecce quod
esse cepit Xanius(?) Numquid non
ei dolet caput Aut qui xang(?)
est quid habet plus quam Omnis
arbor attendis Attendis nos
te utramque iudam in hyberno sed
non aridam estas veniet Veniet
dominus honor noster qui latebat in
radice et tunc exaltabit cor-
nu populi sui post captivitatem

ingna mortali Dominus du
dicit Apostolus Nolite ante tempus
iudicare donec veniat dominus
et illuminet abscondita tenebrarum
et tunc laus erit unicuique
a deo Sed dicis michi ubi est
radix mea Ubi est fructus
meus Si ardes nosti ubi est
radix tua Ibi est enim ubi
est fides tua ubi est spes
et caritas tua Audi apostolum
Mortui enim estis quasi per
hyemem Mortui apparebant
Audi quia et vita
nostra abscondita est inquit
cum Christo in deo Ecce ubi habes
radicem Cum ergo ornaberis
honore Quando fecundaberis
fructu Audi illum sequentem
Cum Christus apparuerit vita nostra
tunc et vos cum illo apparebitis
in gloria Et exaltabit cornu
populi sui ympnus omnibus sanctis
eius Hymnus sanctis quid est
Canticus est cum laude dei
Si laudas deum et non can-
tas non dicis ympnum Si lau-
das aliquid quod non pertinet ad
laudem dei Et si cantando lau-
des non dicis ympnum Ympnus
ergo ista tria habet et canticum
et laudem dei laus ergo dei
in cantico ympnus dei dicitur
Quid ergo est ympnus omnibus
sanctis eius Accipiant sancti eius
ympnum dicant sancti eius ympnum
Terna hoc est quod accepturi sunt
in fine ympnum sempiternum Ideo
alio loco dicit psalmus Sacri-
ficium laudis glorificabit me
Et ibi est via qua ostendam
illi salutare dei mei Et bea

qui habitant in domo tua in secla
seculorum laudabunt te hoc est ympn
inus omnibus sanctis eius qui sunt
sancti eius filiis israel populo appro
quanti sibi Nemo dicat non
sum filius israel Nec putet inde
hos filios israel esse et nos
non esse filios israel Audeo vobis
dicere fratres mei Illi non sunt sed
nos sumus Audite quare quia
quia maior est natus secundum
spiritum quam natus secundum carnem
Unde israel ex abraham quia et
ysaac ex abraham israel ex ysaac
Unde placuit deo abraham
Credidit autem deo abraham
et deputatum est illi ad iusticiam
Quicumque imitatus fuerit abra
ham filius est abrahe Quicumque
degeneravit a fide abraham per
didit progeniem abrahe Iudei
degeneraverunt perdiderunt nos
imitati sumus invenimus Audi
quia ibi perdiderunt Quando illis
dixit dominus dicentibus filii su
mus abraham Aufert sunt ori
tare se et erigere cervice de
nobilitate generis nostri Et quid
illis dominus Si filii abrahe essetis
facta abraham faceretis Ergo
perdiderunt ipsi quod hii sunt filii
abrahe invenimus nos ut filii
simus abrahe Credendo quippe
invenimus quod illi non credendo
amiserunt quia credidit abra
ham deo et deputatum est illi
ad iusticiam et semine abrahe christus
et in christo nos sumus et ex israel
populus de quo populo maria De
qua maria christus in quo christo
nos sumus Ergo filii israel nos
Et quod addidit ut distinueret

nos filiis israel populo appropinquanti
sibi Attendite iudeos si appropin
quat ipsi sunt Et forte propinquant
dicit michi aliquis cottidie et
ipsi cantant psalmum et cantant
ympnos dei Non audisti quid
eis dixit propheta populus hic labiis
me honorat cor autem eorum lo
nge est a me Si illorum cor longe
est nostrum cor proximum est quia
credimus quod speramus quod dili
gimus quod christo adiuncti sumus
quia membra ipsius facti sumus
Nunquid membra longe sunt
a capite Si essent longe et
dimissa essent non diceret Ecce ego
vobiscum sum usque ad consumma
cionem seculi Si separata essent non
de celo diceret Saule saule quid
me persequeris Si non in nobis
esset non diceret Esurivi et dedi
stis michi manducare Et cum
dicerent illi quando te vidimus esu
rientem Respondit Cum uni ex mini
mis meis fecistis michi fecistis
Ecce populus esse appropinquans
israel et cum illo modo sepe po
stea re etc.

Laudemus dominum et in voce
et in intellectu et in opere
bono Et sicut nos hortatur iste
psalmus Cantemus ei canticum
novum Sic enim cepit iste psalmus
Cantate domino canticum novum
vetus homo vetus canticum
Novus homo novum canticum
vetus testamentum vetus canticum
Novum testamentum novum canticum
In veteri testamento promissiones
sunt temporales et terrene Quicumque
terrena diligit vetus canticum

cantat qui vult cantare canti-
cum novum diligat eterna Ipsa di-
lectio nova est et eterna Ideo
semper nova quia numquam veteras-
cit Nam si vis considerare antiquum
est hoc quod modo est novum Unde
quid fratres mei Vita eterna modo
nata est Vita eterna ipse est Christus
Et secundum divinitatem non modo natus
est Quia in principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus
erat verbum Hoc erat in principio
apud deum Omnia per ipsum facta
sunt et sine ipso factum est nichil
Si que per ipsum facta sunt antiqua
sunt Quid est iste per quem facta
sunt Quid nisi eternus et patri
coeternus Sed nos delapsi ad
peccatum pervenimus ad vetustatem
Nostra enim vox est in illo psalmo
ubi dicitur Cum gemitu inveteravi
in omnibus inimicis meis Inve-
teravit homo per peccatum innovatur
per gratiam Omnes ergo qui innovantur
in Christo ut ad vitam eternam incipiant
pertinere canticum novum cantant
Et hoc canticum pacis est canticum
hoc caritatis est Quisquis se
agnitione sanctorum separat non cantat
canticum novum Vetustus enim est
veteri animositate non nova cari-
tate In nova caritate quid est
pax vinculum sancte societatis com-
pago spiritualis edificium de lapi-
dibus vivis Ubi est hoc non
in uno loco sed per universum orbem
terrarum Audi hoc de alio psalmo
sic dicit Cantate domino canticum
novum cantate domino omnis terra
Ex hoc intelligitur quia qui non cum
omni terra cantat vetus canticum
cantat quelibet verba decore eius

predicant Quid enim attendo quod
sonet tu vides quid cogitet
Et tu inquis vides quod cogitet
Fratres mediantur Nam oculus
conscientiam non penetrat Atten-
do quid agat et ibi intelligo
quid cogitet Neque enim si quisque
ubi gratia apprehenderit hominem
in furto in homicidio in adul-
terio cogitationes ipsius in corde
videt Sed in fratribus quedam sunt
que intus latent Sed sunt
et multa que procedunt in opera
et manifesta eciam sunt hominibus
Cum ergo essent illi qui se a
compage caritatis Christi et so-
cietate sancte ecclesie separarunt
mali intus apud se non noverat
nisi deus Venit temptatio
separavit illos et palam fecit
hominibus quod noverat deus Non
enim fructus ostenditur nisi in factis
Unde dicitur Ex fructibus eorum
cognoscetis eos Dixit enim
dominus de quibusdam quod ovium
vestitu se induunt intus autem
sunt lupi rapaces Et ne
forte fragilitas humana dice-
ret non possum lupum sub ovina
pelle aut ex fructibus eorum
cognoscetis eos Querimus fruc-
tus caritatis invenimus spinas
dissensionis Ex fructibus eorum
cognoscetis eos Ergo eorum can-
ticum vetus est Cantemus nos
canticum novum Iam diximus
fratres omnis terra cantat canticum
novum Qui cum omni terra non can-
tat canticum novum dicat quod
vult lingua sonet alleluia dicat
tota die dicat tota nocte
non valde aures mea inclinantur

ad vocem cantantis Sed quere mores operantis Interrogo eum et dico Quid est quod cantas Respondet alleluia Quid est alleluia laudate dominum Venite simul laudemus dominum Si tu laudas deum et ego laudo deum Quare discordia sumus Caritas laudat deum discordia blasphemat deum Et vultis iam nosse ubi cantetis canticum novum Nunc damus est in ipso psalmo videte quomodo fiant et ubi fiant utrum per omnes gentes fiant ista an in una aliqua parte terrarum et hinc plenius intelligetis ad quem pertineat canticum novum Iam quidem manifestum est id est quod de alio psalmo commemoravimus Cantate domino canticum novum Et ut ostenderet in cantico novo esse fructum caritatis et unitatis addidit Cantate domino omnis terra Nemo se separet nemo se disiungat triticum es ferto paleam quousque ventiletur area Noli exire foras ab area Invenient te volatilia et colligent te Adde quod eo ipso quod evolas palea te esse indicas Sed quia levis eras venit ventus et de sub pedibus boum ablatus es Qui autem triticum sunt ferunt trituram Quia grana sunt gemunt inter paleam Expectant ventilatorem qui cognoscunt redemptorem Cantate domino canticum novum laus eius in ecclesia sanctorum Haec ecclesia sanctorum Que est ecclesia sanctorum ecclesia fidelium toto terrarum orbe diffusorum paginum domini

seminata quod est hic mundus ipso domino exponente cum deseraret dicens quia hoc seminavit bonum semen in agro suo et venit inimicus et superseminavit zizania Et vidit Inimicus homo hoc fecit noluit colligere et zizania Et composuit illos dicens Sinite utraque crescere usque ad messem et tempore messis dicam messoribus Colligite primum zizania et alligate fasciculos ad comburendum ea Triticum autem meum reponite in horreo Postea interrogaverunt discipuli dicentes Narra nobis parabolam zizaniorum Et ipse exposuit omnia ut nullus corde suo tremat quod intellexit sed nigro telesti exponenti Nemo dicat Ego posuit sibi quod voluit Si parabolam prophete exponeret dominus quando ipse per eos loquebatur quod dicebant quis auderet dicere non sic debet exponere Multo magis quam ipse exposuit quod ipse proposuit Quis audeat contradicere Non sic debet exponere Quis auderet contradicere manifeste veritati Cum ergo hanc parabolam deus exponeret ait Qui autem seminat bonum semen filius hominis est sic utique demonstrans Bonum vero semen filii sunt regni Ipsa est ecclesia sanctorum Zizania autem filii sunt maligni Ager est hic mundus Iam videte fratres quia primum seminatum est bonum semen et postmodum seminata sunt zizania Nunquid in parte triticum et in parte zizania per totum triticum et per totum zizania Ager dominus mundus est non Africa

Non quod terra ista getulia fert
sexagenum et centenum et immun-
dia fert deum non sic est deus
agri sui mundus est ubique
illi fertur fructus et centenus
et sexagenus et tricenus tu
tum inde quid velis esse si cogi-
tas ad eum fructum pertinere Ergo
ecclesia sanctorum ecclesia catholica est
Ecclesia sanctorum non est ecclesia hereticorum
Ecclesia sanctorum illa est quam prefigurat
deus antequam videretur et ex-
hibuit ut videretur Ecclesia sanctorum
erat autem in codicibus modo in gentibus
Ecclesia sanctorum ante tantum modo le-
gebatur nunc et legitur et
videtur Quando solum legebatur
credebatur modo videtur et con-
tradicitur laus eius in ecclesia sanctorum
letetur israel in eo qui fecit eum
Quid est israel videns deum
Sic enim interpretatur nomen israel vir
videt deum in ipso letetur quo-
modo factus Quid est ergo fides qua
dicimus nos ad ecclesiam pertinere
sanctorum Nunquid iam videmus
deum Quomodo sumus israel si non
videmus Est quedam visio
huius temporis Erit alia visio
futuri temporis visio que nunc
est per fidem est visio que futura
est per speciem erit Si credimus
videmus Si amamus videmus
Quid videmus deum ubi est ipse
deus Interroga iohannem deus cari-
tas est Benedicamus nomen eius
sanctum et gaudeamus in deo Si ga-
udemus in caritate quisquis habet
caritatem ut quid illum mittimus
longe ut videat deum Con-
scientiam suam attendat et ibi vi-
det deum Si caritas ibi non

habitat non ibi habitat deus Si
autem caritas ibi habitat deus ibi
habitat Vult illum forte videre
sedentem in celo habeat caritatem
et in illo habitat sicut in celo quo-
modo sumus israel Et letemur in eo qui
fecit nos letetur israel in eo qui
fecit eum letetur non in arrio
non in donato non in ceciliano
non in tertulliano non in aliquo homine sed in
eo qui fecit eum letentur in eo
fratres non nobis commendamus
nos ipsos sed commendamus nobis
deum quare commendamus nobis deum
Quomodo nobis deum commendamus
ut diligatis illum bono vestro
non bono ipsius quia malo
vestro si eum non diligatis non ma-
lo ipsius Vos enim nunquam deus
habebit divitatem si homo in illud
non habuerit caritatem Tu crescis
ad deum non ille ad te et tamen
nos dilexit prior antequam eum
diligeremus ut filium suum unicum
mitteret mori pro nobis qui fecit
nos factus est inter nos Quomodo
nos ipse fecit Omnia per ipsum facta
sunt et sine ipso factum est nichil
Quomodo factus est inter nos Et verbum
caro factum est et habitabit in nobis
Quomodo ipse est in quo debemus le-
tari Nemo sibi arroget partes
ipsius ab ipso est leticia que nos
facit felices letetur israel in eo
qui fecit eum et filii syon ex-
ultent in rege suo ipse est israel
qui filii syon Syon fuit que-
dam civitas que cecidit in
cuius reliquiis habitabant quidam
sancti temporaliter Sed syon vera
et ierusalem vera quia ipsa syon
que ierusalem eterna est in celis

que est mater mea ipsa nos ge-
nuit ipsa est ecclesia sanctorum ipsa
nos nutrit ex parte peregrina ex
magna parte manens ex parte
qua manet in celo beatitudo est
angelorum ex parte qua peregrinatur
iustorum solo spes et iustorum de illa
dictum est gloria in excelsis de hac
dictum est et in terra pax hominibus
bone voluntatis Nunc ergo in hac
vita gemunt et desiderant illam
patriam dilectione currant non pe-
dibus corporis non querant naves
sed pennas duas alas caritatis
apprehendant Que sunt due ale
caritatis dilectio dei et dilectio
proximi peregrinam enim suspiramus
gemimus Venerunt ad nos litere
de patria mea ipsas nobis reci-
tamus letetur israel in eo qui fecit
eum et filii syon exultent in
rege suo Quod dixit qui fecit
eum hoc dixit in rege suo Sed
audistis israel hoc est filii syon
Et quod audistis in eo qui fecit
eum hoc est in rege suo filius
dei qui fecit nos factus est unus inter
nos et rex noster regit nos quia
creator noster fecit nos Ipse est
tamen per quem facta sunt omnia
qui est per quem regimur Et ideo
xpiani quia ille est xpus xpus
a crismate dictus et ideo alibi unc-
tione reges aut ungebantur
et sacerdotes Ille nunc unctus et
rex et sacerdos Rex pugnavit
pro nobis Sacerdos obtulit se pro
nobis Cum pro nobis pugnavit
quasi victus est Vere autem vicit
Crucifixus est enim et de cruce
sua iniqua erat fixus in qua alios
occidit et inde rex noster unde

aut sacerdos quia se pro nobis ob-
tulit Date sacerdoti quod offerat Sed
unde inveniret homo quod daret mun-
dam victimam Quam mundam potest
offerre peccator O inique o impie
quidquid attuleris immundum est
et aliquid mundum pro te offerendum
est Querere aput te quod offeras
non invenies Querere extra quod
offeras non delectatur arietibus
non hircis non thauris omnia ipsius
sunt et si non offerres offerres ergo
illi mundum sacrificium Sed peccator es
impius es sed in gratia offendum
Sed potius forte aliquid mundum
offerre purgatus sed ut purgeris
aliquid pro te offerendum est Quid
ergo pro te oblaturus es ut munderis
Si mundatus es potius offerre pur-
gatus quod mundum est Offerat
ergo seipsum mundus sacerdos ut mun-
det hoc est quod fecit xpus Quid
mundum inveniret in hominibus quod
offerret pro hominibus seipsum obtu-
lit mundam victimam felix victima
munda victima hostia immacu-
lata Non ergo hoc obtulit quod
a nobis accepit et mundum obtu-
lit Carnem enim a nobis accepit
hanc obtulit Sed unde illam acce-
pit De ventre virginis marie ut
mundam offerret pro immundis
Ipse est rex ipse sacerdos in illo
letemur / laudent nomen eius
in choro Et chorus quid significat
multi noverunt chorum et quia
in civitate loquimur pene omnes
noverunt / chorus est consensio
cantantium Si in choro cantamus
concorditer cantemus Quisquis
cantantium quisquis voce discre-
pavit offendit auditum et pertur-

bat chorum. Si vox intus veniret
cantantibus disturbabat concentum
cantantium, voluntas disturbabat dis-
sonans, sed si consensus laudan-
tium. Chorus Christi iam totus mundus
est. Chorus Christi ab oriente in occi-
dente consonat. Videamus si tym
extenditur chorus Christi. Dicat aliquis
psalmus a solis ortu usque ad occa-
sum laudate nomen domini. Laudent
nomen eius in choro, in tympano
et psalterio psallant ei. Quare assumit
tympanum et psalterium? Ut non sola
vox laudet sed etiam opera. Quando
assumitur tympanum et psalterium
manus concinunt voci. Sic et tu
si quando cantas alleluia porrigas et
manum esurienti, vestias nudum,
suscipias peregrinum, non sola vox
sonat sed manus concinit, quia
verbis facta concordant. Assumpsi-
sti organum, consonant digiti
lingue. Et ipsum misterium tympani
et psalterii non est tacendum.
In tympano corium extenditur,
in psalterio corde extenduntur. In utroque
organo caro crucifigitur. Quam
bene psallebat in tympano et
psalterio qui dicebat Michi mundus
crucifixus est et ego mundo. Ipsum
psalterium vel tympanum te vult tol-
lere qui amat canticum novum,
qui te docet, qui tibi dicit: Qui
vult esse meus discipulus abne-
get semetipsum et tollat crucem
suam et sequatur me. Non dimittat
psalterium suum, non dimittat tym-
panum. Extendatur in ligno et
siccetur a concupiscentia carnis. Nec
in quanto plus siccantur extenta tan-
to acutius sonant. Ut ergo acute
sonaret Pauli apostoli psalterium

qui dixit: Que retro oblitus
in ea que ante sunt extentus
sequor ad palmam superne vo-
cationis. Extendit se ipsum, tetigit
ipsum Christus et sonuit dulcedo veritatis.
In tympano et psalterio psallant
ei. Quia beneplacitum est domino in populo
suo. Quod tamen beneficium quam
non promptius? Quod tam beneficium
quam dicere: Non adhuc pertinet quod
fuistis. Estote quod non fuistis. Beneplacitum
facit dominus in populo suo dimittendo
peccata, vitam promittendo eternam.
Beneplacitum facit animum contra pug-
nantem adiuvare, vincentem
coronare. Beneplacitum facit dominus in populo
suo et exaltabit mansuetos
in salute. Exaltantur enim superbi
sed non in salute. Mansueti in sa-
lute, sed superbi in morte. Ideo
superbi ipsi se exaltant et dominus
eos humiliat. Mansueti ante
ipsi se humiliant et deus eos
exaltat. Exaltabit mansuetos
in salute. Exultabunt sancti in gloria.
Sanctorum aliquid volo dicere. Audi-
te attentius de gloria sanctorum.
Nemo est enim qui non amet
gloriam. Sed gloria stultorum popularis
illa que dicitur est illecebra
deceptionis ut ad laudes vanorum
hominum. Quisquis commotus ve-
lit sic vivere ut predicetur ab
hominibus quibuscumque quomodocumque
sunt homines insani effecti et
inflati typho inanes intus
foris timidi et res suas do-
nando scenicis histrionibus
venatoribus aurigis. Quanta
donant, quanta impendunt,
effundunt vires non patrimonii tantum
sed etiam animi sui. Isti fastidiunt

pauperem quia non clamat ipse ut pauper accipiat Clamat autem ipse ut venator accipiat Illi ergo ubi eis non clamatur nolunt erogare ubi clamatur ab ipsis insaniunt et fiunt omnes insani et qui spectant et qui spectat et qui donant Insania ista gloria resplendat a domino superbat ante oculos omnipotentis Et tu fratres mei ipse xpus improperet sibi et dicat non a vobis recepi tantum quantum acceperunt venatores Et illi ut donaret de meo donastis Ego autem nudus eram et non vestistis me Et illi quando te vidimus nudum et non vestimus te Et ille Cum uni ex minimis meis non fecistis michi non fecistis Ecce cui vis vestire qui tibi placet in quo tibi xpus displicet vestire vis venatorem quo forte victo erubescas vel in quo vincitur et dyabolus vicit et parte vicit talem victorem vestire non vis quia quia minus clamatur minus insanitur Propterea isti qui tali gloria delectantur in tempora nichil habent Quod exhauriunt aquas ut vestes mittat Sic   ipsam gratiam ut nichil ibi habeant preciosum Sed autem qui exultant in gloria quo exultant Non opus est ut nos dicimus ipsius psalmi audite sequentem versum Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis Non in theatris non in amphitheatris non in circis non in iugis non in foris sed in cubilibus suis Quod est in cubilibus suis In cordibus suis

Audi apostolum paulum exultantem in cubili suo Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre Verumtamen timendum est ne quisque apud semetipsum fiat sibi placens et quasi de gratia sua superbus glorietur Debet enim quisque videre more exultare quia donum dei est unde exultat non meritum suum Et cum sunt multi sibi placentes et iustos se esse arbitrantes procedit adversus illos alia pagina dicens Quis gloriabitur castum habere cor Aut quis Aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato Est ergo quidam modus gloriandi [illegible] ut noveris fidem tuam esse sinceram ut noveris spem tuam esse certam noveris caritatem tuam esse sine simulatione Sed quia multa sunt adhuc que possunt offendere oculos dei lauda eum qui tibi ista donavit et tunc perficiet quod donavit Propterea cum dixisset letabuntur in cubilibus suis ne quasi sibi placentes videntur adiunxit statim Exultationes dei in faucibus eorum Sic letabuntur in cubilibus suis ut non sibi tribuant quod boni sunt Sed illum laudent a quo et acceperunt quod sunt a quo vocantur ut perveniant ad id quod nondum sunt et a quo sperant perfectionem cui gratias agunt quia inchoat Exultationes dei in faucibus eorum Jam videte sanctos videte gloriam eorum Videte plurimum iudicium Videte quia exultationes dei sunt in faucibus eorum et framee bis acute in manibus

coz framea appllat qua vul-
go spatam dicunt Dicitur enim
gladius ex vna pte acuti ipse
sunt macheree iste sunt framee
ipe et rumphee ipe est spate
appllant magnum instrum sic hc
gens ferramenti ex vtraque
pte acutum Et ipe framee bis
acute sunt in manibus eorum
frameas bis acutas intelligis
smone dni vna framea est
sed ideo multe dicunt qr multa
ora sunt et multe lingue scorz
Smo go dei gladius bis acu
tus vnde bis acutus qr dicit
de temporalibus et de eternis subiit
pbat qd dicit et eu qd ferit
separat a mundo rone ipe est
gladius de quo dns dt Non
veni pacem mitte in terram sed
gladium attende quid venit
disiungere quid venit separare
disiungit scos disiungit impios
separat a te qd te impedit filius
vult seruire deo pr non vult
venit gladius venit smo dei
diuidit filium a patre filia vult
mr non vult gladio diuidunt
ab inuicem vxorius vult sed
petrus non vult venit gladius
bis acutus offert pmissionem
vite pntis et fute temporalium
consolacionum eternorum pfruitionem
Ecce gladius ex vtraque parte
acutus pmittens temporalia
in quo non fefellit Nonne ecce
dei pr totum mundum non errat
Ecce est antea legebatur
et non videbatur modo sicut le
gitur cernitur Quid qd temporali
nobis pmissum est Ad vnam
gladii ptem ptinet hec spem

futuram vere hec consolaciones
pntium noli retrahi ab eo qui
te vult retrahere pr mr soror
vxor sit amicus sit non te re
trahant et vtilis tibi erit
gladius bis acutus vtilit
te ille separat male te cu glu
tinas venit go dns cu suis
gladium bis acutum pmittens
eterna implens temporalia vna
ideo et duo testamenta dixi
Nunc erant go framee bis
acute in manibus eorum In manibus
dixit in ptate acceperunt eum
smone dei in ptate ut vbi vel
lent dicerent cui vellent dicent
non timerent ptatem non contemp
nerent paupim In manibus eo
sunt gladium quem volebant vi
brabant versabant ptime
bant et sic totum erat i ptate
pdicantium veram si non est in
manibus smo ne forte aliquis
dicat quod smo Et gladius
bis acutus et quod in manibus
qr sctum est ffcus est smo
dni in manu aggei pphete
Nunquid fres smone suum deus
indignitus ipius fecit Quid
est in manu ipius fcus est
In ptate illi datum est pdicare
smone dei possimus possumus
etiam et has manus intelli
gere veram qui locuti sunt i lingua
fuerunt smone dei quod acceperunt
in manibus Et framee bis
acute in manibus eorum Jam fres
videtis scos armatos Atten
dite strages Attendite plia
glosa Ubi eius imperator et miles
et hostis ubi bellum et victoria
Quid fecerunt isti habentes v

manibus frameas bis acu
tas ad faciendum vindictam in
gentibus videte si non e facta
vindicta in gentibus Cottidie
ipsa fit sicut agimus et nos loq
do Attendite quod fiunt occide
gentes babilonie Illi reddi
duplum Dicit enim domina dum
est Reddite illi duplum ad quod
fecit Quo reddit duplum Bel
lant sancti educunt frameas bis
acutas fiunt strages fiunt occi
siones separaciones quo duplum
illi redditur Illa quando potuit
persequi xpianos carnem occide
bat deum non constringebat
modo illi duplum redditur
et pagani convertuntur et ydola
franguntur Quo inique pa
gani occiduntur Quo ipsi xpi
ani fiunt Quero paganum
non invenio xpianus est ergo
mortuus est paganus vera
si non occiduntur surge dum et petre
macta et manduca vnde ipse
paulus occisus est persecutor
et paulus erectus est predica
tor Quero paulum persecuto
rem et non invenio Occisus
est vnde de framea bis acu
ta Sed quia occisus est ipse
et vivificatus in xpo Ideo
confidens dicat Vivo autem
iam non ego vivit vero in me
xpus quod non illi fit sicut pilato
Et enim tamen factus esset predica
tor accepit et ipse in manibus
bis acutam frameam ad fa
ciendam vindictam in gentibus
Et ne vos tu putare ferro
percuti homines sanguinem fundi
vulnera in carne fieri sequitur
et exponit obiurgaciones in populis
Obiurgacio que est correptio
procedat a nobis framea bis
acuta Noli ergo cessare dedit
illam nobis deus pro modulo
nostro dic amico tuo si tibi tamen
sit cur dicis qualis homo es qui
ydola colis qui dimisisti eum
a quo factus es et adoras quod
fecisti Melior est faber quam
quod fabricat faber fabricum
adorare si erubescis adorando
quod faber fecit non erubescis
Cum cepit erubescere Cum cepit
compungit fecisti vulnus de fra
mea pervenit ad cor mortuus
es ut vivat framea bis acu
ta in manibus eorum ad facien
dam vindictam in gentibus
obiurgaciones in populis ad alli
gandos reges eorum in compedibus
et manibus eorum in vinculis
ferreis ut faciant in eis iu
dicium conscriptum facile expo
nimus quod de frameis ca
dant ut compungantur separantur
ut congregentur volverentur
ut fiant morantur ut
vivant Sed quid faciemus
quod exponemus ad alligan
dos reges eorum in compedibus
Reges gencium ad alligandi
compedibus et nobis certum
in vinculis ferreis addidit fer
reis Adestote ut cognoscatis
quod nostis Iste enim versus quos
cepimus exponere obscurum fuit
Sed illud quod compellis dicam
sum non est novum iam notum
est nobis modo dixi opus
non habetis sed commemorari ad
hoc autem noluit deus obscure

pone quosdam versus suos
non ut aliquid novum de illis
cruat sed ut iam quod usitatum
erat obscuris oppositis inno-
vet. Prominus reges sicos xpi-
anos prominus nobiles generatim
factos xpianos sunt hodie et
fuerunt et erunt et non cessant
firmiter hic civitate in manibus
sanctorum Cuius quo ligatos compedi-
bus et vinculis ferreis intel-
ligimus Hec est caritas vera et
erudicio qui in talia obedivisti
et soletis audire divinas lectio-
nes quia infirma mundi elegit
deus ut confundat forcia et
stulta mundi elegit ad confun-
dendos sapientes et ea que
non sunt tamquam sunt ut que
sunt evacuentur. Potuit deus
xpianus prodesse omnibus sed ele-
git prodesse imperatori non pis-
catori de imperatori. Et elegit
qui illius momenti erant
in mundo ipsos implevit spiritu
sancto dedit eis frameas vin-
dicatas predicare cepit evangeli-
um per totum orbem terrarum. fre-
muit mundus erexit se leo
adversus agnum Sed forcior leo-
ne inventus est agnus leo victus
est seviendo Agnus vicit
paciendo Conversa sunt corda
hominum ad timorem xpi ceperunt
reges ceperunt nobiles inna-
tilis quorum prophetie adimple-
cione turbari vide in hunc no-
men concurrere gentes humanas
Et quid fecerunt multi elege-
runt ignobilitatem et dimitte-
tes domos suas opes suas di-
stribuentes pauperibus conver-
terunt ad piscatorem Tali quo in

piscatore dicit adveniente Si vis esse perfectus
vade vende omnia que habes
et da pauperibus et veni seque-
re me et habebis thesaurum in celis
Multi ex nobilibus fecerunt hoc
fecerunt Sed cessavit isti ex
nobiles generati elegerunt pau-
pertatem in ista nobilitate inopes
Multi autem tenent ipsam no-
bilitatem tenent regias potestates
et sic sunt xpiani ipsi sunt tamquam
in compedibus et tamquam in vin-
culis ferreis Unde hic ne pro-
grederentur ad illicita compedes
ceperunt compedes sapiencie compedes
verbi dei Cuiuscumque quo ferrea vin-
cula non aurea ferrea sunt
quamdiu timent diligunt et au-
rea erunt Attendat caritas
vestra quid loquar Audistis in
apostolum Iohannem Timor inquit
non est in caritate sed perfecta
caritas foras mittit timorem
quia timor tormentum habet hic est
vinculum ferreum Et tamen
nisi a timore homo incipiat
deum colere non perveniet ad
amorem Initium sapiencie timor
domini Incipit quo a vinculis
ferreis sumitur ad torquem
auream nisi primum in compedibus
et vinculis ferreis te alli-
gasset cepisti a timore con-
summare ad sapienciam Quia isti
qui propterea nolunt male facere
quia gehennas timent quia cru-
ciatum timent vero deum amant
iusticiam Si illis promitteretur
impunitas et diceretur eis fa-
cite quod voltis secure inpunitum
vobis erit emitterent porcos
libidinum suarum in quecumque ne-
quissima et maxime sic es

mei maxime reges et nobiles
quibus non facile dicitur quid fe
cisti Nam pauper homo et si
non timeat deum quia nullarum
virium et nullarum facultatum ne
tamen se commovit in supplicium ra
piatur cessat timore hominis
et si non dei potentes autem
mundi reges nobiles nisi deum
timeant quid timebunt si pre
dicatur illis et perceperunt framea
bis acuta Dicitur illis quis est
qui ponat alios ad dextram
alios ad sinistram ut dicat eis
qui ad sinistram sunt Ite in
ignem eternum qui paratus est
dyabolo et angelis eius nondum
diligunt iusticiam sed timent
penam et timendo iam acce
perunt compedes et in vinculis
ferreis erudiuntur Veniat ad
nos homo de seculo potens
offendit illum uxor sua aut
forte concupivit alterius pul
criorem aut aliam ditiorem
vult dimittere illam quia hec
non facias audit a christo domini au
dit a propheta audit ab apostolo audit
ab eo in cuius manibus est fra
mea bis acuta non facias non
licet tibi non permisit deus di
mittere uxorem excepta causa
fornicationis Audit hec timet
non facit pedes leves iam pro
grediebantur in lapsum compe
dibus tenentur hec vincula fer
rea timet dominum dicitur illi dam
nabit te deus si feceris videro
est super omnes Audit gemitus
uxoris tue reus tenebitur in
conspectu eius hac concupiscencia
blanditur hac pena deterretur

Ibat ad consuetudinem prave
cupiditati nisi vincula ferrea
retinuerunt Quod plus est Si dicat
continere iam nolo nolo iam
uxorem audit non potes Sed
si tu vis et illa non vult iungi
per continenciam tuam debet illa
fieri fornicaria Si aliquis inspe
xerit te vivo adultera erit Non
vult tali lucro deus compensare
tale dampnum Reddite debitum
Et si non exigis redde pro sanctifi
catione perfecta deus tibi compu
tabit Si non quod tibi debetur
exigis sed reddis quod a te debetur
uxori Times non facis con
cucuniunt vincula tua Audi quod
vinculis ferreis constrictus es
alligatus es uxori ne queras
solucionem durum est ferreum
est Nam quid dominus hic ait au
dit quia vinculum ferreum
est Adolescentes audite quia
vincula ferrea sunt Nolite
pedes mittere cum nuscunt carcer
constringemini compedibus Tales
compedes consolidant nos et cepi
mus Numquid non fugiunt
in cathenam expediti et solvuntur
hic Viri fugiunt hic nolentes
dimittere uxores suas hic carcer
colligantur Nemo solvit has
compedes quas dominus coniunxit homo
non separet Sed dura sunt
vincula quibus nesciat illorum dimicacio
Doluerunt apostoli et dixerunt
Si talis causa est cum uxore
non expedit nubere si vincula
ferrea sunt non opus est ut
illuc pedes mittantur Et dominus
non omnes intelligunt capiunt hoc verbum
Sed qui potest capere capiat alligatus

es uxori ne quesieris solutionem quia alligatus es vinculis ferreis Solutus es ab uxore ne quesieris uxorem ne te colliges vinculis ferreis Ut faciant in eis iudicium conscriptum hoc est iudicium quod faciunt sancti per omnes gentes cruciare conscriptum quia ista antea conscripta sunt et modo complentur Ecce modo fiunt aliqui legebantur et non fiebat Et conclusit ita Gloria hec est omnibus sanctis eius Ista per totum mundum per universas gentes sic agunt sancti sic glorificatur sic exaltatur deus in sanctibus suis Sic letantur in cubilibus suis sic exultant in gloria Sic exaltant in salute Sic cantant canticum novum sic dicunt alleluia corde ore vita

Quoniam iste ordo psalmorum qui michi magni sacramenti videtur continere secretum non dum michi sit revelatus tum quod omnes centum quinquaginta numerantur etiam nobis qui totius ordinis eorum altitudinem adhuc acie mentis non penetramus insinuant aliquid unde non impudenter quantum dominus innuat disputare possimus Primum quia denarius numerus quo quid iste multiplicatur quod enim valet quindecim in ordine singulorum hoc valet centum quinquaginta in ordine denariorum qui quindecies decem sunt hoc valet mille quingenti in ordine centenariorum qui quindecies centum sunt hoc valet quindecim milia in ordine Millenariorum qui quindecies mille sunt Ubi denarius quo numerus concordia signat duorum testamentorum In illo enim observatur sabbatum quod significat quietem In isto dominicus dies qui significat resurrectionem Sabbatum autem est dies septimus dominicus vero post septimum quid nisi octavus idem qui primus Quidus ipse enim dicitur etiam prima dies sabbati ut deinde sit secunda tertia et quarta et deinceps usque ad septimum sabbatum Dominico autem usque ad dominicum octavus est dies ubi testamenti novi revelatio declaratur quod in veteri tamquam sub terrenis promissionibus tegebatur Septem porro et octo quindecim sunt Tot sunt et cantica que appellantur graduum quia totidem fuerunt et templi gradus Deinde etiam quinquagenarius numerus per se gerit Constat enim de septimana septimanarum addito uno tamquam ipso octavo ad quinquagenarium numerum tendentium Septies quippe septem quadraginta novem faciunt quibus unus additur ut faciant quinquaginta qui numerus quinquagenarius usque adeo magne significationis est ut ex domini resurrectione tot diebus completis ipso quinquagenario die veniret super eos qui in christo fuerant congregati spiritus sanctus qui spiritus sanctus in scripturis septenario conspicue numero commendatur sive apud ysaiam sive in apocalypsi ubi aptissime septem spiritus dei perhibentur propter operationem septenariam unum tamen eundemque spiritum que operatio septenaria per

prophetiam propheticam ita commemoratur
Requiescet super eum spiritus domini
spiritus sapientie et intellectus spiritus
consilii et fortitudinis spiritus
scientie et pietatis spiritus timoris
domini Ipse debet intelligi timor
domini castus permanens in seculum
seculi Servilem autem timorem consu
mata caritas foras mittit ut
nos liberos faciat ne servilia
opera faciamus que sabbato fieri
prohibentur Caritas autem dei diffu
sa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis hinc est quod
spiritus sanctus septenario numero comme
datur Quinquagenarium vero etiam
in quadraginta et decem duos
distributus est Dies quippe quadra
gesimo post resurrectionem suam
ascendit in celos Ac deinde com
pletis diebus decem misit spiritum
sanctum quadragenario itaque numero tempora
lem in hoc mundo conversationem co
mendavit cum quaternarius
numerus in quadraginta prevalet
Quatuor autem partes habet annus
et mundus denario vero addito
velud mercede impleta lege
bonis operibus reddita ipsa eter
nitas significatur hinc quinquage
narium triplum habet centesimus
et quinquagesimus numerus tamquam
eum multiplicaverit trinitas unde
et hec causa non incongruenter
intelligitur istum numerum esse psalmorum
Nam et illo numero piscium que capti
sunt retibus post resurrectionem
missis additis quinquaginta ad
centum tribus velut admonitum
videtur fratres in quot partes de
beat iste numerus dispertiri ut tot
habeat quinquagenas quantas ille

numerus piscium habeat et alia ratione
multo subtiliore et iocundiorem
quod decem et septem in trigonum
numeris id est ab uno usque ad decem
et septem omnibus computatis ad
eundem numerum perveniunt In decem
autem lex In septem vero gratia sig
nificatur quia legem non implet
caritas diffusa in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui septenario numero
significatur Ergo quidam omnium
psalmorum quinque libros esse cre
diderunt illud secuti sunt quoties
in fine psalmi dictum fuit fiat
fiat Sed huius dispositionis rationem
cum vellem comprehendere non
valui quia nec ipse equales
partes quinque sunt inter se et si non
saltem quantitate saltem ipso numero
psalmorum ut denos haberent Et
si vicesimusque libri finis est fiat
fiat cur liber quintus undique
ultimus non eodem fine sit clausus
econtrario quando sit nos autem scrip
ture canonice auctoritatem sequentes
ubi legitur Scriptum est enim in
libro psalmorum unum psalmorum
librum esse novimus Et in eo
quidem quinque et hec unum sit et id
si verum est hinc non reluctetur
fieri enim potest ut aliqua consue
tudine litterarum hebraicarum unus
liber dicatur qui constat ex plu
ribus sicut ex pluribus
una constat ecclesia et ex pluribus
celis unum celum Nos enim celorum
aliquid premisit qui dixit Adiu
torium nostrum in nomine domini qui fecit
celum et terram Et tamen scriptura
dicat Et vocavit deus fir
mamentum celum et aquas que
super firmamentum hoc est super

celum non mentitur cum eadem
scriptura dicens Et aque que
super celos sunt laudent nomen
domini quia non ait super celum Et
una terra et multe terre vram
orbem terre et orbem terrarum cotti
diana consuetudine dicimus Et
qui ait Scriptum est in libro psal
morum quamquam mos loquendi se se
habeat ut unum esse librum psalmorum
voluisse videatur tamen iudeen pr
in libro psalmorum esse dictum
aliquo libro eorum quisque quod in su
locutionis usque adeo vel non est
vel raro est ut etiam duodecim
prophetarum unum librum esse id est propha
dicat quia similiter legitur Sicut
scriptum est in libro prophetarum Sunt
etiam qui universis omnino scripturis
canonicis unum librum nocent eo
quod valde mirabili et diuina uni
tate concordent et hunc esse dicunt
in capite libri scriptum est de me
ut faciam voluntatem tuam ut sic
intelligatur per filium patrem fecisse
mundum cuius conditio principium
scripture est in libro geneseos
sed magis quia prophecia videtur
esse non facta narrantis sed futura
pronunciantis non enim ait quod feci
sed ut faciam siue ut facere
voluntatem tuam Ad illud hec
sunt referenda est quod in primis partibus
eiusdem libri scriptum est Erunt
duo in carne una quod sacramentum
magnum dicit apostolus in Christo et
in ecclesia quamquam et iste psal
morum liber possit intelligi signi
ficatus ubi dictum est in capite li
bri scriptum est de me ut faciam
voluntatem tuam Sequitur enim
deus meus volui et legem
tuam in medio cordis mei
De ipso quippe accipit prophe
tiam in capite libri huius positum
ipse primus beatus vir qui
non abiit in consilio impiorum
et in via peccatorum non stetit et in
cathedra pestilencie non sedit
Sed in lege domini voluntas
eius et in lege eius medita
bitur die ac nocte ut sit hoc
quod dictum est deus meus volui
et legem tuam in medio cor
dis mei Quod autem sequitur
Evangelizaui iusticiam tuam
in ecclesia magna congruenter
ad illud refertur Erunt duo
in carne una Sane quod illud
sine hoc intelligatur quod dictum est
in capite libri liber iste psal
morum ter quinquagenis sic per
positos quinquagenarios articulos
introgetur magnum aliquid
et valde dignum consideratione
videtur non enim frustra michi
videtur quinquagesimus esse
de penitencia Centesimus
de misericordia et iudicio Centesimus
quinquagesimus de laude
in sanctis eius Sic enim ad eternam
beatam quod tendimus vitam
primitus nostra peccata dampnando
deinde bene vivendo ut post
vitam condempnatam malam
et gesta bona mereamur eternam
Secundum propositum enim occulti
ssime iusticie bonitatis quod sic
deus quos predestinavit illos
et vocavit et quos vocavit
ipsos et iustificavit Quos
autem iustificavit ipsos et glo
rificavit predestinatio nostra non
in nobis facta est sed in occulto

apit ipsum in eius tercia Cetera
non reliqua in nobis fiunt vocacio
iustificacio glorificacio vocacionem
predicacione penitencie Dicit enim
cepit dominus ewangelisare agi
te penitenciam appropinquabit enim
regnum celorum Iustificacionem in vo
cacione et timore iudicii Hinc
est quod dicitur deus in nomine
tuo salvum me fac et in virtute
tua iudica me Vero timet iudi
cari qui impetravit ante sal
vari Vocati abrenunciamus
dyabolo per primam ne servi ergo
eius remaneamus iustificati
Secundam primam ne per iudicium
timeamus glorificati tercium
ad vitam eternam ubi deum sine
fine laudemus Ad hec pertinere
arbitror quod dominus ait Ecce eicio
demonia et sanitates perficio
hodie et cras et tercia die con
summor Quod eciam intridno
sue passionis et dormitacionis
et vigilacionis ostendit Cruci
fixus est enim et sepultus est
et resurrexit Iniuriam de pri
cipibus et preterea sacerdotibus triumphavit
in sepulcro requievit et resur
reccione exultavit penitencia
cruciat iusticia tranquillat vita
eterna glorificat Penitencie
vox est miserere mei deus secundum
magnam misericordiam tuam et secundum
multitudinem miseracionum tuarum
dele iniquitatem meam Sacri
ficium deo spiritus contribulatus cor
contritum et humiliatum deus non
spernit Iusticie vox est misericordiam
et iudicium cantabo tibi
domine psallam et intelligam
in via immaculata quando venies

ad me primam quippe ad huma
nitur ad faciendam iusticiam
ut veniat ad iudicium venamque
sibi disperdunt de civitate domini
omnes qui operantur iniquitatem
quo versu psalmus ille con
cluditur Vite eterne vox est laudi
te dominum in sanctis eius virgines ceteris
quos glorificavit laudate eum
in firmamento virtutis eius
laudate eum in virtutibus eius
sicut ut alii interpretati sunt in po
tentatibus eius laudate eum
secundum multitudinem magnitudinis
eius Omnia ista ipsi sunt sancti eius
quod dicit apostolus ut nos simus
iusticia dei in ipso Ubi ergo iusti
cia domini quam fecit in celis ut
resurgeret a mortuis Iram et
in christi resurreccione virtus
maxime commendatur quia in
passione infirmitas fuit di
cente apostolo Et si crucifixus
est ex infirmitate sed vivit ex virtute
dei Et alio loco ad cognoscen-
dum inquit et virtutem resurrec
cionis eius Optime autem in fir
mamento ait virtutis eius fir
mamentum est enim virtutis
eius quia iam non moritur
et mors ei ultra non dominabitur
Cur non et potentatus dei di
catur quod in celis fecit ymmo ipsi
sunt potentatus eius quod dictum
est nos simus iusticia dei in
ipso Quid autem potencius quam
regnare mecum sub pedibus
positis omnibus inimicis Cur non
ipsi sint eciam multitudo magni
tudinis eius Vero quia ipse
magnus est sed quia magnos
eos fecit et multos hec est milia

nullum. Vel aliter intelligitur iusti-
cia qua est ipse iustus. Aliter
quam in nobis facit ut nos simus
iusticia eius. Idem ipsi sancti sunt
in omnibus virtutibus organis dei
interius signati ad laudandum deum
Quod enim proposuit dicens lau-
date dominum in virtutibus eius hoc perse-
quitur variis signis eorumdem
ipsos sanctos eius. Laudate eum
in sono tube propter laudis excel-
lentissima claritate. Laudate eum
in psalterio et cythara. Psalterium
est de superioribus laudans deum
Cythara de inferioribus laudans
deum tamquam de celestibus et
terrestribus tamquam eum qui
fecit celum et terram. Iam quippe
in alio psalmo exposuimus psal-
terium de superiori habere sonorum illud
lignum cavum nervorum series ut
meliorem sonum reddat incum-
bit quod lignum cythara inferius habet
Laudate eum in tympano et
choro. Tympanum laudat deum
cum iam in carne mutata nulla
est terrene corruptionis infirmi-
tas. De corio quippe fit tympanum
exsiccato atque firmato. Chorus
laudat deum quando eum laudat
pacata societas. Laudate eum
in cordis et organo. Cordas
habent psalterium et cythara que superius
commemorata sunt. Organum
autem generale nomen est vasorum
omnium musicorum quamvis iam ob-
tinuerit consuetudo ut organa
proprie dicantur que inflantur
follibus quod genus significatum
hic esse non arbitror. Nam
cum organum vocabulum grecum
sit ut dixi generale nomen omnibus

musicis instrumentis hoc cui fol-
les adhibentur alio greci nomine
appellant. Ut autem organum dicatur
magis latina et usitata est
et vulgaris consuetudo. Quod ergo
ait in cordis et organo videtur
mihi aliquod organum quod cordas
habeat significare voluisse. Non enim
sola psalteria et cythare cordas
habent. Sed quia in psalterio et cy-
thara propter sonum ab inferioribus
et superioribus inventum est aliquid
quod secundum hanc distinctionem posset
intelligi. Aliud nos in ipsis
cordis querere admonuit quia
et ipse caro sunt sed iam a cor-
ruptione liberate. Quibus ideo
fortasse addidit organum non
ut singule sonent sed ut diver-
sitate concordissima consonent
sicut ordinantur in organo.
Habebunt etiam tunc sancti differentias
suas consonantes non dissonan-
tes id est consencientes non
dissencientes sicut fit suavis-
simus cantus ex diversis quidem
sed non inter se adversis sonis
Stella enim a stella differt
in claritate sicut et resurrectio
mortuorum. Laudate eum in cym-
balis bene sonantibus laudate
eum in cymbalis iubilacionis.
Cymbala invicem tanguntur
ut sonent ideo a quibusdam
labiis nostris comparata sunt. Sed
melius intelligi puto in cym-
balis quodammodo laudari
deum dum quisque honoratur
a proximo non a se ipso et invicem
honorantes laudem dant deo.
Ne quis autem cymbala intelli-
gat que sine anima sonant

Ideo puto additum in cymbalis iubilacionis Jubilacio nam
que est ineffabilis laus que
non nisi ab anima perficitur
Vere propterea puduin existimo
quod musici docent et res ipsa
manifesta tria esse genera
sonorum voce flatu pulsu vo
ce ut psallentes et ceciles sine
organo aliquo cantantes
flatum sicut per tubam
vel quid huiusmodi pulsu sicut
per citharam vel quid huiusmodi
Nullum itaque genus hic
pretermissum est vox est
in choro flatus in tuba pul
sus in cithara tamquam mens
spiritus corpus sed per similitu
dines non per proprietates rerum.
Ergo posuit laudate dominum
in sanctis eius. Quibus hic di
xit nisi ipsis et in quibus
ut deum laudent nisi in se
ipsis Vos enim sancti eius in quit
virtus eius estis sed quam
fecit in nobis et potentatus
eius et multitudo magni
tudinis eius quam fecit et
ondit in nobis Vos estis
tuba psalterium cythara tympanum
chorus corde et organum
et cymbala iubilacionis bene
sonancia quia consonancia
Vos estis hec omnia nichil hic
vile nichil hic transitorium
nichil ludicrum cogitetur.
Et quia sapere sed in carnem
mors est Omnis spiritus laudet
dominum etc. Laus deo patri etc.

Explicit secunda pars Augustini
super psalterium finita Anno
Domini millessimo CCCCxxij

